



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

3234.51

Harvard College
Library



FROM THE BEQUEST OF
Mary Osgood
OF MEDFORD, MASSACHUSETTS

©

von

GEO. HENRICI AUG. EWALD

PROFESSORIS GOTTINGENSIS, SOCIETATIS AS. PARIS. SOCI

GRAMMATICA CRITICA

LINGUAE ARABICAE

CUM BREVI METRORUM DOCTRINA.

VOLUMEN PRIUS

ELEMENTA ET FORMARUM DOCTRINAM COMPLECTENS.

CUM TABULA LITHOGRAPHICA.


LIPSIAE, 1831.

SUMTIBUS LIBRARIAE HAHNIANAE.

3234.51

MAC 281885

Henry Augustus Juncus



GOTTINGEN, typis expressum Dieterichianis.

60
53-100
35

PRAEFATIO.

Grammaticam arabicam scribendi tres potissimum mihi fuere causae graviores. Primum laetiori, quod nunc inter nos affulget, literarum arabicarum studio non melius me et tutius consulere posse putavi quam grammaticâ diligentius descriptâ; dici enim vix potest quantum sibi in quacunq̄ue literarum harum parte tractandâ noceat qui linguae fundamenta et rationes veras aut prorsus non perspexerit aut penitus cognoscere et quærere negligat. Qui autem liber grammaticus linguam hanc cultu dignissimam bene ex ejus fundamentis descripserit et explicuerit, nullum hucusque invenimus. Deinde linguae arabicae, semiticarum principis, cognitio diligentior ceterarum stirpis hujus linguarum, hebraeae potissimum, studio non utilissimum tantum est sed necessarium prorsus ad errores, quos grammatici hebraei arabica haud intellecta perperam comparantes commiserunt, ingentes profligandos. Tutoque contendas, qui cultissimam stirpis hujus linguam bene perspexerit, hunc demum circa omnes semiticas haud caecutire incipere. Quamquam e contrario qui hucusque grammaticam arabicam scripserunt, hebraeam id vero est antiquam lin-

quam minus tenentes magno se linguae arabicae intelligendae subsidio destitui passi sunt; nam ex antiquâ linguae facie, quae in arabismo multas subiit et graves mutationes, bene perspectâ omnis pendet linguae senioris descriptio prudens. Denique grammaticae linguarum peregrinarum quoque arabicâ, quae est semiticae stirpis et ditissima atque cultissima et notissima atque toto ambitu suo cognitu facillima, diligenter descriptâ optime consuli posse ratus sum; nam eo tandem nos perventuros esse puto, ut in linguâ quadam explicandâ non dialectorum tantum seu linguarum ejusdem stirpis, sed exterarum quoque vel minus cultarum rationem habendam esse videamus, quae sola est ratio qua distinctius et certius singulae cujusque linguae ingenium ortusque cognoscatur.

Et feliciter quidem arabicae linguae contigit, ut a grammaticis indigenis et multis et doctissimis e vivo paene ore describeretur. Hi tamen grammatici Arabes, utut utilissimi nobis (sunt enim thesauri formarum totiusque antiquitatis promi condi), cur nobis non sufficiant, in opere hoc §. 27 sq. et in recensu anthologiae grammaticae a de Sacyo editae ¹⁾ exposui. Grammatici autem, qui hucusque exstiterunt, europaei vestigia eorum aut nimis anxie presserunt, aut si quando ab iis recederent, ad rationes veras id vero est internas et necessarias non redierunt. Unde mihi ad has ante omnia redeundum esse videbam. Ego vero non pro-

1) Götting. gel. Anz. 1830. n. 81.

pterea grammaticam hanc *criticam* nominavi, quod ubique omnes has rationes crisi sanâ jam me assecutum esse inaniter putem, sed ut viam praerem, quâ ad linguae cognitionem veriore[m] magis magisque perveniatur. Multa serius emendanda et addenda erunt. Tantumque abest, ut ill. de Sacyum, cui soli fere laetius quod nunc viget literarum harum studium debetur, virum non ob doctrinae tantum copiam sed ob animi candorem insignem mihi summopere venerandum, inutilem in grammaticâ suâ, quae omnibus prioribus multo fuit melior, operam navasse putem, ut eam pro temporis quo edita est rationibus egregiam fuisse et maximi faciendam credam.

Appendices cum addendis et corrigendis in fine positos ut lectores cum opere diligenter conferant cupio. Post impressas enim plurimas paginas de quibusdam difficilioribus melius mihi constitit, librosque nactus sum quosdam instituto meo utiliores. In his est Lumsdenii opus ¹⁾, amicissimi Rödigeri Halensis, viri in his literis versatissimi, curâ benevolâ mecum communicatum. Is liber quanquam naevis pluribus refertus, systemata et opiniones Arabum grammaticorum insigni diligentia describit, ut si quis eo prudenter uti sciat, multum inde emolumenti redundet.

1) A grammar of the Arabic Language — selected from the works of the most eminent grammarians —. Volume first: comprising the system of inflexion. By M. Lumsden. Calcutta 1813. XIX et 705 pp. in fol. Exemplar ejus in bibliothecâ Halensi est.

Volumen alterum quod propediem proditurum spero complectetur syntaxin, metrorum doctrinam, et linguae vulgaris cum classicâ comparatae imaginem. De metris arabicis post opusculum meum ante hos sex annos vulgatum edidit quidem nuperrime librum amplum cl. Freytag, sed ita ut rei fundamenta parum eum perspexisse meique opusculi finem non assecutum esse satis pateat. Ego in re summâ nihil mutandum, in singulis quaedam emendanda inveni.

Volumini huic adjecta est tabula scripturae arabicae explicandae utilissima, ab amicissimo H. Hupfeld Marburgensi, viro scripturae aequae ac linguae semiticae gnarissimo, concinnata.

Scriptum Gottingae exeunte anno 1830.

ARGUMENTUM.

PROLEGOMENA.

§. 1-28.

- §. 1-12. De linguae arabicae indole, fatiis, generibus variis.
- §. 13-22. De scripturae arabicae fatiis.
- §. 23-28. De studio apud Arabes grammatico.

LIBER PRIMUS.

DE LINGVAE SONIS EORUMQUE SCRIPTURA.

§. 29-146.

- §. 29-33. Signa scripturae.
- §. 34-41. I. De syllabà.
- §. 42-68. II. De consonantibus.
 - §. 42-59. De consonantium pronuntiatione et naturà.
 - §. 60-68. De literarum scripturà, ordine, nominibus.
- §. 69-123. III. De vocalibus.
 - §. 64-74. De vocalium naturà.
 - §. 75-85. De vocalium scribendarum ratione.
 - §. 86-88. De Hamzà.
 - §. 89-91. De Sukun et G'ezma.
 - §. 92-112. De vocalium concurrentium et sonorum و ى naturà.
 - §. 113-121. De literà consonante |.
 - §. 122. De literarum | و ى concurrentium scriptione.
 - §. 123. De Meddà.

- §. 124-141. IV. De juncto sonorum consonantium et vocalium ordine.
- §. 125-132. De concursu consonantium. Teschdid.
- §. 133. De concursu vocalium.
- §. 134-140. De Veçla.
- §. 142-143. V. De tono et pausà.
- §. 144-146. Interpunctio. Scribendi compendia.

LIBER SECUNDUS.

DE LINGVAE FORMIS EARUMQUE NOTIONE.

§. 147-500.

- §. 147-163. Leges radicum, stirpium, formarum.
- §. 147-150. Radicum formatio.
- §. 151-162. Stirpium et formarum formatio.
- §. 163. Radices pluriliterae.
- §. 164-168. De pronomibus personalibus.

CAPUT PRIMUM.

DE VERBI ET NOMINIS FORMA AC NOTIONE.

§. 169-448.

I. *De verbi stirpibus et formis.*

§. 169-234.

- §. 169-192. I. De verbi stirpibus.
- §. 188-190. De passivo.
- §. 191-192. Stirpes pluriliterae.
- §. 193-234. II. De temporum et modorum personarumque ratione et formatione.
- §. 194-213. Verbi tempora et modi.
- §. 214-234. Verbi flexio.

II. *De nominis stirpibus et formis.*

§. 235 - 365.

§ 235 - 284. I. Nominum stirpes.

§. 259 - 265. Adjectiva in $\text{ع}^{\text{ه}}$.

§. 266 - 271. Diminutiva.

§. 272 - 274. Participia.

§. 275 - 279. Infinitivi (nomina actionis).

§. 283. Nomina plurilitera.

§ 285 - 329. II. De genere et numero nominum.

§. 285 - 298. De feminino.

§. 299 - 301. De pluralibus.

§. 302 - 329. De collectivis.

§ 330 - 354. III. De nominum juncturâ et declinatione.

§. 348 - 354. De nominibus interjectionum vi positis.

§ 355 - 365. IV. De nominibus numeralibus.

III. *De formarum cum pronomibus suffixis junctura.*

§. 366 - 373.

§. 367. Pronomina suffixa.

§. 368 - 373. Eorum junctura cum verbo et nomine.

Appendix. De radicibus infirmis.

§. 374 - 448.

§. 374 - 376. De radicum infirmarum indole.

§. 377 - 419. I. De radicibus و et ع .§. 377 - 381. 1. De و et ع primis radicalibus.§. 382 - 392. 2. De و et ع mediâ in radice.§. 393 - 419. 3. Radices ultimae و et ع .

§. 420 - 428. II. De radicibus hamzatis.

§. 429 - 438. III. De radicibus contractis.

§. 439 - 446. IV. De radicibus multifarie infirmis.

- §. 449 - 452. De particularum ratione universâ.
- §. 453 - 466. I. De pronomibus.
- §. 453 - 461. Pronomina demonstrativa.
- §. 462 - 466. Pronomina interrogativa.
- §. 467 - 493. II. De particulis orationis contextae.
- §. 467 - 468. Adverbia e nomine.
- §. 469 - 474. Praepositiones.
- §. 475 - 493. Particulae breviores variae.
- §. 494 - 499. III. De interjectionibus.
- §. 494 - 497. Interjectiones primitivae.
- §. 498 - 499. Locutiones ex earum indole.
- §. 500. De derivativis particularum.

Appendix I. De formis in pausâ mutatis. p. 373.

- - II. De scripturâ vocalium arabicâ cum persicâ comparatâ. p. 374.

- - III. De infinitivi formis uberiora. p. 377.

Addenda. p. 380.

PROLEGOMENA.

Arabum lingua semiticarum omnium et latissime propagata et cultissima est suisque virtutibus maxime insignis. Nam sive pronuntiationis puritatem et subtilitatem, sive formarum ingentem ubertatem et copiam bene distinctam, sive juncturae vocum concinnitatem perspicuam et pulchram spectes: nulla ex ceteris arabicam dialectum aequat. Talisque ex origine lingua ingenti auctorum et scriptorum omnis generis numero culta et exercita est, ut per mille fere annos puritatem suam et indolem peculiarem integram in scriptis conservarit.

Sed haec tam praeclara lingua ab eo demum tempore extra patriae, in qua effloruerat, fines propagata scriptisque plurimis nobilitata est, quo Muhammad genti suae indomitae et inaccessae tum cultum dei veriolem tum vincendi terrarum orbem suaeque religioni conciliandi ardorem inspiravit indelebilem. Nam quanquam Arabes jam ante Muhammadum scribere potuisse nihil est quod dubitemus ¹⁾, tamen Arabes si quae scriberent, ut foedera, contractus, versus quosdam et poemata minora, sibi solis scribebant satisque raro. Neque in gente hac deserta colente antiquitatis aliquod monumentum omnibus sacrum scripto servatum erat lectitatumque, ita ut ex temporibus ante Muhammadum transactis pauca tantum scripta neque admodum antiqua servata sint. Quae autem praeter Arabum scripta paucissima exstant antiquissimae arabicae dialecti vestigia ²⁾, ea quanquam decem jam et quod

1) v. testimonium luculentum in Hareti Moall. v. 67.

2) vt Gen. 10, 26 גַּרְגָּרִי - cum articulo arabico.

excurrit ante Chr. seculis dialectum arabicam satis a ceteris distinctam fuisse probant, indoli tamen linguae antiquiori cognoscendae haud sufficient.

3 Igitur cum quae exstant Arabum scripta antiquissima, quinti demum seculi fine vel sexti initio orta sint, eaque linguae eodem jam cultu et habitu induta qui serius mansit: fata et ortum linguae hujus nos non bene persequi posse patet. Quae fuerit linguae facies pluribus ante Muhamma- dum seculis vel ea qua hebraea floruit aetate, quanquam intelligendis et explicandis linguae legibus scitu utilissimum, historicis tamen doceri nequit monumentis. At ipsi qualis nunc servata est linguae (ut observari potest in quavis alia), si singula ejus momenta omnia bene ponderantur atque antiquioribus dialectis comparantur, indicia formae antiquioris satis multa et gravia insunt. E quibus hoc praecipue sequitur, fuisse olim arabicae dialecto formam hebraeae, quam nunc est, similiorem, simpliciolem scilicet et minus excultam. Nam singularia multa, quae in culta hac lingua paulatim intereant utpote ingenio ejus haud amplius consentanea et perspicua, reliquias esse credendum est antiquioris linguae formae hebraeae similioris. Ita gutturalium vis et mutationes quas efficiunt variae in arabica dialecto pauca habent vestigia; toni aliquando formarumque ab eo pendentium rationem hebraeae linguae similiorem fuisse patet; ne de tota vocum forma et junctura hic dicam hebraismo in iis, quae fundamenti loco putanda sunt, eo usque simillima ut quae arabismo peculiaris sunt serius accessisse pateat.

4 Ex hac autem forma linguae antiquiore et simpliciore arabismus, qualis a sexto inde seculo sibi constat, ad mirram quandam loquelae concinnitatem et pulchritudinem emer- sit. Ad quod fastigium quando et ubi potissimum erectus sit, nunc quidem ex historia definiiri nequit; tantum tamen omnium linguarum docet natura et historia, paulatim lin- guam necessitate quadam naturae, non hominis cujusdam inventionis, excultam esse. Nam linguae, nisi violenta fata

accedant, omnis cultura, incrementum, decrementum ex ipsa natura pendet. Poetis praecipue, quos et multos et insignes admodum metrisque venustis utentes fuisse scimus, in gente per se jam generosa, elata, acuta hanc linguae culturam deberi bene credere licet; atque mediae potissimum Arabiae tractibus, in quibus poemata nobis cognita antiquissima et Koranus scripta sunt, hic linguae cultus debetur. Est autem culta haec lingua his potissimum virtutibus a simplici, qui antiquitatis ultimae erat, habitu distincta:

Lingua ex origine jam culturae capacissima, nervosa, 5 dives, perspicua, vocalium ubertate et volubilitate gaudet insigni, qua ipsa formationis praecipue et facultas et brevis apta haud leviter sustentatur. Quae in lingua simplici et antiquiori haud satis discreta et dilucida, haec secernere et distinctiora reddere annititur, et in pronunciatione sonorum, et in formis linguae, et in vocum junctura universa. Sic cum cultu nitidiora, subtiliora, clariora omnia facta sunt; atque lingua in plurimis novam prorsus induit vestem ornatorem. Inexhausta prorsus novas formas condendi facultas.

Deinde lingua fortis tum maxime et mascula nec litera- 6 rum nec formarum tantam novit debilitatem vel corruptionem et confusionem quantam ceterae dialecti. Imo robur ubique ostentat et concinnitatem, adeo ut saepe conformationem formarum aequabilem restituere annitatur. Haud raro ita formatio *nova seu fortior* et concinnior reperitur, interitura, confusa, disjecta firmans et distinguens.

Quibus virtutibus quanquam lingua ceteris semiticis mul- 7 tum antecellit, at est tamen hebraea multo recentior. Hinc in ea multa linguae juvenilis et sensibus rectae vestigia abolita; omnis enunciatio dilucidior et perfectior facta; exutaque forma juvenili lingua idealem potius (ut ita dicam) induit, quam in indo-germanica lingua consummatam esse dixeris. Hinc inter alia arabicae dialecto jam *verba*

sunt *auxiliaria*, quae Hebraei ignorant; formis geminatione litterarum radicalium factis *intensivis*, Arabibus satis raris et evitatis (ut sunt e solo sensu physico derivatae), forma adjecta est longe frequentior *superlativi* nova, Hebraeis ignota (gr. min. §. 229). Unde magnum simul peti potest grammaticae hujus linguae bene tractandae praesidium. Nam ut Arabum lingua ditissima et purissima multa ex antiquitate remota servavit quae vel in hebraea minus integra sunt et perspicua: ita rursus antiquior et quae antiquitati in universum fidelior mansit, censenda est hebraea; ut arabicae indolem et causas nemo possit tutius et verius intellectas explicare, quam qui hebraeae linguae sit gnarissimus. Aramaea autem dialectus pauper et ipsa hebraea serior multa habet arabicae similia, ut linguas temporis progressu mutationes pati necessarias et constantes videas.

8 Non autem fuit haec per Koranum potissimum nobilitata Arabum lingua antiquitus per universam, quaqua patet latissime, Arabiam sibi constans et aequabilis. Dialectorum ingentem fuisse numerum et rei natura probat et diserta quaedam scriptorum arabicorum testimonia ¹⁾. Sed praeter singularum tribuum dialectos iidem scriptores ²⁾ de magno loquuntur quod inter Arabiae mediae tribus et Himjarenses Jemanae incolas fuerit linguae discrimine. Videturque Himjarensium lingua, si ex paucissimis ejus vestigiis linguaeque, quae ei proxime cognata fuerit, aethiopicae vicinae indole res judicanda est, antiquiori sermoni minus culto ideoque hebraeae dialecto similior fuisse. Quanquam haud adeo magnam fuisse ejus dissimilitudinem eadem probat remotior

1) de tribuum aliquot idiotismis v. Hariri et alii apud Sacy, chr. I. p. 406. anthol. ar. p. 64. 78. 89. 117. 168. text. ar. Nuwairi ap. Reiske ad Abulf. A. T. 3. p. 380 sqq.

2) v. Ibn-Khaldun ap. Sacy anth. p. 169 sqq. text. ar. in dissertatione scriptoris sobrii admodum sana. Pocockii spec. hist. Ar. p. 156 sq.

aethiopica lingua arabicae notae plus quam ceterarum semiticarum ulli similior.

Estque ita lingua, quam Koranus victricem reddidit, 9 proprie ^{اللسان المصري} *Mod'arensis*, vel ^{الجزيري} *Heg'azensis*, vel ab ea, in qua Propheta natus est linguaque purissima viguisse dicitur, Heg'azi tribu ^{القرشي} *Koraischensis* appellanda; neque insolita Arabibus haec sunt nomina sicuti haec dialectus sedulo a ceteris distinguenda est; sed vulgo dialectus potior omnino linguae arabicae ¹⁾ nomine insignitur, ut jam in Korano; Sur. 16, 103.

Postquam in tot tantasque terras peregrinas dissitas cum 10 armis lingua perlata esset, haud diu aliarum domina et victrix inter peregrinas immaculata et immutata stetit, superbe spernentibus victoribus omnes exterarum linguas; mox enim in exteris terris cum indigenis commixta et a barbaris multis populis exercita multum degeneravit ²⁾; barbari populi inde a quarto heg'rae seculo terras vel vicerunt vel inundarunt arabicae linguae ex parte inimici; inque ipsis

1) origo vocis dubia. Sed videtur facillime ex ^{לְאֲרָבָה} *desertum* derivanda esse; notatque primo deserticolas, Arabes urbes haud incolentes; sic nomen a paucis quae Arabiae sunt boreali urbibus progressum videtur. Apud Hebraeos ^{לְאֲרָבָה} a septimo demum seculo gens dicitur Jes. 21, 13. In Korano similiter ^{عرب} et collectiva forma ^{أعراب} Sur. 9, 92-103. 48, 11. 16. 49, 14. Sed ^{عرب} serius ita distinguitur, ut ^{عرب} nomen sit totius gentis universum ^{أعراب} vero Arabes campestris oppidanis oppositos notet; praecipue in adjectivis gentilibus ^{عربي} et ^{أعرابي}, de quibus v. quae congestit Reiske ad Abulf. Ann. T. 2. p. 180-190. 636. Arabes veri v. ^{العرب العربي} meri vocantur etiam distinctius.

2) v. qui haec optime exponit, Ibn-Khladunum p. 178. 183 sq. t. ar.

Arabiae penetralibus haud multus vitae vigor fortunaeque favor. Et Korani veneratione superstitiosa cultura linguae haud poterat amplius juvari. Hinc a quarto fere inde seculo lingua labi et degenerare coepit tum in ipsa Arabia tum praecipue in terris peregrinis et urbibus mixta hominum copia inhabitatis; nam apud Arabes campestres minus cum peregrinis mixtos lingua indolem suam antiquam fidelius servavit. Et praecipuum quidem quod inde fluxit linguae detrimentum hoc erat, quod vocales rapidius et confusius pronuntiari, vocemque finientes breves prorsus abjici coepere; id quod seculo jam p. Ch. decimo tertio in ipsa Arabia ingruisse testis est Ibn-Khaldun verissimus¹⁾. Ut in linguis romanensibus vocum terminationibus abjectis verborum junctura novis formis indicanda erat, sic in Arabismo paulatim subtiliori linguae formae labefactae nova succrevit. In multis lingua recentior ad ea rediit quae politior et cultior mutaverat (§. 5).

11. Haec linguae labe cum ipsa rerum arabicarum ruina consummata cernitur his nostris diebus. Nam multum tum in Aegypto et Syria tum in ipsa Arabia a pristina aberravit concinnitate et indole; vocales finales breves prorsus fere abjectae novaeque ortae formationes multae. Quamquam neque hic arbitrium solum regnat; similem enim mutationem plurimae linguae expertae sunt ab arabica prorsus alienae. In plurimis autem ad antiquam rediit hic Arabismus formam simpliciore, obliterateda cultioris linguae subtilitate et ornatu²⁾.

1) p. 169.

2) operae est linguam hanc recentiore penitus nosse tum ad omnes semiticas tum ad cultam arabicam melius intelligendam; v. praecipue Niebuhr Beschreibung p. 83 sqq. et itineraria alia, ut Scholzii (1822), Minutolii; Habicht epist. aliquot ar. Vrat. 1824 (cui tamen libro purus non inest Arabismus). Dombay grammatica mauro-arabica. Vindob. 1800. Caussin de Perceval grammaire arabe vulgairo. Par. 1824.

Cultae linguae ornatu non poetae solum semper usi sunt 12
antiquitatis aemuli, sed scriptores etiam ceteri primis heg'rae
seculis; mansitque hic sermonis vestitus in scriptis gramma-
ticis, theologicis, juridicis, aliorumque scientiae generum.
Sed qui soluta oratione delectandi causa scripti sunt libri
minus graves et profundi, ut fabularum et historiarum ficta-
rum, ii a quinto seculo sermone vulgi jamjam degenerante
negligentius exarabantur. Quae quidem scribendi ratio pro
ipsis auctoribus et terris adeo variat, ut quae sit cuius pro-
pria, in singulis sit videndum accuratius.

Scripturae quoque, cujus indolem et historiam nosse ad 13
ipsam grammaticam intelligendam utilissimum est, per vastam
Arabiam varia fuisse genera per se patet. Sed ejus histo-
ria 1) haud exiguis pressa est difficultatibus. Certiora ad
haec redeunt.

Cum diversa admodum sit pro diversa terrae inhabita- 14
tae conditione Arabum cultura, scripturam in tractibus cul-
tioribus populisque peregrinis ad culturam dudum emersis
vicinioribus prius quam inter tribus nomades usitatam fuisse,
tum per se probabile est tum paucis, quae consulere licet,
historiae testimoniis abunde confirmatur. Arabiae praesertim
felici s. Jemanae cultura et commerciis florenti scriptura fuit
antiquitus usitata, ab Himjaritis, populo potente et culta,
القلم الجيمري nominata. Quae quando sit orta et exulta, cu-
jusve fuerit indolis, nunc quidem definiri nequit, nisi quod
eam Aethiopum vicinorum scripturae cognatam fuisse suspi-
cari licet. Nam vetusta Himjaritarum opulentia brevi ante
Muhammadum tempore gentium peregrinarum vi eversa,

1) cf. *Pocockii spec.* p. 159 - 163. *Adleri descriptio codd. quorundam caficorum.* 1780. *de Sacy* histoire de l'écriture parmi les Arabes, in *mémoires de littérature, de l'académie des Insc.* T. 50. p. 248 sqq. *Koppe* Bilder und Schriften der Vorzeit T. 2. p. 287 sqq. Quibuscum praecipue comparanda *Ibn-Khalduni* verba in *Sacyi chrest.* T. 2. p. 117 - 133.

moxque Islamismo recens nato in veteris religionis et culturae monumenta acerbè grassante, Himjaritarum literae et scriptura tam deplorabile passae sunt detrimentum, ut Moslemi jam secundi et tertii seculi nihil se de Himjaritarum literis et scriptura peculiari certi scire profiteantur; characterem autem hunc ^{صودر} المسند iis dictum nemo se intellexisse probet ¹⁾. Unum ex his hoc certum, Himjaritis antiquitus fuisse literas ab arabicis islamiticis satis diversas, ut iis legendis impares essent Moslemi.

- 15 Sed ab altera Arabiae parte scriptura in tractibus Romano et Persico imperio subjectis vel foedere junctis non minus usitata est, Hirae imprimis, ut Arabes Islamitici ferunt, et Anbari, oppidis illustribus. Hi enim tractus ob cultum gentis eminentiorem frequensque cum exteris commercium scripturae usus quam sit necessarius maturius haud dubie senserunt. Ibi vero qua aetate scriptura primum introducta et propagata sit, quaeque ejus fuerit indoles, cum monumenta ejus nulla supersint certo definiri nequit. Ex Arabia quidem felice eam Anbaren, exinde Hiram esse tractam Arabes tradunt Islamitici ²⁾; sed id incerta nititur opinione de himjariticae, quae antiquissima et Hudo pro-

1) mémoires l. c. p. 264 sqq. Hinc ipsum nomen *almusnad* scripturam *haud genuinam* (vere arabicam), peregrinam (cf. Kam. lex.) significare videtur; nam omnem scripturam ignotam, ut aegyptiacam, Arabes Islamitici *almusnad* nominant vel *himjarenses*, ut quamvis peregrinam linguam, persicam potissimum, ^ع ^{هـ} ^ي ^م ^س ^د; de quo romiis *almusnad* usu v. loca apud Sacy in mémoires l. c. p. 271 sqq. Hamaker adnot. ad Waked. Aeg. p. 118 infr. Quod enim Sacy l. c. p. 259 autumat, nomen hoc *scripturam implexam* notare, vehementer an verum sit dubito. Nam sic difficulter explicatur, cur quaevis scriptura peregrina sic vocetur; dein literas has *disjunctas* fuisse diserte testatur Ibn-Khaldun, chrest. T. 2. p. 122, quanquam alii contrarium tradunt, re scilicet nec visa nec perspecta.

2) Ibn-Khaldun et alii, chrest. T. 2. p. 121. mémoires l. c. p. 304.

phetae propria habebatur, scripturae non satis notae ratione. Certum vero hoc, hanc Anbari et Hirae scripturam, cujus unum praesertim, qui ea conformata inclaruerit, auctorem Moramer ben-Morra Anbari incolam ferunt ¹⁾), matrem esse scripturae Arabum islamiticae, omnium recentissimae, mox omnes armorum vi deleturae. Quare si ex filia argumentum duci potest certum, syriacae potius, cui et terrarum situ proxima fuit, scripturae cognatae fuerunt Arabum horum ante Muhammadum literae, incertum quo tempore a Syrorum literis segregatae. Nam antiquissima Arabum islamiticorum scriptura syriacae, qualis primis p. Ch. seculis fuerit, adeo toto in habitu similis est, ut magnam fuisse hanc inter et hirenses necessitudinem certo inde concludas ²⁾).

Ab his Hirensibus scripturae usum haud ita multis ante 16 Muhammadum natum annis ad tribum Koraisch esse propagatum eaque Koranum scriptum, constans est neque ambigua Moslemorum traditio, de qua quod dubitemus nihil est. Nam tribus nomades multo serius scripturae usum sequuntur; atque ipse Muhammad idiotam ³⁾ se inter idiotas natum saepius dicit, qui sero demum ad divinam revelationem literis mandandam scriptum legere inceperit. Qualis opinio et traditio quomodo oriri potuerit nisi ex scripturae recens in tribum nomadem perlatae memoria haud ambigua, nemo assequitur.

1) mémoires p. 299 sqq. et alias. Notices et Extr. T. 8. p. 340.

2) ex persica simul scriptura haud pauca fluxisse opinatur Koppin T. 2. p. 304 argumentis, quantum video, infirmis nisus. Literam quam ex syriaca scriptura antiqua hebraeae similiori derivare nequeas, nullam invenio. Ceterum nomen ³مرامر³ vix arabicae est ditionis; videtur et ipsum syriacum ³مور-امر³ Mor - Amer, christiani, ut videtur, sacerdotis docti nomen.

3) نبي أمي.

17 **Recens haec inter Koraischitas vulgata scriptura mox, Korani particulis singulis e vivo prophetae ore a scribis exceptis literisque mandatis, dein Korano integro ab Abubecro collecto tam frequenter libro sacro describendo inseruit atque in omnes Arabiae tractus regionesque exteras tanto ardore propagata est, ut cetera quae Arabibus essent scribendi genera oblitteraret prorsus ipsaque sola maneret usitata. Labente tempore nec ipsa sibi constitit multasque subiit mutationes satis graves. Quarum quidem in universum tres sunt causae et genera. Nam primum scriptura eadem diversis in regionibus usitata sensim in varias sese diffundit species leviter diversas. Sic apud Arabes pro urbium literarum cultura et Korani imprimis describendi officinis conspicuarum varietate varia existere ejusdem scripturae genera. Dein scriptura frequenter usitata pro vario usu, ut sacro, vitae vulgaris, aliis, variam induit formam; unde Arabibus duo potissimum orta sunt genera, alterum, Korani exemplaribus et monumentis publicis proprium, literis constans majoribus et crassioribus; alterum vitae vulgari idoneum volubilius, brevius, minutius. Praeterea scriptura vices subit gravissimas e temporis progressu sponte sua fluentes, partim calamo scripturam frequentissimi usus properantius et contractius pingente atque ita figuras literarum initio bene et necessario distinctas mutante et confundente; partim studio invalescente scripturam ubi aut confusa et indistincta facta esset aut ab initio non satis dilucida et perfecta, vel tempori seriori haud prorsus apta facta videretur, variis rationibus dilucidiolem reddendi, ampliandi, perficiendi. Cujus generis mutationes Arabum scriptura passa est gravissimas.**

18 **Islamismi sub initiis scriptura *Meccensis* et *Medinensis* maxime nobilitata est, in urbibus florens e quibus Korani exemplarium copia prima prodiit. Quae inter genera duo quid discriminis fuerit, parvum puto et satis leve, hodie dici nequit, cum et traditio de eo satis sit ob-**

scura ¹⁾ et nullum ex his Islamismi primordiis scripturae specimen servatum aut nobis hucusque cognitum. Sed mox haec mutata est conditio. Expugnatis enim tractibus Arabiae septentrionali conterminis, Iracis, Mesopotamia, Syria, novaeque subjectis religionis placitis, literae, quales tum Arabibus esse poterant Islamiticis, in hanc antiquam suam rediere patriam, Chalifarum quoque hic praecipue gentium imperio conspicuam factam. Itaque in urbibus recens conditis *Bağra* (a. H. 14) et *Cufa* (a. H. 18) mox Korani tanta et elegantia et copia descripti sunt, ut nova haec scripturae genera Meccense et Medinense in oblivionem fere adducerent. Sed praecipue quod Cusae scripturae genus peculiare et elegantia insigne natum est, tantam mox adeptum est famam usumque latissimum, ut reliquis longe frequentius in Koranis monumentisque publicis usitaretur. Institeruntque Cufensis scholae asseclae characteri suo illustri tanto deinde amore ut cum scribendi genus minutius, facilius et gratius, omnino vitae vulgari magis idoneum paullatim invalesceret, illi veterem scripturam grandiolem et crassiorem obstinate servarent ²⁾.

Nam scribendi genus minutius et facilius, ut per se frequenti usu facile formatur, ortumque esse apud Arabes satis jam mature vero simile est ³⁾, ita imprimis a Bagdado inde condita in hac ipsa urbe ortum et admatum fuisse Ibn-Khaldun ³⁾ testatur. Cujus usum dudum in vita vulgari probatum tandem Ibn-Mokla vezirus insignis (m. a. 326) in publicis quoque actis et monumentis suo exemplo sacravit, ut

1) mémoires l. c. p. 203 sq. 309 et al. Praecipue hoc ejus insignae ferunt auctores historici, quod † dextram versus magis inclinatum erat, syriacae ergo antiquiori similis.

2) v. Ibn-Khaldun, chrest. T. 2. p. 125.

3) characterem hunc primo jam seculo et secundi initio vulgatum fuisse, ex schedis nonnullis, quarum tres ad annum 130, unam ad a. 40 pertinere putat, recens ex Aegypto adductis probare studuit de Sacy, Journal des Savans 1825 p. 466 sqq. Journ. asiatique T. 7. p. 104. T. 10. p. 209-231.

hic vulgo auctor hujus scripturae Arabibus celebretur. Ortaque sic sunt duo potissima scripturae arabicae genera. Alterum, a sede sua praecipua *cuficum* الكوفي dictum, antiquissimae similis, literis constans junctis quidem, sed crassioribus et majoribus; quod serius ob venerabilem suam antiquitatem in Korani potissimum exemplaribus et monumentis publicis fidelius servatum, paullatim tamen in Oriente prorsus neglectum est et obliteratum. Specimina ejus nobis sat multa in Koranis, numis, monumentis servata sunt¹⁾; ususque invaluit quamvis antiquam Moslemorum scripturam cuficam nominandi ut perquam vulgaris ita tamen haud satis probandus. Ex hoc cufico genere nata est Arabum Hispanorum et Africanorum seniorum etiam scripturae species, quae satis mature ab Oriente avulsa deinceps formam suam antiquam fidelius servavit variis tamen jam rationibus mutata et innovata²⁾. Alterum genus in Oriente et Aegypto excultum seroque ad Korani exemplaria traductum, literarum ductus pingens tum gratiores tum contractiores et minutiores, *Nes-khi* النَّسْخِي i. e. librariis *exemplaria* librorum describentibus idoneum nominatum, ab eo potissimum tempore invaluit, quo Arabes ingentem librorum omnis generis copiam legere et describere coeperunt. Id post Ibn-Moklam imprimis a scribis quibusdam celebrioribus, ut Abu'lhasano Ali ben-Helal ben-Albawwab (m. a. 412 v. 413) et Emineddino Jacut Mauzeli (m. a. 618) volubilius et elegantius factum in plurimis conspicitur codicibus ex illis regionibus ad nos transportatis mansitque ad hunc usque diem in

1) v. Chardin voyage en Perse Pl. 71. 72. Niebuhr Beschreib. von Arab. t. 4 - 11. Adler descr. cod. cuf. de Sacy, gr. ar. Pl. 3. Koppe l. c. p. 288. Reinaud mon. musulm. T. 2. et dissertt. aliorum de numis. E quibus scripturam cuficam literarum magnitudine et ornatu maxime variam esse colligitur.

2) v. Sacy gr. ar. Pl. 2. 4.

Oriente vulgatum, in typographiis idem Europaeis usitatum ¹⁾).

Scriptura, ex quo inter Koraischitas vulgari coepit, ²⁰ haud dubie syriacae instar literas festinantius et conjunctas pingebat (cursiva). Unde factum ut literarum plurium ductus negligentius et brevius picti discrimine quo primitus satis distinguerentur abolito confunderentur, velut *ء* ex *ء* *b*, *ء* *n*, *ء* *j*, *ء* *t* (cf. §. 60). Quod malum cum quotidie inualesceret atque ipsam Korani dictionem iis praesertim, qui verum ejus sensum a propheta ipso vivo ore non edocti erant, maxime obscuram redderet et ambiguam; tandem signis quibusdam literis similibus appictis succurrendum esse viderunt Islamismi statores. Aliae literae, quia Arabibus duplicem sonum in aliis vocibus puriorem in aliis mixtorem vel duriorem nactae erant, iisdem signis distinguendae videbantur. Quae signa literarum *diacritica* a quo et quo tempore sint primum introducta, certum haud est ²⁾. Sed prima Korani exemplaria prophetae et Chalifarum priorum tempore sine iis esse exarata, magnus demonstrat lectionum variantium numerus in exemplaribus hodiernis ab exemplari 'Otmani

1) de ceteris vel antiquioribus, ut *Karmathi* cufico simili, vel recentioribus ex Neskhi ortis, ut *Talik* persicum festinantissimo calamo scriptum, vel ductibus literarum implexis et ornatis distinctis, ut *Divani*, agere non est hujus loci; cf. Niebuhr Besch. t. 13. 14. d'Ohsson tableau de l'empire Ottoman.

2) signorum diacriticorum et vocalium varii nominantur auctores, ut Hag'g'ag', cujus viri celeberrimi auctoritate commendata dicuntur, Abu'laswad Duli, Nasr ben-Asem, Amer, Jahja ben-Jamer v. mémoires l. c. p. 250. 320-340. Sacyi anthol. p. 218. Quae traditionis varietas haud dubie probat, esse signa haec ab uno neque inventa neque perfecta, sed paullatim quorundam virorum celeberrimorum auctoritate et exemplo. 'Otmani exemplar iis adhuc prorsus caruisse traditio est haud ambigua (mém. l. c. Not. et Ext. T. 8. p. 344). Quod puncta vocalia tradunt nonnulli post signa diacritica inventa esse, si monumenta Cufica quae illa constantius haec rarius appicta habent consulimus, haud omni ex parte verum censendum est.

jussu authentico derivatis conspicuus. Nam lectionum harum variantium fons in literis potissimum vertitur diversę pro diversa lectura (vel signis diacriticis) pronunciandis, ut ex editionis Petropolitanae margine commentariisque in Koranum omnibus constat. Fertque traditio haud obscura ipso propheta vivo et audiente Korani verba multa diversę a diversis lecta esse ¹⁾). Quadraginta vero Islamismi annis elapsis paullatim signa diacritica adpersa sunt; in Kuficis reliquiis multis nulla comparent, in aliis perpauca, ubi maxime visa sunt necessaria ²⁾), in aliis usque recentioribus plura vel omnia ³⁾). Fueruntque signa haec primitus lineae tenues literis appictae, ut *ج*, *ب*; sed in scriptura Nesghi, cui lineae vocalium potius vices sustinent (§. 21) in puncta abiere.

- 21 Simile autem augmentum scriptura alia ex ratione paulatim cepit. Fuit enim alphabetum semiticum, cujus exemplar Arabes satis integrum traditum acceperunt, antiquissimum simplicius et paulo incultius, non omnes sonos exactissime exprimens, sed ita ut linguae gnaris, si potiora vocum elementa scripto repraesentata legerent, sufficere videretur. Ita vocales praecipue breves nunquam, longae rarius scriptae erant. Quae indoles alphabeti antiquitate et usu sacrata serius quidem semper mansit intacta: sed defectus ejus quot et quanti sint tum praecipue optime sentire coeperunt Islamitici, cum Koranus inter gentes peregrinas Islamismo subjectas legendus et interpretandus esset; hae enim linguae ipsius sensu nativo haud imbutae usuique scripturae hujus mancae continuo haud assuetae immane quantum in lectione errarunt ⁴⁾). Quare ab anno fere Islamismi quadragesimo signis

1) spectant huc traditiones plures, imprimis quae Koranum prophetę et Otmani septem diversis modis vulgatum esse narrat, mém. p. 334.

2) ut in fragmento splendido a Koppio l. c. vulgato non nisi *ج ب* lineam infernam monstrat.

3) ut in fragmentis Adleri.

4) v. narrationes in mém. l. c. p. 324. 338 alibi.

externis scripturam dilucidiorum reddituris pronuntiationi succurrendum esse viderunt Arabes, coeperuntque paulatim vocalium signa adjicere. Quo scripturae signis externis explanandae studio latius serpente ibi quoque scripturam signis externis lectioni probae adaptare coeperunt, ubi ea antiquitatis normam fidelius sequens pronuntiationi serius invalescenti haud bene respondit (§. 24). Atque ita paulatim scribarum et grammaticorum sollertia magnus inductus est signorum ad lectionem scripturae antiquae bonam juvandam numerus.

Quae nova scripturae forma ne in Korani exemplaria 22 contra prophetae Chalifarumque priorum et morem et scientiam introducta invalèsceret, multi quidem Moslemi intento studio impedire conati sunt; sed aliis superstitionem eam vel improbantibus vel mitigantibus in exemplaribus Korani puerorum vel peregrinorum institutioni et usui destinatis signa haec paulatim increbuerunt ¹⁾. Colore tamen diverso additamenta haec distinguere visum est; vocalium praecipue signa rubro, diacritica atro colore paulo pallidiore. Deinde signorum hic usus in omnibus Koranis diligentius scribendis et exactissime legendis invaluit. In ceteris autem scriptis signis his optime posse careri viros inter linguam probe edoctos, opinio mansit semper constans; unde scribae iis aut omnino abstinerunt aut rarissime ibi usi sunt, ubi sensui obscuro et ambiguo succurrere maxime videretur necessarium. In poematis difficilioribus grammaticorum industria descriptis et illustratis frequentior factus est signorum usus; in epistolis autem vitaeque vulgaris scriptionibus is non minus necessarius visus est quam in monumentis publicis antiquae quam prae se ferunt, formae et dignitati haud congruus. Puncta tamen literarum diacritica, ut sunt re ipsa graviora, hic illic adscribere magis visum est necessarium. Fertque omnino signorum hujus generis natura, ut usus

1) v. mémoires l. c. p. 341 sqq. Notices et Extr. T. 8. p. 308.

eorum maxime sit pro variis scribis inconstans et ab arbitrio plurimum pendeat.

23 Hoc autem ipso, quod necessario ortum est, signis externis scripturam vetustam perficiendi negotio studii linguae arabicae *grammatici* initia et prima stamina ducta erant. Nam cum linguam Korani sanctam peregrinorum ad Islamismum adactorum ore barbaro interque ipsos Arabes cum barbaris mixtos pessime et legi et pronuciari atque intelligi viderent, mox primas grammaticae leges iis explicandas scriptoque mandandas esse intelligebant ¹⁾. Atque ita grammatici inter Arabes studii initia satis sunt matura et aperta. Sed mox alia accessere quae grammaticae studium inter ipsos Arabes maxime et juvarent et sollicitarent atque necessarium redderent.

24 Proxima causa in ipso Korano sita. Nam Korani et sermo et scriptura multa habet singularia et mira. Sermo est abruptus, difficilis, saepius asper, formis plenus rarioribus, omnino is qui bonum interpretem et cautum desideret. Scriptura vero, utpote quae prophetae aetate inter Koraischitas nova esset parumque culta, paulo ambigua et incondita, formas nonnunquam miscens diversas, quae quanquam vel ubi aberrat non absque omni lege et causa aberrat, a scripturae tamen perfectae norma plurimum recedit. Quae scriptura postquam cum Korano per totam Arabiam pervulgata erat, multis mira videri poterat, ut plures in ea explicanda operam studiumque collocarent utilem ²⁾. Cumque in vita vulgari scriptura paulatim constantior, perfectior et dilucidior fieret, Korani quae erat scriptura simplicior et brevior serius ob libri antiqui venerationem religiose servata est. Quae scripturae ratio quo religiosius ser-

1) haec grammaticae initia monstrant traditiones, in mém. l. c. p. 324 sq. 339.

2) prudenter admodum de eo iudicat Ibn-Khaldun (chrest. T. 2. p. 122-124), superstitionem aliorum refellens.

vanda videbatur, eo magis eam notare, explicare, signis adjectis explanare necessarium erat.

Deinde perniciosa facta est Arabum cum tot tantisque 25 populis peregrinis commixtio linguae eorum puritati et elegantiae (§. 10). Quae labes temporis progressu adeo succrevit, ut in urbium et regionum cultissimarum, in quibus Islamismus florebat, clarissimis quibusque lingua arabica prorsus degeneraret. At linguae Koranicae sanctitas et veneratio superstitiosa simul novas semper cepit vires, eo usque increscens, ut doctores Koranum eodem prorsus, quo olim Muhammed, modo sedulo pronunciandum esse poscerent, legesque de recta literarum pronuntiatione pausarumque ad vocem declamansem bene modulandam usu subtiles multiplicisque sancirent.

Denique totius culturae apud Arabes post Muhammedem 26 incrementis laetis scientiaeque apud eos origini et flori linguae imprimis generosae et masculae amor ingens poetarumque antiquorum, quos juxta Koranum summos linguae purae magistros et arbitros aestimabant, studium acre ad grammaticam explorandam et explicandam accessit. Hinc a primi inde seculi fine fervere grammaticorum studia; scholae Baçrenses imprimis et Cufenses inclarescere; et postquam *Elchalil* et *Sibawaih* inter primos doctrinam, quae in scholis jam disputari et stabiliri coepit, grammaticam scripto mandare coeperunt, ingens ortus est grammaticorum omnis generis numerus. Alii grammaticam integram vel partes potiores scriptis illustrare instituerunt, e Korani praecipue et poetarum antiquorum lectione et auctoritate leges suas stabilientes et probantes 1); alii de Korani virtutibus sive vitiis

1) horum quae scripta prius impressa sint, v. in Schaurrieri bibl. arab. Hal. 1811. In Indiâ quidem Orientali satis multa ejus generis scripta prodire, ut *An entire and correct edition of the five Books upon arabic Grammaire*, by J. Baillie V. 1 - 3. Calcutta 1802-5. *The miut Amil* by A. Lockett Calc. 1814, sed horum pauca in Europam perlata videntur, ego nullum vidi. Quo majore beneficio

peculiaribus disserere signaque ad hunc rite pronunciandum et declamandum inventa explicare ¹⁾; alii de literarum pronunciatione justa et pura praecipere ²⁾; alii commentarios in Koranum et poetas celebres scribere diffusos et multiplices. Nihil omnino non facere, nulla non tentare, nihil intactum relinquere grammatici sollertes et per totum Islamismi orbem magno numero dispersi, quo linguam generosam illustrarent.

27 His igitur Arabum grammaticis indigenis diligentibus ad linguam cognoscendam diligenter esse utendum, horum leges et opiniones esse ante omnia consulendas, nemo est qui jure dubitet. At caute ut non minus quam diligenter iis utamur videndum est. Suis enim laborant mendis satis gravibus, quanquam ex temporum illorum locorumque conditione paene necessariis. Nam sollertes illi et docti homines quo intentiori studio arabicam linguam penitus cognoscere, omnes ejus divitias uberes complecti, formas et dicendi rationes colligere, leges quoque quibus singula regerentur scrutari et in systemata redigere allaborabant: eo magis deplorandum est, quod solam arabicam linguam cognoscendam et illustrandam sibi sumebant, ceterarum et semiticarum et exterarum aut ignari aut incurii. Ea autem est linguarum indoles, ut cum omnes eadem animi humani naturâ, multae ad eandem stirpem pertinentes origine propius etiam cohaereant, quae sint singulae cujusdam leges et causae, non possit nisi ex cognatis omnibus atque universâ linguarum naturâ probe comparatis et perspectis recte intelligi et doceri. Itaque in limites inclusi nimis angustos vel summa opera haud poterant boni isti grammatici Arabum linguam bene explicare. Quaedam sensu linguae vero ducti rectissime observarunt; in multis caecu-

sibi nuper denuo literas arabicas devinxit ill. S. de Sacy editâ *anthologie grammaticale arabe* Par. 1829 quae fragmenta continet bonae frugis plena. Grammatica scientia est النحو .

- 1) scientiae hujus, رسم المصنف ^{و صحت} dicti, specimina luculenta exhibuit de Sacy in Not. et Extr. T. 8. p. 290 - 359.
- 2) ut quod opus imprimendum curavit de Sacy in Not. et Extr. T. 9. p. 1 sqq.

trunt circa internas causas legesque veras, dumque causas (seu systema quoddam) quaerunt et haud raro innumeras ejusdem rei diversas colligunt, dum quae observarunt linguae peculiaria nominibus sedulo insigniunt distinctis, a veris causis, id vero est a simplici et congrua explicatione procul absunt. Plura grammaticae capita assiduo eorum studio implicita magis sunt et intricata quam explicita et dilucidata. Vereque profecto Ibn-Khaldun ¹⁾ sensit, aliud esse grammaticorum horum nosse placita et praecepta, aliud linguae sensu et usu esse imbutum ²⁾.

Deinde grammatici quorum scripta inclaruere Baçrae, Cui-²⁸ fae, Damasci, Bagdadi aliisque urbibus extra Arabiam fere omnibus degentes non ipsi erant Arabes Muhammadi poetisque veteribus coevi vel contribules, sed exteri maxime exteris in terris viventes, cum lingua arabica labi jam et corrumpi coepit. Itaque quanquam ipsi linguae arabicae usum habebant quotidianum, sensu tamen ejus vivo et nativo non eo erant imbuti quo Arabes genuini. Linguam perfectam jam et stabilem redditam, utpote Korano adstrictam, et ipsi e scriptis didicerunt et alios docuerunt. Quare vetustissimi jam, quorum doctrinam vel opiniones aut scripta etiam hodie cognoscere licet, ut *Elchalil* (m. c. a. 170) et *Sibawaih* (m. c. a. 180) non dissident tantum inter se maxime et litigantur acriter, sed etiam ad Arabum Beduinorum linguam continuo provocant hosque, siquando nimis dissentiunt, summos faciunt arbitros falli nescios ³⁾. Et quanquam multae inter grammaticos omni tempore agitatae sunt lites et dissidia, in ipsa tamen hac grammaticae tractandae ratione summà conspirant; nec seriores nisi regulas augere, in ordinem et systema redigere vel concisius complecti didicerunt.

1) Anthol. p. 176 sqq.

2) haec non Arabicorum tantum grammaticorum ratio est et mensura, sed omnium veterum populorum, simili ex causâ. Idem apud Indos, Graecos, Rabbinos observari potest.

3) v. imprimis narrationem de lite quadam celebri, in anthol. p. 200. et alias, ut in chrest. I. p. 406.

LIBER PRIMUS.

DE LINGUAE SONIS EORUMQUE SCRIPTURA.

29 De sonis, quibus linguae voces pronunciantur et scribuntur, duo sunt explicanda, alterum quae sit eorum natura et leges, alterum quomodo scriptione exprimantur. Illud quanquam per se ad cognoscendum proximum est et maxime necessarium, cum pronunciationem scriptura sequatur; bene tamen nisi figuris sonorum cognitis haud poterit perspicui. Itaque a literarum signorumque serius additorum (§. 20) figura brevique notatione ordiri placet.

30 Literarum alphabeti vulgaris viginti octo figurae et nomina ordine recepto sunt haec:

Ordo	Nomina.	Figurae				Valor		
		hand connexarum in fine tantum	connexarum omnino	cum praecedente	connexarum utrinque	cum sequente	soni	numeri
1	ألف Alif (Euf) •		ا	ا			N' Spiritus lenis (â)	1
2	باء Bâ (Be)	ب	ب	ب	ب	ب	ب b	2
3	تاء Tâ (Te)	ت	ت	ت	ت	ت	ت t	400
4	ثاء Tâ (Te)	ث	ث	ث	ث	ث	(ث) t	500
5	جيم G'im	ج	ج	ج	ج	ج	(ج) g'	3
6	حاء 'Hâ	ح	ح	ح	ح	ح	ح 'h	8
7	خاء Châ	خ	خ	خ	خ	خ	(خ) ch	600
8	دال Dâl		د	د			د d	4
9	ذال Dâl		ذ	ذ			ذ d	700
10	راء Râ (Re)		ر	ر			ر r	200
11	زاء Zâ (Ze)		ز	ز			ز z	7
12	سين Sin		س	س	س	س	س (س) s	60

Nomina.	Figurae					Valor	
	haud conne- xarum in fine tantum	omni- no	cum prae- ceden- te	utrinq- ue	cum se- quente	soni	nu- meri
13 شين Schin	ش		ش	ش	ش	ʃ sch	300
14 صاد Çàd	ص		ص	ص	ص	ʃ ç	90
15 ضاد 'Dàd	ض		ض	ض	ض	(z) 'd	800
16 طاء 'Tà		ط	ط	ط	ط	t 't	9
17 ظاء 'Tà		ظ	ظ	ظ	ظ	(z) 't	900
18 عيني 'Ain	ع		ع	ع	ع	ɛ	70
19 غيبي Gain	غ		غ	غ	غ	(j) g	1000
20 فاء Fà (Fe)	ف		ف	ف	ف	f f	80
21 قاف Qàf	ق		ق	ق	ق	q q	100
22 كاف Kàf (Kef)		ك	ك	ك	ك	k k	20
23 لام Lám **	ل		ل	ل	ل	l l	30
24 ميم Mím	م		م	م	م	m m	40
25 نون Nùn	ن		ن	ن	ن	n 'n	50
26 هاء Hâ (He)	ه		ه	ه	ه	h h	5
27 واو Vâv		و	و	و	و	v (ù)	6
28 ياء Jâ (Je)	ي		ي	ي	ي	j (i)	10
Hamza *	ء					'spir. len.	
Lam-Alif **		لا	لا	لا	لا	là	

Vocalium signa haec:

1) brevium: ˘ a (e), ˘ i (e), ˘ u (o).

2) longarum: ˘˘ â (è), ˘˘ i, ˘˘ u.

3) diphthongorum: $\overset{\circ}{\text{ي}}$ ai, $\overset{\circ}{\text{و}}$ au. His accedunt signa vocalium brevium duplicata, vocales breves in fine vocis in sonum nasalem exire notantia: $\overset{\circ}{\text{ـ}}$ un, $\overset{\circ}{\text{ـ}}$ in, $\overset{\circ}{\text{ـ}}$ v. | $\overset{\circ}{\text{ـ}}$ an. Tanvin v. *Nunationem* id vocant.

32 Cetera autem signa haec:

1) $\overset{\circ}{\text{ـ}}$ *Sukun* v. *G'ezma*, literam sine vocali pronunciandam esse signans, ut $\overset{\circ}{\text{ب}}$ bal, $\overset{\circ}{\text{ق}}$ لـ ta.

2) $\overset{\circ}{\text{ـ}}$ *Teschdid*, literam cui superscriptum est, inter duas vocales geminandam esse notans, ut $\overset{\circ}{\text{ك}}$ تـ kattala.

3) $\overset{\circ}{\text{ـ}}$ *Hamza* literae | (vel و ي ex ea natis) vel superscriptum vel substitutum, | non vocalis loco â, sed consonantis s. spiritus lenis vi scriptum et pronunciandum esse significans, ut $\overset{\circ}{\text{س}}$ اـ sa-â-la.

4) $\overset{\circ}{\text{ـ}}$ literae | in vocis initio ante consonantem vocali vacuam superscripta, ut eam sine vocali legendam et ad vocis praecedentis finem vocali instructum trahendam esse significetur, ut $\overset{\circ}{\text{م}}$ نـ من *mi-nib-nin*.

5) $\overset{\circ}{\text{ـ}}$ *Meddâ*, vocalem bene producendam esse monens, ut $\overset{\circ}{\text{م}}$ اـ *mâdda*.

33 Jam vero linguae sonorum natura et scriptura exactius ordine explicandae sunt.

34 I. De syllaba. Syllabae leges sunt perpetuae constantissimaeque, ex linguae praecipue ut sonorae et pronunciationis asperitatem evitantis ita masculae et firmae ingenio (§. I sqq.) et radicum formarumque suarum ratione (v. libr. II) pendentes. Nititur autem syllaba vocali distincte pronunciandâ, quam qui soni sive praecedere sive sequi possint, ut de syllabae arabicae ratione et ambitu constet, accuratius videndum est.

1. Vocalem syllabae non praecedit nisi *una* ubique con- 35
sonans, ut ل *li*, و *wā*, د *dū*; duas pluresve consonantes
praevias, ut in *scando*, *gravis*, ferre omnino nequit Ara-
bam pronuntiatio sonora, neque sustentat formarum linguae
ratio. Unde si vox barbara consonanti duplici incipiens
Arabibus pronuntianda est vel in vernaculae ditionem abit,
semper ea consonantibus duabus diremtis, vocali plerumque
brevissima praemissā, pronuntiatur, ut اسفنج *spéγγos*,
 اسفيل *spilla*, افلاطون *Platon*.

Syllaba potest quidem a vocali ipsā ordiri, praemisso 36
spiritu tantum, qui vocalem ex ore protrudat, lenissime; is
enim necessario praecedit scriptoque etiam, cum consonantis
instar vocali praemissae sit, Semitis plerumque expressus est
(§ 46). Frequenter id praecipue ab initio vocis accidit, ut
 اب *ābun*, او *au*, اقتل *uktul*. Sed mediā in voce vocalis
syllabam incipientis per se difficilis est pronuntiatio, sive con-
sonans praecedat sive vocalis; nam ad illam vocalis sequens
naturā suā sese inclinare nititur, ut جا رينا *ja-raina* ex *jar-*
aina; cum vocali autem praemissā ad coalescendum procli-
vis est. Hinc vocalis ab initio syllabae mediae pronuncian-
dae facultas limitibus circumscripta est angustis (v. infra);
valetque in universum lex in arabicā aequē ac sanscritā linguā
constans, non esse syllabam in media voce vocali in-
choandam. Quare

1) vocalis, si forte in mediā voce a syllabae esset initio, 37
consonanti priori sese subjicit, ut ماقول *mā-kūlun* ex *māk-*
vūlun, *māk-ūlun*.

2) vocalium duarum concursus evitatur; unde duae aut 38
coalescunt, aut una alterum elidit, aut semivocali intercedente
dirimuntur; id quod quomodo diversum sit infra in singulis
videndum est.

paucis tantum literis sonum suum asperiores, ut fit temporis progressu, emollientibus; sed diligentior etiam subtiliorque his subnasci coepit pronuntiatio literis quibusdam ad voces sensus diversi distinguendas mollius asperiusve pronuntiatis, aut pronuntiatione peculiari accedente. Estque Arabum pronuntiatio omnium, quae semiticae stirpis sunt, linguarum maxime subtilis, fortis, diligens et distincta, quanquam in vulgo negligentior duriorque et syriacae similior tum antiquitus fuit tum hodie praesertim facta est. Similem vocalium rationem v. §. 69 sqq.

Quarum ut ratio inter se mutua et pronuntiatio diversa 44 observetur, classes tum in universum tum in singulis distinguendae sunt; qualis classium distinctio literarumque valoris et naturae observatio diligens per totam formarum doctrinam plurimae est frugis. Potestque in universum *duplex* institui literarum omnium distributio. Nam primum, quo organorum habitu et dispositione literae proferantur sequae inter sunt sive viciniore sive diversiores, spectari potest; qua in re ordo sic optime ¹⁾ instituitur, ut ab extremo inde, unde consonantes procedant, gutture ad labia usque literae deinceps enumerentur. Sed ab altera parte literae vi qua efficiuntur et valore diversae sunt, aliae vocalibus propiores, diffuentes, leniores et imbecilliores, aliae firmiores et quasi densiores; aliae spirantes, aliae sibilantes, aliae mutae, aliae sum spiritu vel sibilo admixto prolatae. Quanquam valor literarum ab organorum simul dispositione pendet. Utriusque ordinis e generibus variae nascuntur species. Quorum omnium deinceps describendorum conspectum haec exhibet tabula:

1) id jam miro grammaticorum arabicorum et sanscritorum consensu probatur.

	1. Spirantes.	2. Molles.			3. Sibilantes.			4. Mutae.
		semi-vocales	liquidae	nasal.	sibillae	sib. fortior	cum sibilo	
1. Guttur.	ع, ح, د, ذ, ر							
2. Uvales								ك ق
3. Palatinae		ي				ش	ج	(ض)
4. Lingual.			ر	ن				د ت ط
5. Gingiv.			ل				ذ ث ظ	
6. Dentales					ز س (ض) ص			
7. Labiales.		و		م				ب ف

45 Septem harum, quae ab organorum dispositione constituuntur, classium tres priores literas sistunt ore infimo formatas; tres sequentes ore medio; ultima ex ore anteriori procedentes. Suntque classium discrimina et ordo bene jam grammaticis Arabum observata, quibus gutturales sunt حلقية; uvales لهوية; palatinae شجرية¹⁾, cujus ditionis alii volunt esse ج ش ض, alii ج ش ي, utrumque ita conjungendum videtur, ut ي ante omnia huc trahatur, ش autem et ض medium inter utramque classem locum teneant (cf. §. 53); linguales د ت ط nominatae لسانية, interque has literae ذ ث ظ iis sunt نطعية, ab extrema palati (lingua tacti) parte prodeuntes, د ث ظ لثوية gingivales, lingua gingivam tangente; حروف الصغیر v. حروف الصغیر e mucrone linguae exeuntes و اسلية رس ص

1) vox haec satis dilucida esse potest ex verbis Kamusi.

literae sibilae, ر ل ن ذوقمة^{ذوقمة} seu acutâ linguâ motae, labiales
شنيمة^{شنيمة}). 2) Sed videndum jam de singulis.

1. Literae ا * ع خ ح e gutture procedentes spiritum 46
tantum pro singulis varium edunt. Omnium lenissimus spi-
ritus est ا, talis scilicet qui vocalem ab initio syllabae positam
necessario praecedat, post vocalem quoque vocis intensione
audiri queat, ut امر^{امر} 'amara, سال^{سال} jas-'alu, رأس^{رأس} ra'sun.
Fortior est *, latino et nostro h, Graecorum spiritui aspero
respondens; intentior etiam ح Graecorum χ et nostro ch
paullo mollius pronunciato respondens. A quibus ع ita dif-
fert, ut spiritum palato non extrudat, sed extrinsecus hau-
stum intrudat magis palatum pungens, qui sonus nobis aegre
imitando attingitur. Sed in his gutturalibus duabus Arabi-
bus duplex invaluit pronunciatio, in aliis vocibus fortior, in
aliis mollior. Quae duplex pro vocibus certis pronunciatio
Syris, unde alphabetum arabicum derivatum, haud nota Ara-
bibus serius puncto tantum fortiori sono significando inser-
viente expressa est §. 20. Omnino id hic tenendum, sonos
hos duplices, quanquam in Arabum, quae nunc exculta est,
linguâ eorum diversitas radicum tum levius tum plus a se
diversarum copiam bene distinctam genuit, ab origine tamen
linguae semiticae antiquiore peregrinos fuisse nec nisi Arabum
deberi sermoni tum subtiliori tum uberiori et ditiori 3).

1) Kam. tradit classes duas extremas comprehendi nomine حروف الذئب^{حروف الذئب}
ab extremitate linguae et labiorum.

2) v Notices et Extr. T. 8. p. 352 sq. T. 9. p. 1-66. quae est disser-
tatio Arabis grammatici diligentissima. Quaedam discrimina et no-
mina parvi sunt momenti.

3) audiendae sunt de ا ع خ ح pronunciatioe descriptiones et leges
quas dant indigenae, ut Aryda in gr. p. 9 sqq. Literam ع per g
simpliciter exprimere malui, quippe quam Arabes in vocibus pere-
grinis pro ipso hoc g e regula adhibeant; Persae tamen g mollius
per g notant.

Ex his quae litera maxime singularis est, ṣ triplicem habet usum: 1) ab initio ponitur syllabae (vocem inchoantis plerumque) vocali incipientis, spiritus Graecorum lenis in-

star, ut ^{سود} اقتل, ^{سود} اقتل; اكل, ubi syllaba simplex; 2) sonum radicalem explet, ut ex radicum formationis lege constante sonus hic consonantis instar alius vocalium variationem ceterasque vicissitudines e formis pendentes patiatur; atque haec est sola ratio, qua sonus vocali vacuus post vocalem pronunciari

et geminari potest, ut ^{سء} سأل, ^{سء} سأل, ^{سء} سأل = ^{سوء} قتل, ^{سوء} قتل, ^{سوء} قتل.

3) in fine vocis post vocalem longam à in spiritum exeuntem, ut ^{سوء} قتلوا; cf. §. 83.

47 Soni hi spiritum tantum e gutture protrudentes naturam suam vocalibus sunt proximi, nullaque inter has iis est cognatio quam *a* similiter ex intimo gutture prodiens (quodque cum hoc cohaeret, *e* nonnunquam). Qua ex sonorum horum naturam peculiari in ceteris quidem dialectis semiticis multae oriuntur sonorum varietates et mutationes, at in Arabum linguam puram, fortiori diversoque omnino vocalium habitu indutam nullae cernuntur, nisi quod in unam formam e more velut antiquo breve *u* vel *i* gutturalem aut sequens aut praecedens in *a* mutatum est, neque id nisi in verbis certis quae hoc velut ex alia aetate servarunt, ut ^{سوء} بقتل ex ^{سوء} بقتل¹).

48 Possuntque soni hi Semitis tantam copiam peculiare habente lingua perquam corrumpi et confundi, spiritu isto fortiore paulatim emollito, leniore eliso prorsus et pessumdato. Sed et hic pura emicat et mascula Arabum lingua, quae sonos hos constantius puriusque quam ceterae dialecti se-

1) Plus difficultatis gutturalium in fine syllabae pronuntiatio habet, de qua cf. Notices et Extr. T. 9. p. 21. Nam post vocales dissimiles *u* *i* vocalis quidam sonus se intrudit, qui in vulgari lingua vocalibus finalibus carente post longam praesertim vocalem auditur ut ^{سوء} نوح *nūch*.

ticâ efferenda est ¹⁾). Lenius sonat ك, unde diverse pronunciantur ^{su-} قلب *galbun*, ^{su-} كلب *kelbun*, et post ك ante â û brevissimum auditur *i*. Dialectis nonnullis ق in *g* obscurius ²⁾, ك in *g* clarius degeneravit. Literam autem ج ab origine *g* fuisse dubio caret, estque haec pronuntiatio etiamnunc in tractibus quibusdam usitata ³⁾; sed hic sonus paullatim in leniorem palatinam emollitus est, e lege sonorum tum omnium uvalium tum praesertim hujus continuâ apud omnes fere populos linguâ labente observandâ ⁴⁾). Eaque pronuntiatio apud plerosque invaluit ut eam nobis in legendo sequendam esse nullum sit dubium ⁵⁾). Pro *dsch* tamen quod Germanis sonum hunc exprimit, simplicius *g'* scribere malui.

1) Aryda p. 9: "literae emphaticae ق ظ ض ص sunt ejusdem naturae ac lenes ك ز ت د س, at multo majori cum emphasi pronunciantur, pleno videlicet ore, mucronem linguae, in duabus praecipue literis ض et ط, initio palati fortiter sistendo, atque intimam oris partem, guttur versus, dilatando." Imo vel in vocalis *a* et nasalis *n* in eadem voce praecedentis sonum hanc emphasis transire dicit, id quod cum *sanscrito* *n* dentali potest conferri. — Cf. praecipue Ibn-Khaldun in Sacyi anthol. p. 171. 172. qui hac literâ Arabes veros distingui ait.

2) cf. Senkowsky supplement à l'histoire des Huns p. 79.

3) v. Habicht praef. ad epist. ar. p. VII. Fraehn ad Ibn-Fozzlan p. 132 qui id vel ex ك oriri monstrat. In persicis etiam ex ه natum est, ut ديباج ex ديباه *dibah*, *dibag*.

4) sic latinorum *g* populis recentioribus in *dsch* emollitum est; sic Indis tum antiquioribus tum recentioribus in *Sanscrito* sermone et Palico cf. Essai sur le Pali p. 163.

5) nam quod alii objecerunt, ج non esse inter literas solares (§. 128), nihil valet, cum sonus sit palatinus, non lingualis et dentalis; sed solarium eam legem apud nonnullos sequi auctor est Aryda p. 8. Atque vel in Korano ج د similes habentur literae, ut legendo ج duplicanda sit §. 131. Latius autem serpente depravatione ك etiam mollius nonnullis *sch* hodie pronunciat, ut apud veteres jam

2. Inter sibilantes **س** est sonus lenis et nobis vulgaris; 52
ص autem fortius cum spiritu et emphasi efferendum, quasi
Germanorum *f*s, *β* pronunciales. Sic ex origine ut sibi
respondent tenues **س** et **ت**, ita spirantes **ص** et **ط** (ظ); est-
que haec literarum harum ratio per totam verborum structu-
ram conspicua. **ز** vero sibilans est cum *d* ita mixta, uti in
Graecorum **ζ** nostroque *z* molliori; interque mutas literas
sola ei respondet **د**. Igitur tribus mutis lingualibus totidem
pares et equiparandae sunt sibilantes, spirans **ص**, tenuis et
lenis **س**, mixta **ز**. Plenior autem et obscurior sibilans **ش**
ad palatinas propius accedit.

Ex **ص** **ç**, in vocibus quibusdam, sono sibilo, ut fit haud 53
raro in dialectorum praecipue varietatibus, in sonum densum
et mutum ipsi respondentem *t-d* converso, enata est litera **d**,
quae quanquam **d** vulgari similis, spiritu tamen et emphasi a
ص servatis probe est distincta. Quibus in vocibus mansit
quidem ex vetustà et in vulgo servatà pronuntiatione scri-
bendique ratione litera **ص**, sed est ea paullatim puncto
distincta; ut ^سارض = ^سأرض, ^طأرض (1), ^صرضي, ^صرضان. Similiterque
pronuntiatione subtiliori ex **ط** in vocibus quibusdam enatum ط
est **t**, sono sibilo literae **ط** ita admixto, ut spiritus ejus et
emphasis maneat, quae pronuntiatione et ipsa paullatim puncto
apposito distincta est, ut ^طحفظ, ^طظفر. Quae literae duae **ض**
et **ط** quanquam ex origine satis diversae Arabibusque subtilius
loquentibus haud dubie bene distinctae in vulgo tamen lite-
rae **ض** sibilum non tollente nunc ita confunduntur, ut
utrumque per **z** molle efferant; monstrantque jam cdd. qui-

Sacyi anthol. p. 64 et hodiernos, v. Carlyle in Transact. of the
asiat. Societ. of Bombay Vol. 1. P. 3. p. 581. et ق per *tsch*, ut
dicit Niebuhr Beschreibung von Arabien p. 83.

1) cf. gr. hebr. crit. p. 33.

dam aetatis recentioris perpetuam fere literarum commutationem ¹⁾).

54 Utque ط ex ط ortum sibilo accedente, sic ex ت et د orta sunt ث *t* et *d*, quos sonos immixto sibilo linguâ fortiter ad medias duas dentium series allisâ Anglici *th* instar efferre jubent. De quarum literarum trium inter duas classes ancipitum et mixtarum origine si quaeris, haec tenenda videntur. Literarum ذ ث ظ pronuntiatio primitiva sibilans fuit ψ , Hebraeis adhuc servata. Quae quidem literae sibilantes duriores in densiores mutas cesserunt Syris, Arabumque vulgo cessisse exinde constat, quod mutae in linguâ hodiernâ scriptorumque vetustiorum vulgi loquelam sequentium leguntur. Subtiliori autem Arabum sermone ex vetustâ pronuntiatione sibilans adhuc sonus inhaesit literis his adpersus. Unde quanquam fluctuans inter duplicem sonum lingua scribere tamen, cum figurae peculiares deessent, maluit mutam, cujus sonus literae mixtae inesset semperque in vulgo audiretur. Simulque sonus peculiaris significationes interdum distinguit.

55 Literae ص ض ط ظ, quia secundum haec cum spiritu quodam os apertum celeriter contrahente et claudente proferuntur nomine ^{صوت} *المطبقة* clausae distinguuntur ab omnibus ceteris ^{صوت} *المنفتحة* apertae dictis ²⁾).

56 Litera nasalis ن Arabibus quanquam in fine vocum et ante gutturales sonum habet purum, ante literas tamen uvales (cum ج) linguales, dentales, gingivales et ف per nasum fortiter sonare dicitur, ante ب in sonum م transire, ante ن وم ي (nisi ي et و in mediâ sint voce) in sequentem sonum solvi manente sono quodam obscuro nasali, nisi quod in ea-

1) cf. Casiri bibl. Esc. T. 1. p. 17. Hamaker ad lib. de expugn. Memph. p. 28 et infra §. 59.

2) v. Not. et Extr. T. 9. p. 8. 42.

dem voce ante **و** maneat, ante **ر** et vocis sequentis in sonum sequentis resolvi. Pingunterque hinc supra **ن** in Koranis diligentioribus colore rubro **ن**, **خ** (i. e. **أَخْفَاءٌ**, occultatio soni primitivi per nasalem), **م**, **غ** (i. e. **وَعْنَةٌ** tonus nasalis) sequente Teschdid et **لغ** (i. e. **لَا غِنَاءَ** sine t. n.) sequente eodem, signa quinque horum pronunciationis generum ¹⁾. Sed haec pronunciationis subtilioris varietas et diligentia, quam haud fundamento carens, in vita vulgari haud observata videtur neque est ejus nisi in Koranis et grammaticorum operibus memoria facta. Cf. **مَا** §. 129.

3. Labiales inter **ب** quod Syris crassius plerumque *p* 57 sonat, Arabibus ex sermonis qui ubique elucet subtilioris et festivioris ingenio semper *f* audit ²⁾.

Literarum **و** haec est natura, ut sonum habeant inter 58 vocalem *u* et *i* et consonantem germanicam rigidam firmamque factam *w* et *j* medium et quasi ancipitem, qui pro diverso situ et in vocalem *u* v. *i* facillime transeat et semivocalis sonum stabiliorem teneat. E qua sonorum horum fluctuantium natura quae sequantur, infra §. 98 sqq. explicabitur.

In *permutandis* his sonis Arabum lingua multo est ce- 59 teris semiticis *parcior* et *cautior*. Suntque hic plura sonos similes ³⁾ permutandi genera distinguenda: 1) sunt in ipsis radicibus soni literarum similes ita permutati, ut duae pluresve radices ortae sint sui juris, *significationis* plerumque *discrimine* quodam accedente, ut **زَلَّجَ** et **زَلَّجَ** lapsavit,

1) v. Notices et Extr. T. 9. p. 35 - 40. 80 - 84. Proinde positio mna-tionis varia est, T. 8. p. 310.

2) hinc **ب** scribere coguntur Persae ad *p* exprimendum.

3) de quorum classibus v. fusius dictum in gr. hebr. p. 31 sqq. et min. §. 24 - 26.

خَسَفَ de defectu lunae, كَسَفَ de defectu solis (ut Sacyi corresp. des Samarit. p. 59); خَفِرَ erubuit pudore, cohaerens cum حَمِرَ rubuit; 2) in peregrinis praecipue adoptandis vocibusque etymologiae incertae permutatio literarum major proclivis est, linguâ originem ignorante, ut ^{s-uf}أرملٌ viduus cum verbo رَمَدَ, ^{uf}أرملٌ ex رَمَدَ; 3) in paucis soni vocis arabicae confusio permutationi ansam dedit, ut lingua inter duas pronunciations anceps haereat, praecipue inter صي et lenius س, ut ^sصِرَاطٌ et ^sسِرَاطٌ *via*, ^sمَصِيرٌ *aditus*, reditus Sur. 42, 15 ex سَارٌ ¹). Saepius vero literae ظ ثذ cum ت د permutantur, subtiliori pronunciatione et vulgari (§. 54) commixtis ²), ut ض et ظ e soni in vulgo confusi more (§. 53). 4) Denique plurimae permutationes et quae maxime constant e dialectis pendent, ut notus ille literae b syllabam incipientis in m transitus magis dialectis certis privus est ³). Multaque quae certis e formae legibus alternantur temere permutari dicuntur.

60 Jamque de forma literarum videndum est.

1. Primum cum antiquissima, quae nobis innotuit, Arabum scriptura literarum jam habeat juncturam fere continuam, a Syrorum quippe, quae eandem juncturam sequitur, scriptura derivata, Arabes hanc non salvam modo retinuerunt usque, sed festinante calamo usuque scripturae frequentissimo invitante ductus etiam literarum plurium ita diminuerunt et contrahere consuerunt, ut tandem e pluribus sive si-

1) v. Not. et Extr. T. 9. p. 45. 46. Hamaker ad expugn. Memph. p. 87. 88.

2) de ُ et ٰ confusis v. Hariri in Sacyi anth. p. 37. 38.

3) v. Sacyi chr. I. p. 406. — De literis secundum Arabes grammaticos permutabilibus v. Baid'awi in Sacyi anth. p. 4.

§. 125,) fieri nequit, nec nisi grammaticis et lexicographis inque numeri denotandi usum §. 30. inservit, velut ت, ب, م etc.

66 Neque ita junguntur solum literae annexae, sed et majori scribendi et compendio et levitate aut involvuntur, ut و vel لا , quae figura simplex visa quibusdam vel ultimae literae loco alphabeto subnexa est, ¹⁾ aut, si ductuum ratio invitat, superne annectuntur, ut لم, لجة, لجد.

67 Ut figura numerusque, ita *ordo* literarum ex origine idem erat qui Syris et Hebraeis. Suntque ordinis hujus primitivi vestigia servata tum in literarum numeris signandis adhibitarum (§. 30) vi et ratione, tum in antiquo literas omnes ordine suo dispositas vocibus memorialibus comprehendendi exemplo hoc:

¹⁾ أجد هوز حطي كلمن سعصص قرشت تحذ ضطغ.

Utrinque literas puncto ob subtiliorem prononciationem distinctas in fine positas conspicimus. Sed ordinem hunc pervetustum postea inverterunt grammaticorum studia alios quaerentium qui potiores viderentur. Coeptum est literas aut figura similes aut prononciatione vicinas copulare; quod studium quanquam antiquum ordinem satis pervertit, idque apud Orientales magis quam Africanos Hispanosque omnino veterem scripturam fidelius servantes, haud tamen radicitus evertit. Post secundam enim literam ب positae sunt ت, ث ob figuram similem; similiterque literae ج subjunctae ح, خ; dein literis د, ذ subjunctae ر, ز quae in cdd. praesertim ad

1) v. litem grammaticorum inutilem in Not. et Extr. T. 8. p. 328-330.

2) sex prioribus vocibus Arabes sex priores hebdomadis dies (ultimus, veneris s. $\alpha\lambda\epsilon\alpha\alpha\alpha\alpha\alpha\alpha$, est عروبة *vesper sabbati*) vocitasse ferunt; sed id de ludi magistris tantum alphabetum memoriae insignitibus intelligendum esse, cum nomina haec in vita vulgari haud usitentur, recte jam Pocock. spec. hist. p. 208. vidit.

illas proxime accedunt; (deinceps ordine suo procedunt litterae apud Occidentales, ut omissae * et ʾ in fine cum littera simili (§. 58) ي ponantur, س vero ش, et ق ع ف ق ω ʾ ob figurae similitudinem praefigantur;) at apud Orientales ob soni similitudinem porro ordo sic mutatur, ut litterae ز postponantur س, ش, has sequantur vicini soni ص, ض, ط, ظ et ك denique litterae ق postponatur.

Nomina quoque literarum syriaca apud Arabes tum 68 significationum ignorantia tum usu frequentissimo varie decurtata: integra mansere *Elif, Sin, Schin, Ain, Kaf* (ex lege §. 73 pro Kof), quod *Caf* ك sequitur pro ܟܢ, *Mim* (ex lege §. 73 pro Mem), *Nun, He, Vav*; sed detruncata *Gim, Dál, Zád, Lám*, et amplius etiam, manente solum sono consonanti cum vocali, *Ba, Ta, Ha, Ra, Za, Tha, Ja*, quas sequitur *Fa*. Sed quia nomina literarum vi suà nominum usum sequi possunt, omnia haec, decurtata quoque, nominum formam ambitumque occuparunt.

III. Vocalium soni proximi et primitivi sunt *a, i, u*, man- 69 seruntque ù in Arabum sermone aequae ac in Sanscrito satis puri et integri. Diphthongi iis non sunt nisi duae proximae, quae Sanscritae quoque linguae eadem sunt, *ai* et *au*, coalescente *a* cum *i* vel *u*; neque hae in sonos *o* et *aʔe* emollitae sunt.

Has inter vocales tres primitivas hoc summum observa- 70 tur discrimen, quod *i* et *u* tum ipsà sonorum naturà tum pronuntiatione Arabum peculiari 1) sibi sunt vicissim viciniore, ita ut *a* vocalis altior fortiorque utrique sit opposita. Cui accedit, aliud, quod *i* et *u* eadem ratione ab *a* distinguunt. Ea enim est vocalium *i* et *u* natura, ut invitante pronuntiationis facilitate facillime in semivocales suas *j* et *v* (*w*),

1) videtur enim vocalis *u* admodum in *t* inclinasse; monstrat id evidentissime *rythmi finalis* ratio, ex qua poetis semper *una* et *tra* sine discrimine copulare licet.

haeque contra in vocales suas *i* et *u* possint resolvi. At *a* non habet cui respondeat semivocalem. Quod praeter alia in scripturam quoque quantum valuerit ex §. 75-77. apparebit.

71 Vocalium autem trium *brevium* id est discrimen ut *a* vocalis sit omnium proxima et fortissima, cujus sonus omnino per totam linguam tum ab origine praevaluit tum in arabica, qualis nunc est, lingua dominatur. Quà quidem ab alterà parte *i* est subtilior pressiorque, unde ea brevissimae vocalis vim tenet praecipuam; ab alterà *u*, *o* obscurior pleniorque, cujus in sonum *a* quibusdam in formis certa ex lege abiit.

72 Istae vero vocales, si omnes computamus, *octo* (tres breves, tres longae, duae diphthongi) variis vicibus mutationibusque ut omnibus in linguis ita in semiticà sunt obnoxiae. Quarum quidem certae sunt leges summae, vario modo in quavis linguà cognoscendae. Sunt autem brevis hae: 1) labente linguà vocales primitivae fortioresque in molliores levioresque detritae abeunt; quod vario cernitur modo graduque, imprimis tamen perpetuoque magis ita, ut *æ* in *è* transeat, paulatimque à etiam in *è*; *γ* et *ū* in *è* et *δ*; diphthongi autem in sonos longos simpliciores diffluant, *ai* in *ae*, *au* in *ó* ¹⁾). 2) Sonus *a* altior dilucidiorque in obscuriorem *o* abit, quanquam id, cum sonus non tam deteratur degeneretque, quam varietur sono paulum molliori, e dialectorum varietate magis pendeat, ut si quae dialectus cum gente ipsa paulo sit asperior fortiorque, sonum *d* non retinere solum ubique sed etiam, ubi ceterae ex origine bene *ò* habent, huic à substituere queat.

1) Latius serpente depravatione quodvis *e*, tum breve tum longum, in *i* dilutius diffluere potest, ut *minaret* in viatorum nostrorum ore pro *مِنَارَة*. Lectores quidam Corani pro *à* in vocibus quibusdam *ia*,

ae, *e* legi jubent, quod *أَمَالَة* vocatur, ut *نَار* *naer*, cf. Not. et Extr. T. 9. p. 18. 19. 55. 87. Id in particulis praesertim invaluit, a plurimis vituperatum, v. Hariri in Sacyi anth. p. OV.

Quae si ad linguam arabicam transferantur, ceteris, 73
 quae servatae sunt, linguis semiticis omnibus eam fortio-
 rem antiquaeque simplicitatis et granditatis asperae tenaciorem
 deprehendas. Nam ab eo inde, quo indolem sibi formam-
 que peculiarem sumpsit, tempore vocales illae octo mira man-
 serunt integritate et puritate neque in leviores detritae. Vo-
 calis vero à adeo loco ò praevaluit, ut vel ubi in ce-
 teris dialectis ò habetur sensui formae originique prorsus
 convenienter, ibi Arabes á saepissime substituunt, velut
 قَتَالٌ, نَارٌ, قَانٌ ex קטול, נור, קוף. é vero et ò ubi cete-
 rae habent non ex diphthongis §. 72, sed ex ε (ι) et υ (υ)
 productas, Arabes î et ù pronunciant, velut سَادُومٌ, جَدِيدٌ ex
 נדר, סדום (σοδομ), nisi ex ratione modo dictà diversà ò in
 à transit. Hinc Arabes in vocibus peregrinis *i* et *u* (v. á) pro
e et *o* pronunciant. Pro *é*, η occurrit et ʾ scriptum, ut
 تَيْبَارِيُوسٌ Τιβηριος. Atque vel in ipsà formarum et vocum
 arabicarum ditione sonus *ae*, *é* qui ex antiquiori linguae facie
 in vocum fine erat, in *a* transiit, ut عَيْ = عَيْلِي; لَيْلِي = لَيْلِي;
 cf. §. 105. Ceteroquin diphthongi sibi constant, ut لَيْلِي, هَيْمِي =
 لَيْلِي, هَيْمِي.

Neque tamen id eo valet, ut hanc vocalium pronuncia- 74
 tionem puram fortemque per totam linguae arabicae ditio-
 nem semperque per omnia secula servatam fuisse putemus.
 Imo quas ceterae linguae arabica quoque passa est vices, at
 minus graviter et constanter. Per ingentem temporis, terra-
 rum, hominum varietatem varie pronunciatae sunt vocales.
 Arabes recentiores tantum non omnes molliorem deterio-
 remque sequentes pronunciandi rationem pro *a*, nisi consonans
 accedens asperior spiransque ح خ ص ظ ط ع غ ق et plerumque ر
 sonum fortio-rem retinet, *e* pronunciant, in syllabà potissimum
 composità vocalem comprimente, et pro à saepe é; pro
 i, u, ai, au — ε, υ, ae, δ. Sed id ne nunc quidem usu valet

constanti; nam nonnullis in terris fortiores vocales manserunt ¹⁾). Plebém^o antiquitus quoque similem secutam esse pronunciationem lubenter concedi potest; at hanc vocalium mollitiem, fluctuationem, confusionem non ex origine adfuisse nec puriori linguae sed lapsanti et seriori deberi, nisi res ipsa doceret, exinde satis pateret, quod vocalium signorum et inventio et perfectio summa intra tria signa substitit; nam vel in exactissimis Korani codicibus non adsunt nisi tria, ad sonos *a i u* notandos ²⁾).

75 Talis cum sit vocalium arabicarum ratio, videndum jam, quomodo in scripturâ denotentur. Et hic quidem ex §. 21 meminisse juvat, vocalium denotandarum necessitatem primitus minus esse sensam neque esse literas vocalibus tantum signandis inservientes inventas. Neque erant, quae ad hunc usum facile traduci possent, literae, nisi *ج* et *ع* semivocales, quarum sonus natura sua inter semivocalem et vocalem fluctuat cf. §. 58. Haeque Hebraeis, ut constat, parcius et inconstantius ³⁾), Syris autem Arabibusque, scripturâ ipso temporis progressu usuque frequentiori dilucidior et con-

1) Syri *a* et *י*, *א* in fine vocum semper retinere dicuntur.

2) hiuc nescio annon vanus sit eorum clamor, qui *Fatha* v. c. semper per *e* pronuciandum esse volunt. Qui quidem, Turcarum Arabumque recentiorum pronuciationem, quam primitivam et omnino antiquam et veram esse nemo dixerit, solam sequentes vix de origine totiusque quaestionis vi cogitasse videntur. Mihi certe si tres, quas grammatici scripserunt, vocales *a i u* pronuciamus, nos pronuciationi purae et antiquae proxime accedere persuasum est; nolimque *Fath'a* ubique per *e* efferre nisi literae molliori appositum. Similis omnino de sanscritâ pronuciatione est quaestio et lis ex confusis temporibus haudque perspectis rei ipsius legibus orta.

3) cf. gr. hebr. cr. p. 82 sqq.

stantiore factâ, e lege jam perpetuâ ¹⁾ vocalibus *longis* ù et ì denotandis scribuntur, ut ذو *dû*, قتل *katilun*. De diphthongis v. §. 77.

Sed ad vocalem *ä* scribendam ; tum difficiliter poterat ⁷⁶ traduci, quippe e genere prorsus diverso, haud semivocalis, quae in *a* transire queat, sed spiritus, ex eodem tamen gutturi inferioris loco procedens unde *a* venit; tum cunctantius seriusque est tractatum ²⁾. Nam ab initio à parcissime esse litera ; expressum, testantur monumenta antiquitatis plurima ³⁾; et quanquam in codd. vulgaribus hodieque litera haec vocalis à loco satis constanter scribitur, sunt tamen voces plures in quibus antiqua e scriptione à nullâ signatur literâ. Sunt eae voces in quibus vocalem signare minus videbatur necessarium, quod cum aliis confundi non poterant, ut nomina propria نعمى *Nu'mânu*, اسمعيل *'Ismâ'il*, حرت *H'aritun*; nomen divinum الله *'ilâhun*, الله *'allâhu*, cognomenque dei notissimum الرحمن *errachmânu*, ex antiquitate Korani sacratâ servata; porro particulae هذا *haddâ* ذك *dâlika* et لكن *lâkinna*; nec non alia quaedam, ut ثلاث *talâtun* tres. Quanquam in his quoque, praeter الله et هذا, ingruit jam vocalis per ; scribendae mos. — Similiter pron. suff. *z*, *z* scribitur §. 75 not.

1) sed in suffixo *z* *hâ* (hi) tamen vocalis longa haud denotatur; est enim haec scriptio concisior aequè atque antiquior in aliis quoque particulis per se dilucidis usitata, §. 76.

2) apud Hebr. rarissime cf. gr. l. c.

3) ut codices Korani cufici pluresque Africani, numi antiqui, alia cf. Adler *descript. codd. quor. Cuf. p. 25. 26. Journ. des Savans a. 1825. p. 464. Notices et Extr. T. 8. p. 330-332 et alibi. T. 9. p. 98. Fraehn in Erg. Blätt. der A. Jen. L. Z. 1824. p. 119. 120. n. lib. de metris carm. ar. p. 9. — Cf. quae de discrimine scriptionum serius monuit, origine haud perspectâ, Hariri in Sacyi anth. p. 66. 67.*

77 Vocales breves nunquam sunt in scripturà literis denotatae, quippe quae et tenuiores et ad sensum minus graves viderentur. Hinc neque *a* ex diphthongis *ai* et *au* denotari potest; reliqua tamen soni duplicis et longissimi pars *i* v. *u* semivocali perpetuo notatur ut *جوم jaumun*, *ليل lailun*.

78 Quae scribendi ratio antiquitate sancita et stabilita, semper integra serioribus mansit temporibus. Cumque vocales accuratius scripto notare placeret, ut tum breves perspicue tum longae distinctius constantiusque notatae apparerent, vocalium loco *puncta* adscribenda videbantur. Sic in antiquissimis hujus scripturae vestigiis, Koranos puta *cuficos*, *unum* punctum rubrum plerumque vel flavum diverso loco secundum oris vocalem profrentis dispositionem positum apparet, supra literam *a* denotans, ut est vocalis *a* alta sonoraque, infra eam *i*, post eam vel minus bene in *media* linea, *u* extremis labiis prolatum ¹⁾). Quod tamen punctum, cum *puncta* serius consonantium pronunciationi accuratius distinguendae inservire coeperunt §. 60, paullatim animis cessit signis nunc usitatis, *lineae* ²⁾) scilicet supra literam iterum positae ut *a*, infra eam, ut *i* signaret; *u* vero ipso parvi signo superscripto denotatum. Quibus signis grammatici deinceps nomina imponere e soni iis expressi naturà derivata haec: $\underline{\quad}$ ut قَتَل *katala* est فَتْح v. فَتْحَة *Fat-ha* apertura oris; — ut كَيْل *kit-li* est كَسْر v. كَسْرَة *fractio*, de sono depresso subtilique, quasi fracto; — ut كُتْل *kutulu* est ضَم v. ضَمَة *contractio* oris, de sono obscuro contracto ore

1) hoc signum invenisse dicitur Abu'lswad Addili, v. Notices et Extr. T. 8. p. 307. 310.

2) inclinatae plerumque, in cdd. autem mauritanis rectae — . Ceterum eadem signa tria prius ad vocales *sonoras* et *plenas* distinguendas usitatae erant, diciturque linea — primitus Klif parvum, inferior — Já parvum faisse Not. et Extr. T. 8. p. 312.

prolato. Eaedem tamen vocales in vocum fine e verborum juncturâ diversae brevius aliis nominibus insigniuntur in grammaticâ gravissimis: α formam terminans dicitur ^صنصب ^ن نصب ^ص erectio soni ob sonum erectum; γ vero ^صخفض ^ص depressio seu ^صجر ^ص infimum, quae nomina notionem suppeditant similem; α denique ^صرفع ^ص elevatio soni, ob sonum priori i paulo altiore.

Tria haec signa omnibus vocalibus signandis sufficiunt. 79 Literis و et ي praemissum a diphthongum notet necesse est ut ^صبوم, ^صلبل; iisdem literis, si non nisi ad ù et ì signandum scriptae sunt, praemissum vocalis signum distinctius sonum notat, ut ^صقَتُولُ ^صkatûlu, ^صقَتَبِلُ ^صkattlu. Literâ quidem sic ad vocalem simplicem longam notandam scriptâ signo vocalis carere poterat, multisque in cdd. ante | nullum invenitur; at distinctionis summae constantiaeque gratia plerumque scribitur. Quodsi vocalis à litera | non est notata §. 76, diligentioris scribae est *Fat'ha* insolito more perpendiculari instar pingere, ut ^صهَدَا ^ص1). Cur autem tria omnino sic signa sufficiant nullis ad e et o signandum inventis, ex §. 69. 74. apparet.

Inventa autem signa haec ut cetera omnia ad Korani scripturam potissimum lectionem rectam notandam stabiliendamque, unde inter antiqua scripturae monumenta non nisi in Koranis cuficis obvia sunt, serius etiam Korano fere propria mansere; nam praeter hunc pauci tantum libri, poetici praesertim intellectu difficiliore, et si quis liber majore diligentia scribendus videbatur, iis scripti reperiuntur. In scriptis vero

1) in edit. Kamusi Calc. Kor. edit. Petrop. et cdd. similiter |

pingitur ad a, i indicandum, ut ^صقَتَبِلُ, ^صقَتَالُ, ^صاَلِي.

Syllaba vocali terminata ubi in vocum fine est, vocalis 83 in fine in spiritum quendam cum eo emissum exire videtur; isque tum maxime auditur ubi vocalis aut fortius intensa vocem finit aut in pausa plenior fit et diductior. Unde in fine vocis post vocalem sive scriptam sive literà quadam haud expressam (id quod ex ceteris vocalium literis sive scribendarum sive omittendarum legibus moribusque pendet §. 75 sqq.) *spiritus* quidam seu consonans spirans scribi potest, idque triplici usu inter Arabes valet:

1) Post ù vocalem plenam spirantemque in fine vocis scribitur, nec tamen nisi in terminatione frequentissima perpetuo 3 ps. pl. verb. قتلوا quasi scriberes *kataluh*, ut latine *proh! oh!* rarius in formâ sing. ut بغزوا, nuspiam in formâ status constructi أبو *pater*. At in illa quoque terminatione, quae hac scriptura peculiari fere distincta est, haud desunt ead. qui omittunt. Nomina autem propria peregrina eandem legem sequi possunt, ut كرتبانوا (*Cardianus*) Makrizi Copt. hist. 72. موروا (*Moro*) Not. et Ext. T. 11. p. 7. 8.

2) Vocali brevi finiente syllabam vocis aut monosyllabae 84 aut in pausa positae, ad sonum vocalis sic necessario diductiorem spirantemque exprimendum x scribitur lege perpetuâ, ut كى *ki*, كى *cur?* T'aâlibi c. 8. 56; cf. Not. et Extr. T. 8. p. 353, 4. Id tamen imprimis tantum fit, si vox ipsa decurtata est.

3) Denique x post quamque vocalem longam scribere licet 85 voce solitarie in compellatione posita, quo modo maxima oritur vocis intentio atque diductio, ut يا غلاميه *o puer mi!*

Αυξήλας; sed si i, u in semivocalem transit idem usu non venit, ut

ذبونوسس Διονύσιος.

وَأَشْبَابًا ^{هـ} *heus adolescens!* Koseg. chr. p. 60, 7. Sac. anth. p. 164. Sed utroque modo haud rara etiam sunt * omissi exempla ¹⁾).

Omninoque vocalis longa vocem finiens constantissime literâ scriptâ denotatur, adeo ut â quoque semper literâ ¹ denotatur, ut هَذَا; at ذَلِكَ et ذاك.

86 *De Hamza.* Litera ¹ postquam vocalis â loco frequenter scribi haberique coepit, signum paullatim est ortum, quo ea sicubi non vocalis hujus sed consonantis spirantis (§. 46) sonique adeo satis diversi ²⁾ vi scripta esset, dilucidius notaretur. Inveniturque in Koranis jam cuficis multis literae huic consonantis virtute scriptae et pronunciandae linea perpendicularis ³⁾ colore viridi ita praeposita, ut ea simul vocalis tum positionem triplicem (§. 78) tum vim teneat. In scripturâ autem vulgari literae hac virtute praeditae, quo denotatio magis esset perspicua, signum ء appositum est. quod quidem ع minutum repraesentans literam ¹ hic gutturalis sono literae ع maxime vicinae yi efferendam esse inuit; quod eo facilius poterat statui, quo mollius senioribus ع sonabat, spiritus paene instar levissimi. Sed hoc ex scripturae cuficae ratione mansit, ut signum loco pro vocalis positione diverso adscribatur. Ut أَقْبَالٌ, أَكَلٌ, سَالٌ, مَرَاةٌ, أَمْرٌ;

1) similiter هِبَةٌ et هِبَا ab imperito pro هِ scriptum, quia vocalis hujus ultima facile diducitur, in Sacyi correspondance des Samaritains p. 132, 2. 133, 4. 116.

2) nam ad و et ي ut consonantes signandas nunquam signum est inventum, quod literae hae sonum inter semivocalem et vocalem ancipitem habent et in radicem formâ nunquam ut vocales et semivocales sibi sunt oppositae.

3) videtur ¹ minutum repraesentare.

راس (§. 91). Vocatur id hamza ^{هـ}همزة i. e. punctio, quod pronuntiatio gutturalis acuta et subtilis guttur pungit ^١).

Hinc ex literâ unâ duplex fere orta est, nominibus quo- 87
que a grammaticis ita distincta, ut nomine *Alifi* (*Elif*) so-
lam literam vocalem, *hamzae* autem consonantem et guttu-
ralem insigniant. Numerantque multi vel *viginti novem*
literas (§. 30), *Elif* scilicet et hamzâ hoc discrimine pro-
duabus positis ^٢). Unde hic illic vel simplex hamza sine
Elif scribi consuevit, ut ^{هـ}بسر (v. §. 114); atque semper id
usitatum in fine post *Elif* jam scriptum (ex lege §. 122), ita ut
vocalis positio hamzam pro *Elif* scriptam sequatur ut conso-
nantem suam, ut ^{هـ}السَّمَاءِ, ^{هـ}لِسْمَاءِ, ^{هـ}السَّمَاءِ.

Quodsi ex causis §. 115-21 indicandis *Elif* gutturale seu 88
hamza in sonos و et ٤ transiit, his hamza ita adscribitur,
quasi *Elif* locum suum tueatur, ut ^{هـ}تَابِلٌ, ^{هـ}بَوَاتِرٌ, ^{هـ}مُومِنٌ, ^{هـ}بِيرٌ;
atque hic semper supra literam scribitur. Omnino enim
signum hoc praeter pronuntiationem distinguendam etymo-
logiae quoque sensuique vocis discernendis facileque agnos-
cendis ita inservit, ut saepe haud adscriptis vocalibus hamza
tamen scripto exprimatur, ut ^{هـ}بِيرٌ.

Quâ in scribendi ratione cum ductus ^{هـ}hamzâ superpo-
sitâ non possit non literam *Jâ* signare, puncta hujus duo
(§. 60) omitti et possunt et jubent grammatici, ut ^{هـ}بِيرٌ, ^{هـ}تَابِلٌ.

De *Sukûn*; *G'ezma*. Vocalibus postquam literae aequa- 89
biliter constanterque denotari et discerni coeperunt, signum

1) nisi forte punctum interpreteris ex figurâ puncti flavi apud Afri-
canos usitatâ. Sed id vel propterea improbandum, quod nomina
talia ex Orientis scholis grammaticis prodierunt.

2) v. inter alia Not. et Extr. T. 9. p. 16-18.

additum est quod hanc illamve literam *vocali* vacuum esse innueret. Id vocalibus oppositum apud Africanos *zero* instar arabici pingitur literae superscriptum $\overset{\circ}{\text{—}}$, ut est vocalis *nul-lius* s. necessario absentis signum; vulgatius signum ـ inde decurtatum. In Koranis cuficis nullum ejus vestigium, est-que id e signis serioribus.

- 90 Cum vocalis, quippe quae ut loquelae anima aerem ex ore movet et protrudit, grammaticis arabicis $\overset{\circ}{\text{حركة}}$ *motio* dicatur, litera vocali (appictâ) sequente elata iis audit $\overset{\circ}{\text{متحركة}}$ *mota*, contraria quaevis $\overset{\circ}{\text{ساكنة}}$ *quiescens*; unde signum illud literae vocali vacuae $\overset{\circ}{\text{سكون}}$ *quies* vocatur. Patetque ex syllabae ratione §. 34-41, signo huic in vocibus arabicis omnino non esse locum nisi in fine syllabae. In fine autem vocis, si litera radicalis ultima contra morem vocali brevi destituta est, $\overset{\circ}{\text{جزم}}$ *amputatio*, *apocope* adesse dicitur; nomenque tunc signi peculiariter est hoc ipsum *G'ezma*, vocalibus vocem terminantibus *raf'un*, *khaf'dun*, *naçbun* §. 78 oppositum. Minus bene nomen hoc *g'ezma* universe pro *sukûn* Europaeis dicitur.

- 91 Litera sono a vocali praemissâ distincto haud audita, cum in scripturâ pronunciationis signis exactissime notatâ superflua sit, nec signo hoc notatur, ut $\overset{\circ}{\text{الرب}}$ *errabbu* §. 128; itaque et $\overset{\circ}{\text{وي}}$ vocalium loco scriptae signo hoc bene carent, similiterque $\overset{\circ}{\text{ي}}$ et $\overset{\circ}{\text{و}}$ post *a* in formis $\overset{\circ}{\text{اتي}}$ *ata*, $\overset{\circ}{\text{صلوة}}$ *çalâtun* ex §. 104 judicanda ¹⁾). At $\overset{\circ}{\text{و}}$ et $\overset{\circ}{\text{ي}}$ ubi diphthongi posteriorem efficiunt sonum ab *a* praemisso distinctum, semper signo hoc bene notantur, ut $\overset{\circ}{\text{بوم}}$, $\overset{\circ}{\text{بلد}}$, $\overset{\circ}{\text{مدینتی}}$, quodque eodem pertinet $\overset{\circ}{\text{رموا}}$ ex §. 85. Nec minus Elifo hamzato et

1) sed in cdd. nonnullis et editione Kamusi Calcutt. haec quoque excepto $\overset{\circ}{\text{ـ}}$ signo quietis denotantur,

literis و ۛ ex eo ortis (§. 86-88), cum consonantis instar sit, Sukùn superscribatur necesse est.

Expositis ita et consonantium et vocalium singularum 92 naturà et scripturà, ad literarum inter consonantes et vocales ancipitum, et ۛ remotiusque hinc distantis, naturam et leges explicandas progrediendum est. Quae cum vocalium ipsarum ratione mutuà haud intellectà nequeant dilucidari, de his hic prius disserere oportet.

Vocalium concursum Arabum aequè ac sanscrita lingua 93 fugit; estque ex hac lege omnino procedendum. Concurrentes autem duae aut *pares* sibi sunt, nempe a-a, i-i, u-u, aut *impares*. Pares duae breves, si sono medio haud dirimantur, in unam longam coalescunt. Longa autem vocalis etiam ibi ex duabus oritur, ubi prior alteram aut sibi assimilât aut pellit in ejusque locum succedit. — Imparium ratio et classes sunt diversae:

1. u-i vel i-u concurrentes cum in sonum duplicem con- 94 flari nequeant, nisi prior in semivocalem transit (§. 96), alterius sonus alteri assimilatus cedit prorsus et evanescit, juvante praesertim apud Arabes soni utriusque similitudine §. 70. Et proximum quidem hoc est, ut sonus prior posteriorem sibi assimilando pellat: u-i = ù; i-u = î; si vero posterior aut e formae vi potior validiorque, aut longa est post brevem, prior cedit posteriori.

2. vocali a cum i vel u concurrente, soni occurrunt et impares et sibi invicem oppositi; ut longe diversa sit eorum ratio:

1) antecedente a e vocalium concursu diphthongus oriri 95 potest ai v. au (§. 69). Eaque e more oritur tum praecipue constante, si vocalis posterior longa est. Sed vocalem brevem sequentem antecedens a potior fortiusque pronuntiata pellere etiam et elidere potest, ipsa in sonum longum à protensa.

96 2) sequente autem *a* soni coalescere nulla ratione possunt; unde facillimo transitu prior vocalis *i* v. *u* in semivocalem transit, aut in simplicem semivocalem, ut si ab initio vocis sonus *i* v. *u* est; aut manente simul vocali sono ante semivocalem, id quod in mediâ voce facillimum. Potestque semivocalis media, si longa erat vocalis, manente graviore sono geminari, hoc quidem transitu: *t-a*, *t-ja*, *ijja* (ex §. 108).

Atque sic quidem alias quoque ante vocales *i* v. *u* in semivocalem transire potest. Exempla hic sunt: **بَدَايَ** *jadâja* ex *jadâia*; **هُو** *luwa* ex *hu-^uسميتني* (nominavit me) pœtice in suff. *nija* ex *ni-a*, **عَرَبِي** *-ijjun* ex *t-un*.

97 3) Vocali *longâ* præcedente omnino vocales duae nunquam coalescunt, sono densiori et firmiori per se immoto. Cumque post longam vocalem *i* manere nequeat, ea in *j* ita transit, ut ob syllabae arabicae rationem §. 39 vocalem sibi postponat brevissimam, ut in **بَدَايَ** §. 96.

98 Hinc si ad *و* et *ع* progredimur, haec est eorum natura, ut sonum inter vocalem et consonantem ancipitem habeant. Igitur, si Arabum sermo ut graecus vocalium plurium concursus pateretur, soni hi vocalium vi pronunciati essent; sed cum concursus is Arabibus haud toleretur, soni hi firmiores ex vocalibus orti sunt. Accessit praecipue radicum linguae formatio constans, quae tres postulat sonos radicales, omnes, si formationis jubet lex aequabilis, consonantium vi proditurus; ut saepe *i*, *u* in *j*, *w* transeant. Hinc consonantium quidem vim nacta sunt *و* et *ع*, sed eam vocali admodum vicinam neque ita rigidam et crassam ut nostra *j*, *w*. Unde 1) sonus hic ibi tantum consonantis vim tenet perpetuo, ubi vocalis ex ipsâ positione esse nequit; sed ubi sonus, si vocalis esset, cum vocali concurrente contrahi vel

ulâ ratione coire potest, vocalis instar valet. Infirmior et celerior pronuntiatio latius etiam vocalis sonum invalescere sinit. 2) Facile sonus is, cum consonans non sit firmior densiorque syllabas fortiter dirimens, elidi se patitur, imprimis ubi vocales duae eum cingentes bene e naturâ suâ coalescere nituntur.

Sed in hac consonantium harum naturâ altera و soni 99 est debilioris paulo inque vocalem proclivioris quam ې. Unde inter alia saepius و, si consonantis firmæ instar mediâ in voce geminanda esset, in ې abit. Atque omnino sonus ې est constantior, quique magis inimico resistat (§. 100 sqq.).

1. Jam primum si و ې in syllabae fine post vocalem occurrunt, nunquam consonantis vim servant, sed semper cum vocali vicinâ aut coalescunt aut ab eâ eliduntur:

- | | |
|-----------------|--------------|
| 1. uw = uu in ù | ij = ii in i |
| 2. ui — ù | iw — i |
| (ui — i) |) |
| 3. aw = au — au | aj = ai — ai |
| (âw — â | âj — â) |

ut 1) ^وپورث ex ^وپورث quod ferri prorsus nequit; 2) ^وپوقن ex ^وپوقن; in paucis tantum certisque formis sonus posterior praevalet, vocali praecedente minus gravi visâ, ut ^وپېض ex ^وپېض; neque ejus praeter ې omnino fortius et distinctius exempla inveniuntur; 3) ^وقول, ^وپېس, ^وپوچل, in quibus diphthongos au et ai sonuisse, quanquam Persae et Turcae saepius aw et ew pro au proferant¹), satis est tum ex ipsa pronuntiationis facilitate certum tum ex vulgi sonos ô et ai substituentis usu²). Rarius

1) ut Graeci recentiores diphthongos ^واو ^واو densius et crassius legunt ^وav, ^وev.

2) v. Chassin de Perceval gr. p. 6.

a semivocalem sequentem elisit in longam protensa vocalem, ut بِتَعَدُّ ex بِتَعَدُّ.

101 2. Si و v. ي ab initio syllabae positam vocalis antecedit brevis, sonus ejus semivocalis haud comparet nisi ubi vocales, quae sonum ambiunt duae sibi prorsus sunt inimicae, ut nec contrahi nec coalescere queant. Sed ratio hic duplex formarum bene distinguenda est:

102 1) si و v. ي ultimae radicalis locum tenent, vocalis quae ex formarum lege acquabili hanc sequitur brevis, cum extra radicem sit omninoque formae linguae antiquissimae (§. 3. 4) peregrina, infirmior habetur, quae facile alii vocali fortiori et potiori cedat, modo id ex vocalium ipsarum naturâ (§. 69 sqq.) fiat. Itaque prius, quasi haec vocalis non adesset, و et ي cum vocali brevi praecedente in concordiam coeunt ei quam §. 100 descripsimus simillimam, nisi quod hic perpetuo ي sonum suum post و praevalere facit, et ex *áw* et *áj* semper *â* oritur, sonus simplex, qui hic ex antiquissimâ linguae facie ¹⁾) diphthongi loco mansit. Post quam concordiam factam vocalis brevis, quae secutura esset, nisi prorsus inimica est priori seu vocali longae jam ortae, haud comparet, sono scilicet aut pari aut simili absorpta; si vero *a* venit post *i* v. *u*, vocales hae simul in sonum suum semivocalem se resolvant necesse est. Oriturque sic formarum conspectus hic:

1.	úw	ú — ù	fj	ú — î	úwa Ija
2.			ij	ú — î	
3.	áw	ú — â	áj	ú — â	
	áw	r — â	áj	r — â	
	áw	x — â	áj	x — â	

ut 1) غَزَوُ — (غَزَوُ) غَزِي; رَامِي — رَامِي, بِغَزُو — بِغَزُو 1) ut
 2) بِرَمِي — (بِرَمِي) بِرَمِي, رَامِي — رَامِي 2)
 3) aw — aj in

1) cf. hebraea בְּרַמִּי etc.

fine vocum ut alibi proxime quidem ex antiquâ linguâ in *o*,
ae migrat, utrumque vero ex §. 73 in purum à detritum est,

ut غَرَّاء ex غَرَوٍ, عِلْبَكٌ ex عِلْبِئِ, Sed servatus est sonus ille pri-
mitivus ante consonantem radici intime junctam, ut tamen
pro *o*, ae diphthongi purae *au*, *ai* ex linguae indole sonent:

غَرَّاء, عِلْبَكٌ. Neque in fine diphthongi hae sonant nisi ex
a-*u*, a-*i* e §. 107 ortae. — At integrae et illibatae ma-
neant necesse est formae رَضِيٌّ, بَغْرَزَنٌ, رَامِيٌّ, رَامِيٌّ.

Quodsi contigerit ut post vocalem sic e contractionē or-
tam longam consonans syllabam claudens sequatur, ut vocalis
haec corripiatur ex §. 39 necessario consequitur; id quod ex
formarum indole saepe in nunatione §. 81 fieri potest. Sic
ipsum *yi* post contractionem *i* notans in scripturâ evanescit
ex lege perpetuâ §. 77, ut رَامِيٌّ — رَامِيٌّ, at رَامِيٌّ — رَامِيٌّ.

Quaquam *aw* et *aj* (sequente vocali brevi) ita in fine
vocum in *â* transeunt, haecque vocalis longa ex lege receptâ
§. 76. 85 per *i* scribenda esset: tanta tamen est in scripturâ
antiquitatis et etymologiae reverentia, ut non ubique statim *i*
pro eo scribatur. Nam quaquam *â* ex *aw* ortum e lege
jam per *i* scribitur, in vocibus tamen quae *â* ex *aj* ortum
habent, scriptura per *yi* intemerata semper mansit, quo simul
originis vocum harum diversae nota superest. Atque vel
prioris generis voces quaedam ex antiquitate et origine, con-
servarunt haud legendum, nempe voces رَكْوَةٌ, حَبْوَةٌ, صَلْوَةٌ
in Korano praesertim constantius ita scriptae ¹). In quibus
Gezma literis *yi* et *o* non adpiigi supra jam §. 91 dictum
est; alioquin *ai* et *au* legeres.

In aliis quoque multis cum sonus *ae*, *é*, qui per *yi* priscis
exprimebatur, paulatim in simpliciore et obtusiore *â* ab-
isset, cf. §. 73 cum not., scripturâ tamen originis et discri-
minis causâ *yi* servavit, ut لَيْلِيٌّ *lailâ* (*lé*); عَيْيٌ ¹). In his

1) haud scribendum esse *o* ante suff. et dualis term. monet Hariri, in
Sacyi anth. p. 67.

sonum à perspicuum fuisse, praeter scripturae | e legibus certis substituentis testimonia mox dicenda rhythmus carminum finalis docet. Nec nisi in fine vocum, ubi pronuntiatio haec nata est, ي ita scribi grammatici bene jubent, ut رَمَاءَ - رَمِيَّ, و صَلَاتَهُ قِتْلَاهُمْ - قِتْلِيَّ similiterque صَلَاتَهُ scribendum praecipiunt. Nihilominus in Korano praesertim haud ita raro ي in mediâ etiam voce scriptum retinetur, ut رَمِيَّ Sur. 40, 23. 34.

In fine quoque post ي non ي, sed ا scribitur, ut مَمَائَا formae فَعَائِي; cujus rei causa ex antiquae scripturae ratione repetenda videtur. Quae cum pro duplici ي in fine unum ي scribere soleret (§. 122), maluit scribere پَا, ut dilucidius non t vel jt, sed ja legendum esse innueretur. In formis tamen aliquot et in nominibus propriis جِي Joannes et يي idem non observatur.

106 2) Sed mediâ in radice cum vocalium duarum quibus و v. ي cingitur, brevium posterior potior sit et quae maneat sola digna, haec tonum in se trahit elisâque primum semivocali, tum vocali quoque praecedente (ex lege §. 37) sola manet in longum producta sonum, ut ex قِيمٌ ² *kuima* fit *ktma* اَقْتَالَ - اَقْتَوْلَ, قَامَ - قَوْمَ; قِيمَ قِيمَ.

107 Si vocalis brevis loco *longa* post و v. ي venit, cum non possit non manere, vocalis longa semivocali tenui elisâ cum vocali priori coalescit, modo eae per se coire possint et semivocalis sono vocalis sequentis haud inimica sit. Nempe 1) u - ù, i - i in ù, î coalescit, ut سَرُوَا ex سَرُوُونِ, بَغْرُوُونِ ex بَغْرُوُونِ. 2) i - ù transit in ù, u - î in î, sonorum similium altero, longo nimirum, priorem brevem pellente, ut رَضُوا ex رَضِيُوا, رَأَسُو ex رَأَسِيُوا.

1) hinc grammatici quidam putant à in fine vocum tenuius esse et brevius legendum *ae*, *e* (cf. Sacyi gr. T. I. p. 33. 34. 302), possisque cum hoc Hebraeorum formas אֵי conferre.

2) sunt qui hanc pronuntiationem in Korano obviam haud improbent, v. §. 133.

رَامِبُو، تَغْرِي ex تَغْرِي. 3) a-ù, a-î semper in au, ai coalescunt, ut
 بِرَعُونَ ex بِرَعُونَ، تَرَعِي ex تَرَعِي، غَزُوا ex غَزُوا; sed 4) à
 sequens post sonos i (j) u (w), quibuscum nunquam coire
 potest (§. 36), nullâ in formâ cum sono priori coalescit, nec
 vocali dispari praecedente, ut رَضِبَا، سَرُوا، رَامِبَاتٍ، قِبَامَةٌ،
 nec vocali a, ut رَمِبَا، غَزُوا.

3. Vocalis autem praecedens *longa*, densior et firmior 108
 quin tali ratione cum sonis sequentibus coalescat, semper
 immobilis suo se tenet loco. Et à quidem omnem cum sono
 sequenti ut semivocali respuit communionem, ut نَائِي، قَاوَلٌ;
 si tamen à in antepenultimâ est ante vocalem per و v. ي
 durentam brevem, tanta est soni à hoc in situ vis et pro-
 nunciationis intentio, ut semivocalis elidatur (cf. §. 106. 116),
 spiritu solo inter duas vocales superstiti, ut سَمَاءٌ pro سَمَاءِ;
 quod absque vocali finali *samâ* in vulgo auditur; solitaria
 quaedam tardius sequuntur, ut نَائِي et نَائِي. Si ù v. i prae-
 cedit, tanta est sonorum cognatorum ad se invicem prope-
 randi coalescendique proclivitas, ut semper ù v. i in sequen-
 tem semivocalem duplicatam transeat sono longo correpto;
 ut سَرِي، مَغْرُو، قَوْمٌ in سَرِي، مَغْرُو (1) قَوْمٌ; cumque ي
 tum omnino fortius sit tum duplici aptius pronunciationi
 (§. 103), diversis sonis u et i concurrentibus semper ي
 manet semivocalis duplicata vocalem suam sibi praemit-
 tens, ut مَرْمِي in مَرْمِي، مَرْمِي in مَرْمِي; nonnunquam in
 formâ vocalis u minus tenaci (cf. Libr. II.) vel pro integro و
 reperitur ي، ut عَصِي ex عَصَا. Diphthongo autem prae-
 cedente eadem prorsus oritur contractio idemque literae ي

1) quod in hac formâ improbat Hariri in Sac. anth. p. 70.

etc. Atque vel alibi, ubi mediâ in voce و manere debet, id nonnunquam in ي transiit, ut in صِبَانَةٌ.

Quod si semivocalis vocali brevi praeviâ permaneat ne- 111
cesse est, soni u et i; quae est horum per totum regula-
rum ambitum saepissime conspicua facta ratio, ita nituntur
in concordiam ire, ut ob vocalem i praecedentem و in ي
transeat, velut ثِبَابٌ, قِبَامَةٌ ex ثَوَابٌ, quanquam haud om-
nino sibi constat hic transitus ut حِوَانٌ; at vice versâ ي
manet, ut وِيسٌ. De mutatione in سَمَاءٌ ex alio fonte fluente
cf. §. 120.

5. Ab initio vocis, cum vocalis semper sequatur, و et ي 112
sonum suum semivocalem constantissime servant necesse est,
ut وِقَاتِلٌ, وِلْدٌ. Sed in sermone vulgari vocalium ubertatem
ignorante, si vocalis brevis post و et ي transilitur quae sola
sonum fulcit semivocalem, vocales audiuntur ¹), ut وِلْدٌ
ulahu (pro va-), وِقَوْلٌ ikul et porro وِفْعَالٌ if'al pro jaf'al,
وِكْتُبٌ ictub.

De literâ consonante ¹. Hujus soni a و et ي diver- 113
sissimi ea est natura, ut spiritus ejus mollissimus tum ge-
minationi ferendae impar sit (§. 49), tum facile elidatur
vel lenissime audiatur, sonisque cedat vocalium u et i inimi-
cis, ipse vocali a soli respondens. Qua quidem ex debili-
tate multae oriuntur matationes ²), quas scriptura Arabum

1) ea pronuntiatio Syris prorsus invaluit. In sanscrito sermone ex وā et jā, vocalibus in sermonis celeritate transmissis, oritur u et i.

Sed apud veteres jam pro و wu pronunciatum esse u (quod facillimum) monstrat Baidhawi in Sacyi anth. p. 17, 13 - 15.

2) quaedam, si solam formam spectas, optime notantur in tractatu arabico, Not. et Ext. T. 9. p. 67 - 75.

antiqua, pronunciationem solam sequens, ceteris quidem dialectis semiticis multo apertius expressit; grammaticorum autem diligentia serius notare et dilucidare satagit.

- 114 1. Primum spiritus facile elidi et evanescere potest; ut ab initio vocis formae vi primam radicalem brevissime pronunciantam esse postulante ^{حُدُّ} *حُدُّ* pro ^ا *-chud*; porro post consonantem mutam, cui vocalis spiritu molli abolito sese subjiciat, ut ^س *ملك* *angelus* ex ^س *ملاك*. Saepiusque id sermo antiquus, in fine praecipue vocis, factitasse videtur, ubi grammatici e sermone diligentiori *l* pronunciantum, ideoque *l* scribendum censuere, ut ^{مَرَّةً} *مَرَّةً*, ^{جَزَاءً} *جَزَاءً*, ^{حِطَّةً} *حِطَّةً*; medià in voce ante *a* breve, ut ^د *بَسَل* et ^د *بَسَال*, ^د *بَسْن* Kos. chr. p. 110 ¹).

- 115 2. *l* vocali vacuum in fine syllabae totum cedit vocalis praecedentis inimicae *i* v. *u* jam producendae sono, ut scripturae pronunciationem *i* v. *u* sequens ei perpetuo *v* et *v* substituatur, ut ^{بِئْر} *بِئْر*, ^{بِئْر} *بِئْر* pro ^{بِئْر} *بِئْر* 2).

- 116 3. Vocali *a* praecedente si vocalis *u* v. *i* sequitur, semper haec ipsa per *v* et *v* scribitur. Nam omnino Arabes medià in voce *v* et *v* vocalium vi et ibi scribunt, ubi vocalis ad vocalem se inclinatur ³); et medià in voce post vocalem

1) haec aliquando *marun*, *jasalu* pronuntiata videntur, *l* vix audito; invenitur vel ^{أسو} *أسو* Sur. 41, 27.

2) certe plerumque nullo spiritus *l* vestigio vocales longas sonuisse, ex rythmo finali ^{شِينَا} *شِينَا* juxta *ina* Amrui b. K. M. v. 96. apparet. Subtilius quaedam ab Arabibus exposita v. in Not. et Ext. T. 9. p. 86 sq.

3) cf. ^{كَيْم} *كَيْم* §. 106; ab initio tantum vocis constantissime *l* scribitur ut spiritus vocali praevious §. 46. 82.

Nonnunquam tamen in Korano sonus *i* v. *u* sequens literà و v. ي (§. 115) jam expressus est, quae scribendi ratio serius inualescit, ut ابدأ, ابن (semper). ارنبيكم Sur. 3, 15. ا pro duplici ا scriptum aut hamzà cum vocali *a* anteposità aut Meddà (§. 121 sq.) nunc in Koranis dilucidius notatur, ut ارباب v. ارباب Sur. 12, 40. 41, 43. 1).

Sed in hac soni ا mollitie doctores quidam Koranici eo 120 usque sunt progressi, ut ad vocum etiam duarum juncturam b ا transferretur 2). Nec dubitandum quin id tulerit subtilissima et diligentissima pronuntiatio, a sermone tamen vulgari tali constantià alienum.

Si ex his rationibus ا aut excidit aut in و v. ي transiit, 121 grammatici tamen locum ejus, qui esse deberet, hamzà scriptà (§. 87) significarunt, inque diligentiori pronuntiatione efferendam esse statuunt. Neque id omittitur nisi forte ipsum ا cum hamzà praecedat, ut اذِي pro اذِي.

Literae ا و ي cum ad vocales simul à, û (-au), ا 122 (ai) scribendo exprimendas adhibitae sint (§. 77), si forte continuo bis scribendae sint, certis e legibus semel scriptae sufficere putantur, quâ in re scripturae antiquioris brevioris et vocales parcius scribentis memoria

1) Si ا haud expresso sono *u* v. *i* sequente aut his pro ا secundo positus scriptum est, in Koranis cuficis ا duabus vocalibus notatur. In nonnullis ead. ambo ا sic scripta sunt, ut secundo, nisi rubro

colore pictum est, litera س (i. e. سهلة levis facta v. facienda litera) cum minuto و v. ي superscribatur. Cf. Not. et Ext. T. 8. p. 320 T. 9. p. 85 et marginem editionis Korani Petropolitanae ad loca plura. De magnâ autem circa haec grammaticorum disceptatione et lite v. Baidhawi in Sacyi anth. p. 21.

2) v. Not. et Extr. T. 8. p. 321 et multo subtilius T. 9. p. 85 cujus summa haec: soni pares a-a, u-u, i-i contrahuntur; i-a, i-u transit in ija, iwa; u-a, u-i in uwa, uwi.

mansit et vestigium, a plurimis grammaticis serius sedulo observatum ¹). Ita 1) و *v. ي*, si bis esset scribendum tum ad sonum consonantem tum ad vocalem longam sive sequentem sive praecedentem exprimendam, ut ^{د د - د د و د} دلد, جاوهم, روس, ^{س س - س س - س س} ريس, خطبة pro ^{س س} روس etc. §. 116-118; ^{ا م ي ن} امين Sur. 62, 2 (ubi Hinkelm. ^{ا م ي ن} امين); in fine vocis vel post consonantem omittitur consonans, ut ^{س س - س س} سيء (س ي ي) plene Fr. Hamas. p. 54. pl. fem. ^{س س - س س} سيات v. سيات Sur. 47, 3 Petrop.), ^{د د د} بهيء Sac. anth. p. 104, 6, id quod hic eo facilius excusatur quod vocalis ultima in lingua vulgari non auditur. At praeterquam unam literam pro duabus scribere haud licet. Duo و in fine vocis fidelius servantur, at saepe ^{ا ا} وراي i. q. ^{ا ا} وراي. — 2) ا, sive sequatur proprie ^ا vocale, ut ^{س س و} قران kur-'dnun, ^{د د} تنوا (du. pro ^{ا ا} تبوا) Not. et Extr. T. 9. p. 70, ^{ا ا} خطا; sive praecedat, ut ^{ا ا} تراي, ^{ا ا} سماء, ^{ا ا} ابناكم, ^{ا ا} اولبوكم (i. e. ^{ا ا} اولباكم Sur. 41, 31, ut in fine vel ^{ا ا} scribatur pro ^{ا ا} ماء (Fr. Hamas. p. 54); atque et pro duplici Alif hamzato, si posterius mutum sit, unum scribitur hamzà pro posteriori posito, ut ^{ا ا} امن pro ^{ا ا} امن.

123 Sed hic praecipue scripturae mos antiquitate sacer novo signo = ansam dedit *prolongationis* s. ^{ا ا} مددة v. ^{ا ا} مطدة Medda, cujus est lectorem ut vocalem bene producat monere, si-

2) haud observatum in Freytagii Hamasà, e cod. fide. Maxima scripturae parsimonia in Koranis cuficis cernitur, ubi serius omnes, quae deesse videbantur, literas inserere didicerunt, v. Not. et Ext. T. 8. p. 298. 323 - 325. Ibi vel ^{ا ا} مودة scriptum pro ^{ا ا} مودة Sur. 81, 8. Regulas quasdam stabilire studet Hariri in Sac. anth. p. 69. 70.

cubi necesse fuerit visum ¹⁾). Estque signi hujus in scripturâ vulgari usus hic: 1) si ex lege §. 122 pro Alifo hamzato, cui Alif aliud eâdem in syllabâ postponendum esset, una tantum litera Alif scripta est; id quod fere ab initio tantum vocis usu venire posse formatio docet. Satisque hic habetur solum Medda sine Fatcha et Hamza scribere, cum pronuntiatio per à haud esse queat dubia, ut ^ااَكَل, ^واَكَل pro ^ااَكَل, ^واَكَل. — 2) si Alif à signans ante sonum mollem, vel Alif s. spiritum mollem, vel literam mollem ^ي و ex eo natam eive parem ponitur, ut vocalem praecedentem à bene segregandam et producendam esse notetur; imprimis in fine vocum, ut ^اسَمَاءِ §. 122; in medijs quoque, ut ^اكِبَابِر, ^امَلَايِكَةِ. ²⁾ — 3) si vocalis longa (à, §. 40) ante consonantem geminatam est, ubi facile incautus vocalem corripit vel justo brevius pronuntiet; ut ^امَاد.

In Koranis autem diligentius scriptis signum hoc, etsi † in cuficis adhuc totum deest, ad plures alios usus trductum est. Nam ubique scriptum est ubi vocalem producendam esse sedulo monere necesse videretur; et si forte vocalis longa literâ vocali non erat expressa, haec ipsa cum Meddâ rubro colore addita est. Sic praeterea scribitur 1) ubicunque Alif ante vocalem literâ molli motam non erat scriptum, ut

^ابَابِهَا i. e. ^ابَا أَبَهَا §. 122; ^اهَوْلَاءِ; 2) si ex duabus literis molli-
bus e lege §. 122 una tantum scripta est, ut ^انَبِيْنِ, ^اسُوِّ (i. e. ^انَبِيْنِ); 3) si ^و و post ^ا vocalium loco sunt, sed ex
† orta, (§. 115), ut in ^ااَوْتِي - ^ااَوْتِي; 4) in quavis vocali longâ

1) contrarium dicit ^االقصر brevitas.

2) si à hic et alias Alifo non est expressum, Fatcha ad perpendicularum apponere e more est §. 79, ut ^اهَوْلَاءِ; in cdd. quibusdam invenias tamen ^ااَكَل aliâ ratione scriptum pro ^ااَكَل.

literâ vel expressâ vel haud indicatâ, si sequens vox spiritu molli | incipit, ut vocalis ante hanc sono satis producto et

secreto pronuncietur (cf. contrarium §. 120 b); ut اِذَا َ اِيّٰ;

١) قَوْمِ اَنْبِيَا، الَّذِي اَوْجِي، عَلِي ثَارِ.

- 124 IV. De juncto sonorum consonantium et vocalium ordine primum hoc venit notandum, aegre solitarie scribi vocem unâ tantum literâ contentam. Igitur copulae et praepositiones, si unâ literâ constant, semper voci sequenti praefiguntur, si duabus, solitarie scribuntur; imperativi قِ etc. (cf. L. II.) tamen ita praefigi nequeunt, quanquam saepius pro iis ٴ (§. 84) scribitur.

Ceterum scribendi ordo a dextrâ sinistram versus procedens ex antiquae scripturae semiticae indole mansit. Ipsaque scribendi perspicuitas ut vocabulum in lineae fine absolutum sit suadet. Hinc, si nimium est lineae spatium, literarum ductus extendunt, si nimis angustum, contrahunt vel reliquam vocabuli partem inversam in latere vel supra lineam scribunt aut integrum vocabulum a lineae sequentis initio repetunt. Nonnunquam tamen vocabulum in duas lineas divisum deprehendas, imprimis in antiquioribus cdd. et cuficis.

- 125 Consonans in fine syllabae ad consonantem sequentem e syllabarum ratione altius et fortius auditam allisa cum hac congruere vel coalescere nititur, invitante vocis facilitate ipsâ. Ita 1) *t* aegre ante *s* pronunciat, ut mollior potius sonus praepnatur, velut ex سَتَّرَ et اِسْتَتَرَ: اِتْ; idem de sonis similibus د et ط valet. — 2) Post ز sic praepositum radice accedens initio ت in د, post ص v. ض in ط transit, ut sonus ita peculiaris et distinctus maneat in literarum, quae facienda est, concordia (§. 44. 52), ut اَزْدَادَ,

1) haec scriptura in Korano Petropolitano religiose servatur. De ceteris cf. Not. et Extr. T. 8. p. 314 sq. T. 9. p. 88-90.

اصْطَبَّ, اضْطَرَبَ, اِزْتَادَ etc. Similiter ت post ذذ in د, post ط in ظ transit. — 3) Potestque consonans prior vel in sequentis ut potioris et fortius auditae sonum transire; quae assimilatio, in linguis deterioribus frequentissima, in arabicâ rara est certisque legibus adscripta. Licet id enim 1) omnino concurrentibus ذذ, ثث, ظظ, ضض (ex n. 2) soni admodum similis, ut in contrahendo aut sibilans aut fortior litera maneat, ut اذَكَرَ et اذَكَرَ; 2) in eâdem verbi formâ (§. 186) litterae sibilanti nonnunquam cedit muta, ut اذَلَّتْ pro اذَلَّتْ, اذَلَّتْ; 3) litera lenior raro cedit, ut ن extrâ radicem verbi aut nominis (§. 128), ل articuli §. 128, et و, ي §. 377; ن facilius cedit sequenti similis soni *m v. l.*, ut اَمَكِي pro اَمَكِي²).

De *Teschdid*. Litera ubi bis sic auditur, ut inter 126 duas sit vocales, cum haud duae probe distinctae deinceps audiantur sed una paulo diductior tantum et fortior, in scripturâ antiquissimâ nunquam est nisi semel scripta. Quod quidem scribendi genus minus perfectum et dilucidum, cum totâ antiquae scripturae simplicitate §. 21 descriptâ optime

1) cf. Not. T. 9. p. 32. 42.

2) Pronunciationem minus exactam facile ل et ن praeter ea quae lege sancita sunt loca sequenti consonae inserere patet ex Not. T. 9. p. 34. 41. ن radicis Arabibus nunquam contrahitur, quae est linguae hebraeae et syrae debilitas. Possit quidem quis contrarium cum Sacyo ex نَجِي suspicari Sur. 12, 110. 21, 88 cui نَجِي (servamus) substitui iubet grammaticorum pars (Not. T. 8 p. 325): sed ibi proprie نَجِي in passivo legendum esse puto. Ed. Petrop. in margine lectionem diversam, sed neutiquam hanc de literâ Nun insertâ explicationem habet.

cohaerens serioribus quoque temporibus intactum permansit. Postea cum litera talis signo distinguenda videretur, absente eo a scripturâ, unde Arabes punctum vocale discere poterant, syriacâ, litera ـ signi loco minutiori formâ apposita est, vocis ^{شدة} *fortitudo*, *robur* principium aequae ac compendium; litera enim talis vere *fortius* efferenda est et diductius, unde pronuntiatio haec fortior *Taschdid* تشديد audit nomine ad signum etiam nominandum traducto. Oppositum ei ^{تخفيف} *levem facere*, *legere*. Pingitur id in Koranis cuficis, rarius quidem neque in omnibus, aut supra literam aut infra eam aut ad mediam eam, ut simul vocalis positionem vimque innuat §. 78 (cf. idem de Hamza et Veçla §. 121. 135) ¹); scripturâ autem in vulgari dilucidius vocales ita adscribuntur, ut Teschdid semper supra literam ponatur, ut ^{كـ} *kattala*, ^{كـ} *culluhu*, ^{كـ} *cullihi*; et ^{مـ} *مت*, ^{عـ} *عن*, ^{اـ} *اتبع*, ^{اـ} *اطلم* §. 125; apud Africanos brevius V vel A scriptum vocalis adhuc positionem sequitur. Saepiusque in cdd. signum hoc solum adscribitur, cum ex literae duplicis notatione vocalium formae pronuntiatio facilis sit intellectu.

- 127 Praeter hanc literae per se ipsam ex formae vi duplicationem literae saepe ita duplicatae audiuntur, ut consonantis syllabam priorem claudentis sonus sequenti diversae assimilatus sit, ex §. 125. Quae litera quanquam ex scripturae lege scribi potest utpote hic illic tantum ipsa pronuntiationis proclivitate invitante haud audita, in vocalium tamen signorum scriptione ita otatur, ut sequenti Teschdid adscribatur. Cujus quidem, quod grammatici nostri nominaverunt, Teschdid *euphonicis*, *necessario* §. 126 oppositi, usus cum ipsâ hac pronuntiatione molliori variis varie extenditur. Suntque ejus in universum causae duae:

1) cf. Not. et Extr. T. 8: p. 313.

1) litera *liquida* molliorque sonum suum in sequentem 128 similis organi aut virtutis diffluere sinit, limitibus satis angustis hisce:

a) ل articuli ال *al*, ut naturâ suâ articulus celerius pronuncietur nomini semper intime adhaerens, sequenti assimilatur, nec tamen nisi literis lingualibus, gingiv. et *dentalibus* (§. 44), quippe quae similis simul sunt organi, ut ^{ا ن ب ج د ه و ز ح ط ظ} *annabijju*; ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *aschsamsu*. Quas literas Arabum grammatici ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *solares* appellarunt, cum vox ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *sol* a literâ hujus generis incipiat; reliquas ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *lunares*. Duorum ita concurrentium ل alterum in vocibus, quas cum articulo proferre usus fert fere continuus, ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *الذي*, ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *التي* (pron. relat.) semper omittitur; trium autem ob ل praepositionem praefixam una e lege continuâ §. 132 omittitur, ut ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *لليل*, *nocti*.

b) ن vocem terminans elegantior pronuntiatio sequenti li- 129 terae uni ex ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *لومپر*, mollioribus et ipsis et liquidis, assimilari jubet, ut ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *من ليل* *millailin*, ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *من ريد* *mirrabbih*; similiterque ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *كتاب مبین* *kitâbum mubinun*. Nec tamen scriptura haec nisi in Koranis librisque diligentius scriptis observatur; videturque in lingua vulgari ن tantum praepositionum ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *من* et ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *عن* cum voci minori ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *ما* frequentius coaluisse, unde scriptura ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *عما* ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *رما* frequens orta est.

2) Litera muta aut muta cum sibilo sequenti mutae 130 ejusdem classis (§. 44) ipsâ pronunciationis facilitate juvante assimilatur, id quod ex radicum linguae formatione non potest nisi ante verbi personas ا ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} incipientes locum habere, ut ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *أردت*, ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *أخذت*, ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *ليثت* pro ^{ا ب ج د ه و ز ح ط ظ} *أردت* etc. Videturque scriptura

propterea literam priorem quanquam haud auditam semper retinuisse, quod ea radicalis est potiorque; quodque in contrahendo ejus sonus peculiaris (§. 56) manet ¹⁾).

131 Quae pronuntiatio mollior quibusdam eo usque invaluit, † ut in Koranis diligentius scriptis quaevis consonans muta et liquida vocem terminans sequenti aut pari aut classe et organo simili assimilanda scribatur, velut ^{قَدَّ جَاءَ}, ^{ان لَمْ}, ^{قُلْ لِلَّهِ}, ^{قَدَّ صَدَّ}. Imo sequens hujus generis consonans quaevis (gutturalis etiam) sic duplicatur post consonantem vel parem vel similem *vocali brevi* terminatam, ut ^{بَارِيعَةً}, ^{نَحْنُ لَهُ}, ^{أَمْرِي}, ^{شَهَادَةً}, quo magis literae ad colliquescendum pronae distineantur beneque secernantur; unde id non fit nisi ubi pausa nulla est media ²⁾. Sed hujus mollietiei nimiae fere lex continua a vulgari sermone aliena fuisse videtur nec nisi a grammaticis sedulis ad Korani lectionem elegantissimam denotandam et stabiliendam inventa, quanquam haud sine ansà et causà. De quibusdam Korani doctores discrepant. — Omnino vero Teschdid euphonici in Koranis cuficis nullum est vestigium.

132 Tanta est sonororum consonantium similitudo, ubi sibi invicem vicini fiunt, coalescendi proclivitas, ut vel vocali brevi medià coalescere queant, id quod in plebe vocales medias rapidius efferente natum fuisse credas. Et proxima quidem contractio censenda est ea, quae post consonantem fit vocali instructam, ut vocalis media evanescat prorsus; sed secuta est vel ibi contractio, ubi consonans vocali vacua praecedit: quod si fit, post contractionem consonans praecedens vocali necessario efferenda est. Rarissima omnis haec contractio et mendosa habita si altera litera extra radicem est, concursu

1) cf. Not. T. 9. p. 32. 42. 48. T. 8. p. 319.

2) cf. Not. et Extr. T. 8. p. 318. T. 9. p. 82.

literarum forte fortunā et rarius eveniente, ut ^{تَامَنَّا} Sur.

12, 12 ¹⁾ ex ^{تَامَنَّا}; ^{مَعْدِرُونَ} ²⁾ ex ^{مَعْدِرُونَ} Sur. 9, 92. Sed

in magnā quae secundam et tertiam radicalem eandem habent radicum copiā ob concursum perpetuum adeo invaluit, ut e lege fiat, vocali elisā ad consonantem vocali vacuam praecedentem ob

formae perspicuitatem semper redeunte, ut ^{مَدَد} ex ^{مَدَد}, ^{مَدَد}

ex ^{مَدَد}. Ab initio vocis, ubi contractioni nullus est locus,

literarum earundem solā vocali brevi interjectā concursus sic evitari potest, ut ex duobus ت radici praepositis alterum

transiliatur, nullo formarum perspicuitatis dispendio, ut ^{تَقْتَد}

pro ^{تَقْتَد} §. 233. — Etiam evitatur literarum trium, si media vocali caret, in scribendo concursus §. 128.

Vocalium concursum evitari §. 38 vidimus. Suntque 133 praeter ḥ radicale, qui spiritus e radicum formatione pendens consonantis instar stabilis est fortiusque vocales dirimit, huius concursus exempla perpauca haec: 1) forma ^{قَبِيل}

kūila nonnunquam effertur pro ^{قَبِيل} *kīla*, quod ex eo nascitur;

v. §. 106 ³⁾. 2) post ḥ interrogativum vocalis spiritu haud prorsus diremta auditur, ut *ai*, *aii* maneat, §. 120.

3) post ā longissimum, ante ʔ e formae virtute inserendum,

quae est formatio arabicae linguae prorsus priva, ut ^{قَابِل}

kā-ilun cf. §. 159. Vocalis ita *i* v. *u* in mediā voce post vocalem audita et praecedenti vocis sono se inclinans, si

1) cf. Not. et Extr. T. 8. p. 318.

2) vocali aut proximā praepositā *i*, aut *u* ob praecedens *u* (§. 161), aut *a* eliso redeunte.

3) vocant id ^{أَشْمَام} seu lenem vocalis *u* impetum v. Not. et Extr.

T. 8. p. 311. 12.

Harum vocum omnium syllaba qua ordiuntur composita 135
 vocalem tenuissimam et fugacissimam, utpote quae aut ob
 pronunciationis tantum proclivitate adscita aut debilitata ad-
 modum et suppressa facta est, semper amittit, voci priori
 intime annexa et subjecta. Suntque hae ita voces a *conso-*
nante syllabam compositam claudente incipientes; quae con-
 sonans vocali cuidam vocem priorem claudenti et acutius
 pronunciandae subjicienda est. Et proxime quidem hoc fit
 si vox praecedens vocali terminatur, quae est terminatio ex
 linguae indole usitatissima. Si contra, quod multo est rarius,
 consonante finitur, vocalis ad consonantem, qua sequens vox
 orditur (nam vocalis ab ejus initio in nexu sermonis nulla est),
 jungendam assumenda est; ut altera haec ratio priori ita par
 sit, ut semper vocali cuidam in fine vocis prioris sequentis
 vocis consonans subjiciatur. In paucis tantum vocalis *a* ex
 articulo *al* in vocum junctura mansit. Ita quanquam vocalis
 ab vocis initio haud auditur, in scriptura tamen perspicuitatis
gratia manet, quod quo ab Alifo ceu spiritu cum vocali
 manente (§. 134) distinguatur, signo notandum videbatur.
 In Koranis cuficis, si quod signum adest, Alifo tali linea co-
 lore ob hamzâ diverso (est enim rubra) et positione secundum
 vocalem in fine vocis prioris legendam diversâ (ex §. 78) ita
 praeposita est, ut vocalis ejus quae non audiat, colore viridi
 notetur; inque cdd. Africanis similiter hamza post hanc lineam
 coloris est non flavi (ut pro vero hamzâ) sed viridis. In scriptura
 autem vulgari Elif tale signo peculiari denotare satis habe-
 tur, id quod grammatici nomine ^ءالف vel ^{و ص ا ن}همزة الوصل *Elif*
 vel *Hamza unionis* ab *Elif* v. *Hamza* ^{و ص ا ن}التقطع *separationis*
 distinxerunt ¹).

1) simplicius in africanis multis linea talis ad *Veçlam* solam signan-
 dam praefigitur pro vocalis intermediae pronunciatione positionis
 diversae; hamza vero puncto flavo ibi tantum notatur ubi vere |
 spiritus vi legitur; v. Not. et Extr. T. 8. p. 322.

ragula مصطَفُوا اللّٰهَ; in terminatione formarum *ai* vario modo oriente vocalis *i* proxima postposita diphthongi simul sono ultimo bene respondet, ut مَدِينَتِي الْعَرَبِ, ubi simpliciter *ai* subest; اَرْضِي الرَّجُلِ ubi *ai* ex *a-t* subest. 2) pron. pers. هُمْ et أَنْتُمْ omniaque ex eo derivata verborum personae et suffixa (§. 216. 367), quia ex origine هُمْ *hamû*, أَنْتُمْ sonuerunt (§. 167), semper vocalem hanc redire faciunt, ut قَتَلَهُمُ الرَّجُلُ; 3) part. مَذٌّ, مَنذٌّ (مَنْذٌ ex quo, seitdem), quia ex مِّنْ ذُو contracta est, in fine *u* assumit; 4) part. مَعٍ, مِّنٍ, مِّنٍ in fine *a* assumunt, quod de praepositionibus مَعَ (pro quo etiam مَعَ in usu) et مِّنٍ, quae omnium instar accusativi nominum vim et formam et habuerunt ab origine et habere possunt (cf. L. II.), facile est intellectu. Nec tamen id *a* hic redit nisi ante articulum, ut et hic (§. 136) articulum sonus suus proprius *a* adhuc comitetur. Ceterum vocis praecedentis vim tenet etiam particula unius literae (§. 124) ut بِأَلْنَا سِيبَ.

Quodsi vox prior *nunatione* terminatur, Nun hoc consonantis instar suetae habetur, ut post id *i* pronunciandum + sit, ut مَدِينَةٌ اِخْتَارَتْ *madinatuni-ch-tarat*; sunt tamen inter Arabes, qui ante debilem hunc sonum nasalem vocalem primitivam manere censeant ¹). Quaecunque autem audiatur vocalis, consonanti priori, ut alias, apponi ea nequit quippe haud scriptae; unde e sensu concludenda est. In Koranis tamen librisque diligentius scriptis infra lineam ن cum vocali unionis scribitur, ut مَدِينَةٌ.

ن

Si forte contingat, ut litera post Elif unionis formae vi non consonantis, sed vocalis longae (ex lege §. 115) vim

1) v. Not. et Extr. T. 8. p. 322.

habeat, integra manent cetera, nisi quod duarum concurrentium vocalium *prior*, cujus sonus hic omnino praevalet, sola auditur eaque longa, ut لِقَاءَنَا آيَاتٌ *likdànd-ti ex likdànd iti.*

139 3. Adeoque his omnibus ex causis signum Veçlae ad Alif tali mutationi obnoxium significandum aque hamzato §. 186 distinguendum vocibus istis §. 134 adhaerere consuevit, ut ab *initio* quoque *libri* vel sententiae absolutae Alif hoc Veçlae signo scribatur, vocali ex vocis sensu haud ita difficulter divinanda. Sunt tamen qui id improbant Alif ab initio sententiae vocali suà et hamzà scribant; in Koranis africanis cum Veçlae linea simul vocalis quae pronuncianda sit colore viridi notatur. ¹). — Ceterum signum hoc omnino magnà rarius scribitur constantià, cum quivis linguae paulo peritior probum legendi usum facile e nexu videat.

140 Alifi hujus in sermonis nexu haud auditi, sed perspicuitatis gratià magnà tamen scripti constantià, omissi non sunt nisi pauca haec vestigia: 1) Alif inter duo *Lam* semper faciliorem ob scripturam omittitur, ut لَلْحَقِّ لِلرَّجْدِ. 2) in formulà tum antiquitate sacratà tum frequentissimà بِسْمِ اللّٰهِ الرَّحْمٰنِ الرَّحِیْمِ. 3) ^{بن} *filius* scribitur pro ^{ابن} in enarratione genealogicà continuà, si inter duo nomina propria est, quorum prius filium patris statim nominandi appellat, ut مُحَمَّدٌ بْنُ عَبْدِ اللّٰهِ *Muhammed filius Abdallae*; quanquam id in multis cdd. lege haud observatur continuà ³).

1) v. Not. et Ext. l. c. et T. 9. p. 87.

2) v. Hariri in Sacyi anth. p. 65.

3) cf. inter alia Uylenbrok *Irac. Pers. descr. adnot.* p. 106. Mölleri *catal. Goth. I.* p. 73. Henzii *fragm. arab. not.* p. 1. 2. — De regulis grammaticorum Hariri l. c. p. 66.

4) *Alif* simul ex causà §. 122 post *Elif* interrogativum, ut *أَبْنُكَ* *an filius tuus?* nisi quod *ا* articuli, quia omnino fortius est §. 135. 37, retinere licet, ut *أَلَمْ يَرَجِدْ* *an vir?*

Tot signis (§. 31-140) concurrentibus, haec omnium 141 observatur lex scribendi, ut puncta consonantium diacritica §. 60, proxima ea ad rectum legendi modum inque cdd. constantius scripta, proxime ad literarum corpus accedant, elatius paulo *Hamza* et *Teschdid* et ipsa ad consonantes propius pertinentia, denique vocales cum *G'ezma* iis opposito. Si forte eadem syllaba vel vox diversam patitur pro formà suà aut commentatorum opinione pronunciationem, vocales vel aliae notae diversae simul notantur a scribis, voce *مَعَا* simul apposità vel omissà; ut *مَعْدَرٌ* §. 132 1).

V. *Tonus* quanquam emortuà linguà antiquà ex vivà 142 voce doceri nequit, ex ipsà tamen linguae indole aliquatenus cognosci potest. Nam lingua, qualis est arabica, sonora et concinna tonum simplicem et concinnum habet e syllabarum ratione sponte suà fluentem. Primum, cum lingua Arabum habeat constantem syllabarum brevium et longarum decursum, hoc ipso vocis hic oritur rapiditas, illic extensio et mora. Sunt autem longae syllabae aut vocali longà terminatae aut consonante, de quibus prosodiam in fine operis hujus consule. Deinde cum consonantes vocem finientes vocali brevi pronunciari elegantia linguae sonorae jubeat (§. 162), tonus ab ultimà syllabà continuo recessit, ut hac in re lingua arabica ceteris semiticis prorsus sit dissimilis. Itaque penultima si longa est, accentum vocis tenet potissimum, ut in *يَقُولُونَ*, *يَقُولُوا*, *يَقُولُ*; *وَهَذَا*, *يَقْتُلُ*, *يَقْتُلُ*; si brevis, accentus antepenultimam ferit sive longam sive brevem, ut in *قَتَلَ*

1) v. Not. et Extr. T. 8. p. 302. 309. T. 9. p. 36. 85. 86. Sacyi chr. T. 3. p. 201. Willmet ad Ant. p. 207. cf. gr. hebr. crit. p. 489.

kdtala. Vocalis tamen in vocis fine brevis ante *Veclam* §. 134 sqq., quo alteram vocem sibi jungat, per se acutius et altius efferenda est. In imperativis radicis, si vocalem instabilem praepositam habent (§. 134), vocalem ultimam accentu notandam esse patet, ut ^{ووس} اَقتَل *«ktūb*.

- 143 Vox ubi in sermonis fine s. in *pausa* est, pronunciationem paulo diversam subire potest ¹⁾. Ut enim vox firmiter in ultimā syllabā consistat, vocales in fine breves unā cum nunatione ²⁾ tacentur, ut ^{ووس} اَقتَل, ^{ووس} اَحصَاب, ^{ووس} اَحصَاب, ^{ووس} اَحصَاب. Est haec sola fere ratio, quā vocalis longa in syllabā audiri possit compositā; potestque ad vocalis productionem insolitam notandam *Medda* (§. 123) vocali superscribi. Si vero vocalis brevis non ex formae tantum terminatione arabicā pendet sed ad ipsam pertinet radicem, ut in formis *g'ezmatis* (cf. L. II.) ^{ووس} اَغز, ^{ووس} اَغز, ^{ووس} اَغز, ea non taceri tantum non potest, sed simul quia vox in eā moratur, producenda est pronunciationis nisu. Potestque hinc * in fine scribi e lege §. 84, ut ^{ووس} اَغز, ^{ووس} اَغز, ^{ووس} اَغز, ^{ووس} اَغز, (*cur?*), quanquam ea scriptio haud ubique observatur ³⁾. Pausa dicitur grammaticis ^{ووس} اَلْوَقْف.

- 144 VI. Punctum Arabibus unum est crassius و , quo Koranici versus, nec non carminis vel sermonis finem notant. Praeterea puncta minora و v. و scribuntur; rarius tamen

1) ut in linguā hebraeā (v. gr. cr. p. 136 sq. 665 sq.), sanscritā, armenicā aliisque linguis bene excultis. De pausā arabicā, quae ad Koranum bene legendum maximi est usus, doctores Koranici plura scripserunt opuscula, v. Not. et Extr. T. 8. p. 360. T. 9. p. 111; cf. p. 54. 59. 90. Sac. anth. p. 142. text. ar.

2) ex و tamen accusativi *d* manere in pausā, probare videtur locus in Sac. anth. p. 346 sq.

3) praeterea و in pausā magnas ciet difficultates et mutationes, in quibus describendis prolixi sunt grammatici, v. Not. T. 9. p. 54. 84.

nec consensu. Finem tamen enunciationis absolutae et transitum ad aliud argumentum spatio plerumque in lineâ vacuo vel literâ quadam usitato protensiori indicatur, ut **وَفِيهَا**. Estque cujusvis codicis indoles hac in re peculiaris ex ipso discenda, quo facto facile scribam enunciationum finem modo suo constanter notasse deprehendas. Singularum autem enunciationis seu versus partium distributio et notatio in Korano tantum et sollerter scribendo et exactissime legendo invenitur. Potest ea in cdd. et editione Petropolitana conspici. Signa literis minutis constant colore rubro lineae superscriptis ¹): م ex **لَا زِمَ** (وَقَفْ) notat pausam necessariam; ط ex **مُطَلِّقٌ** absolutam, post quam sequentia verba absolute poni possunt; ج ex **جَائِزٌ** permissam, cum et jungere et disjungere licet; ز ex **مُجَوِّزٌ** eam quae ferri possit, quanquam jungere praestat; ص ex **مُرْحُصٌ** licitam, non necessariam; ق ex **قَبْلٌ** eam quam quidam velle dicuntur; ن non, pausam non posse locum habere. Frequentissima inter haec et maxime necessaria sunt ط, ج, لا. Sunt et alia signa similis indolis; lectoribusque Korani celeberrimis eorumque auctoritatibus indicandis inserviunt alphabeti literae ²); sed haec ad Korani notitiam pertinent.

Compendia scribendi vulgata sunt quaedam omnibus in 145 fibris, ut formulae ad nauseam usque frequentis صلعم i. e. صَلَّى اللهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ preceatur deus pro eo et benedicat ei post nomen Muhammedi reverentiae causâ addendum solumque etiam pro eo usurpatum; عم i. e. السَّلَامُ عَلَيْهِ super

1) v. Not. T. 9. p. 90. 113-116.

2) Not. I. c. p. 95 sqq.

eo sit pax post nomen sancti cujusdam, $\overline{\text{ر}}$ i. e. $\overline{\text{ر}} \text{ الله}$
misereatur ejus deus post nomen defuncti cui quis bene-
 vult; $\overline{\text{ر}} \text{ رض}$ i. e. $\overline{\text{ر}} \text{ الله عند}$ *propitius ei sit deus*. Praeterea
 termini quidam in libris, in quibus frequentissime occurrunt
 compendio facile divinando scribuntur, ut in lexicis et scho-
 liis ج i. e. جمع pluralis; م i. e. معرف notum vocabulum;
 ع i. e. موضع locus in terrarum descriptione; د i. e. بلد urbs
 etc.; in traditionum sacrarum vel historicarum etiam col-
 lectionibus $\overline{\text{ت}}$ i. e. $\overline{\text{ت}}$ حدثنا narravit nobis i. q. $\overline{\text{ت}}$ i. e. $\overline{\text{ت}}$ أخبرنا.
 Quid literae Suris quibusdam praepositae significant, ipsi
 Koranici doctores ambigunt ¹⁾. Compendio tali literarum
 linea superscribitur, singulae literae nonnunquam paulum in-
 versa, quam noli cum Meddà confundere.

146

Signa numerandi Arabibus duo sunt diversi prorsus
 fontis et indolis. Literae alphabeti, ut supra §. 30 monstra-
 tum, numero notando inserviunt, ubi literis ثجذضظغ facile
 sentis valorem hunc tum temporis esse tributum quo adhuc
 in fine alphabeti positae erant §. 67; apud Africanos valor
 numeri secundum ordinem literarum paulo diversum §. 67
 discrepat. Et hunc quidem literarum usum Arabes haud du-
 bie unà cum alphabeto a magistris suis Syris traditum acce-
 perant; scribunturque literae, lineà plerumque superscripta,
 ordine et juncturà suetà, ut غضكط 1829. Sed deinde Per-
 siae et Indiae victores ab Indis ordinem numeros scribendi
 artificiosum unà cum signis indicis didicerunt Europaeisque dein-
 ceptis tradiderunt. Ipsi Arabes eum رتم هندي scripturam indicam
 nominant. Cujus ordinis computandi nobis satis noti signa haec:

١	٢	٣	٤	٥	٦	٧	٨	٩	٠
1	2	3	4	5	6	7	8	9	0

1) v. Bai'dawi comm. in Sac. anth. p. 1 sqq. qui futilia profert e super-
 stitione manantia.

LIBER SECUNDUS.

DE LINGVAE FORMIS EARUMQUE NOTIONE.

Voces linguae, quarum longiores pleraeque sunt pluri- 147
 umque syllabarum, ex elementis brevioribus prodiisse non
 communis tantum omnium linguarum docet ratio, sed ipsa
 quoque vocum arabicarum consideratio. Nam vel excultae
 ad justam verborum nominumque mensuram linguae radices
 (§. 148) breviora ostendunt, unde prodire, elementa; atque
 vocabula multa, quae pronominum et particularum vim tenent,
 ut *quid*, etyma unius syllabae brevissima manserunt.

Sed quae voces ad verborum nominumque notionem et 148
 flexionem variam tenendam excultae sunt, eae unà ex linguae
 lege perpetuà ad trium sonorum bene distinctorum (seu
 trium radicalium literarum) ambitum excreverunt. Hunc
 enim trium radicalium ambitum perpetuum formationis postu-
 lat aequae et concinnae lex quaedam summa. Nam cum
 praecipua formationis virtus et vis in vocalibus constet intra
 radices limites ad notiones distinguendas aequà lege variandis
 (§. 152), tres semper adsint necesse est radices soni, intra
 quos vocales et satis multae atque perspicuae et eàdem con-
 tinuo formà variari possint. Adeoque haec trium radicum
 ratio dominatur, ut voces et nimis longae saepe contrahan-
 tur et nimis breves ac fluxae redditae novà formatione
 augeantur.

Cum ita vocales notiones quae ex radice derivari pos- 149
 sunt distinguendi causà eodem intra omnes radices modo
 variantur, radices consonantibus potius tribus stabilibus con-
 stant, ut radices vis et notio non e vocalium sed e solà con-
 sonantium distinctione pendeat. Sed quanquam radices
 plurimae tres habent consonantes stabiles et distinctas, non-
 nullae tamen breviorum, quae antiquitus fuit, ambitum fide-
 lis servarunt. Nam ex brevioribus unius syllabae radici-

bus quaedam ultimam literam geminarunt solum, ut ^عد, quaedam vocalem longam mediam habent ù, î, à; aliae vocalem praemissam vel subjunctam. Sed omnes hae tamen postulante formationis lege ad trium sonorum consonantium ambitum assurgere possunt; illae consonante ultimà bis pronunciata, hae vocali in consonantem consentaneam versa, nempe *u* v. *i* in semivocalem و v. ^و , *a* in spiritum gutturalem ا. Quà ratione quanquam radices hae unam sequuntur eandemque, quà omnes reguntur, vocalium variandarum legem: haud tamen intra eas vocalium pronunciatio acque stabilis et perspicua esse potest atque intra radices trium consonantium fortium: unde harum formatio firma, sana et normae instar habenda est; illarum debilis et minus perfecta. Praestatque de hac formatione debili in appendice agere.

150 Ex hac radicum formandarum lege maximus oritur radicum trilaterarum numerus neque, ut in radicibus indo-germanicis, radicum literae ad unam syllabam conformentur et coeant necesse est. Imo radices pronunciatio in omnibus formis in *duas* syllabas vergit, ut media radicalis, nisi muta sit, vocalem teneat et accentum potissimum. Sed quanquam ita multo quam in indo-germanicà linguà major oritur radicum numerus, haud tamen omnes quovis ordine literas in radice copulare licet ¹⁾). Literarum quarundam concursus, cum per se ingratus et difficilis sit, sedulo evitatur: 1) duae priores radicales vix unquam eadem sunt; tertia autem saepissime ex secundà quae antiquitus ultima fuit (§. 149), geminata orta est, in omnibus paene formis ab hac haud di-

1) cf. gr. hebr. cr. p. 167. 168. min. §. 162 ubi pluribus hac de re dictum. Arabum grammatici literas *incompatibiles* dictas enumerant has: gutt. sine و ا ف م ب ; ن ت س ض ص ط ظ ث ; ذ د د ; ز ر ر ; ل ر ; ص ض ش ; ص ض س ; ص ض ط ز ; ل ر ; ن ل ; ك ق ق ; ق ك ق ; غ ق ك غ ; غ ق ظ ; ك ظ ط ; ظ ط ض .

visa. 2) Similiter concursus literarum ejusdem classis (§. 44) vel sono simillarum ab initio evitatur, ut gutturalium (إ) tamen mollissimum toleratur, ut أَخَذَ; * in عَهْدٌ foedus), literarum رَغَقَكَج, quod in ج haud dubie e sono primitivo mansisse (§. 51) censendum est; عَقَكَخ; nec non labialium مَقَب, etc. In fine radicum idem concursus evitatur, ut rarissima exempla sint contraria, ut عَتَدَ. 3) literae liquidae ر ن ل concursum evitant ubique ¹⁾); facilius tamen ن ل invicem sese tolerant, ut عَلَى. 4) ط cum similibus ض ص ط cum literae ق sono respondeant (§. 51), contrariam ك soni levioris respuunt; ipsa quoque ك et ق haud concurrunt: س quod saepius ante ق occurrit, in pronuntiatione tamen vulgari in ص inclinatur et transit, ut صَقَفٌ (tectum) pro سَقَفٌ ²⁾). 5) denique aegre t ante s reperitur e soni, quae et alibi elucet §. 125, asperitate; facilius vero et frequens est literae levioris د cum س concursus. Sed hae leges ad radicum et stirpium tantum arabicarum formationem valent; flexione quadam externâ vel praefixi accessione (§. 124) si literae tales concurrunt, aut si duarum vocum contractione, ut لَى ex أُنْ, nullam eae vim habere possunt.

Vox certae pronuntiationis e radice prodiens, sive verbum sive nomen, stirps vocari potest; stirpibus autem solis lingua nunc utitur. Nam radix certâ quadam vocalium pronuntiatione induta pro variis vocalibus species quaedam esse debet aut nominis aut verbi; utrumque eodem jure et loco a radice descendit, ut verbum tamen potius et propius sit judicandum, unde multae rursus nominum formae derivatae originem ducunt ³⁾). Stirpibus si quae extrinsecus accessere

1) cf. Not. et Ext. T. 9. p. 37.

2) id scholiastae saepe monent.

3) cf. gr. hebr. cr. p. 189. min. §. 175.

augmenta, ea intime cum iis cohaerent, ut ab iis divelli nequeant, nulliusque sint per se notionis. Similiter fere stirpium flexio ad genera et numeros, personas porro modosque verbi distinguendos arctissime stirpibus inhaeret, ut sine hac esse nequeant. Sed quae stirpibus sic conformatis quas deinceps *formas* dicere constitutum est, subjungi possunt pronomina suffixa, ea nec notione nec structurà tam arcte stirpibus injecta sunt. Unde simul *tres* esse in universum formationis classes patet: 1) *stirpium* ex radice; 2) ex his *formarum*, seu stirpium certà quadam flexione et numeri, generis, personae, modi notatione prodeuntium; 3) *junctionae formarum* harum cum aliis vocibus.

152 Ad stirpes exque his formas derivandas sonorum quidem inserviunt extrinsecus accedentium tum praefixorum tum postpositorum bona pars. At multo major et potior formationis pars vocalium intra radicem et satis amplam et tres continuo sonos amplectentem mutatione aequà et constante nititur. Est quidem haec omnino linguae semiticae virtus quaedam peculiaris, sed ea arabicae dialecto ceteris longe familiarior et excultior. Quae quà omnino vocalium ubertate et volubilitate maximà gaudet (§.5.), eà ad formationem praecipue vocum et brevissimam atque acutissimam et maxime perspicuam felicissime utitur. Hinc non eas tantum, quas hebraea, id vero est antiqua linguae facies habet, vocalium intra radicem mutationes nitidissime excoluit et maximà servavit constantià, sed novas continuo hac ratione formas condit brevitate et perspicuitate conspicuas. Deinde ad vocum quoque inter se juncturam e syntaxi pendentem exactius et magis perspicue notandam vocalium translata est in fine vocum varietas, ut ex nullà re tantum linguae affulserit luminis et decoris quam ex hac vocalium mutatione acri, perspicuà, constante. Quo magis necessarium est, leges quas ea sequitur summas et universas hic delineare, plurimac in singulis formis cognoscendis frugis futuras.

Vocalium ratio praeter ea quae omnino in iis valent dis- 153
 crimina §. 69-73 hic praecipue e formarum vi notanda venit.
 Et vocalis quidem omnium proxima *a* est habenda, quod in
 formis omnium minime variatis et proximis comparet, ut
 قَتَلَ. Ceterae vocales significationibus variandis inserviunt.
 Simulque vocales intra tres radicales breves antiquissimae
 sunt et proximae, quae tamen in nominum formis derivatis
 saepius in longas productae sunt stabiliores. In ipsis autem
 vocibus duo vocalium genera distinguenda sunt, situ, ortu,
 significatione diversissima:

1. Quae intra radicem sunt vocales, a stirpis et formae 154
 notione pendent; suntque eae in omnibus semiticis linguis,
 sed in arabicâ consummatissimae. Quae vocalium mutatio
 quid significet infra in singulis est videndum; hic explican-
 dum, quomodo vocales variae intra radicem pronuntientur.
 Id enim pro radicum ambitu vocaliumque vi et origine certis
 nititur legibus.

1) radicalis secunda, primâ vocali instructâ, muta esse 155
 potest, quae pronuntiatio cum ultima semper in linguâ ex-
 cultâ vocali terminetur (§. 162), sine ullâ est difficultate, ut
 قَتَلَ; vocalis *u* ut obscurior et plenior diduci et geminari
 potest, قَتَلٌ, قَتَلٌ, raro *i* et *a*. Si secunda rad. vocalem habet
 aut brevem aut longam ex brevi, quae antiquitus fuit productam,
 prima solitaria vocalem tenet, quae proxima est, brevem *a*,
 ut قَتَلِ, قَتُولٌ, exceptis paucis formis, in quibus vocalis ob
 stirpis notionem mutata est. Similiterque literae radici prae-
 positae proximam vocalem semper *a* habent, quod in paucis
 stirpibus in *o*, *u* transiit, ut قَتَاتٌ §. 219. Quae singula
 infra e causis suis explicanda sunt.

2) Si vero nova vocalis primitus longa inseritur, haec 156
 adeo in totâ radice sola dominatur ut vocalis alterius radi-

calis ipsi subjecta rapidissime pronuncietur. Hinc si à insertum, in alterà syllabà vocalis omnium brevissima et tenuissima *i* (§. 71) comparet; si ù, in priori syllabà ù est, vocalis brevis huic ù optime et proxime respondens ¹). Ita قَاتِلٌ, قَتَالٌ, قُتُولٌ. In his vocalibus à, ù frequentissime sic insertis regula haec satis sibi constat; ante *t* autem rarius reperitur *u*; قَتَبِلٌ. Quodsi syllaba composita praecedat, eadem manet pronunciandi lex, ut اسْتِقْبَالٌ; estque hic *i* etiam ante *i*. Tantamque vim haec vocalium conformatio exercet, ut vel vocalis longa in sonum *i* ante à tale necessario pronunciandum transeat, ut قَاتِلٌ ex قَاتَلٌ. Omninoque per totam late linguae ditionem haec vocalium à-i oppositio mutua viget, ut in du. *ánì* ex pl. *únà*.

157 Ceterum cum à tale insertum maximam exposcat vocis intentionem, difficultatis aliquid in vocali longà aut ante literam geminatam productà residet, ut illa saepe correpta, in hac geminatio sublata sit, aut formatio alià ratione evitetur; cf. §. 278. Atque ita omnino in linguà arabicà ut in sanscrità lex quaedam *aequilibrii* valet, quà syllaba formatione oriens longa vel intentior reliquam vocis partem vicissim contrahit; cf. §. 139. Quanquam cavetur, ne significatio detrimenti quid patiat.

158 Quatuor literas si stirps complectitur, idem pronunciationis habitus elucet, velut *i* elatum post à, at in مَعَاتِلٌ, عَقْرِبٌ ex مَقْتَلٌ, عَقْرِبٌ.

1) cf. sanscrita: *tischthá*; et *tutud*, desiderativa. Ceterum prius *u* ex ù sequenti solo pendere, manifestissime inde elucet quod ù in *i* verso prius *u* in *i* transire potest, ut عَصِي et عَصِي

In hac vocalis longae, inprimis à, ad novas formas con- 159
dendas, insertione cum pronuntiatio peculiaris oriatur, nulla
omnino vocalium, quae prius aderant, ratio habetur. Vo-
calis autem longa, quanquam soni ejus in novà hac formatione
nulla haberi potest ratio, vi tamen suà duobus sonis simplici-
bus seu vocali brevi et consonanti par est. Et diphthongus quidem
seu semivocalis primitiva facile in sonos suos resolvitur, ut مَبْسُورٌ :
مَبْسُورٌ ; مَبْسُورٌ (ex مَبْسُورٌ) : مَبْسُورٌ ; simplex autem vocalis
longa in vocales duas formae consentaneas transit, medio
spiritu tantum vocali (§. 46); nam ut ex *kat*, *kit*, *kut* nas-
citur *katà* v. *kāti*, sic ex *kā*, *kt* v. *kū*, e mensurà pari, *ka'd*
v. *kāi*; ut قَاتِلٌ pro quo قَوَاتِلٌ §. 50 ex قَاتِلٌ; et قَاتِلٌ (= قَاتِلٌ)
ex قَاتِلٌ; similiterque عَجَائِرٌ ex عَجُورٌ. Quae formatio omnino
in arabismo demum exulto nata est e formae novae totam
linguae ditionem penetrantis constantià summà. At vocalis
longa hoc à insertum aut praecedens aut sequens pronuncia-
tionem *i*, utpote quae in universum valeat lege continuà
(§. 156), sequi debet, ut vel à et ù in *i* transeant.

3) Litera praefixa cum primà radicali, nisi hanc vocalis 160
sequitur longa, semper in unam syllabam coaluit, cum pri-
mitus prima radicalis vocalem nullam teneat nec nisi solitarie
posita vocali opus habeat; ut يَقْتَلُ : قَتَلَ ; أَسْتَقْتَلُ . Vocalis
tunc proxima, ut ubique, *a* est. At praefixum sine ullo
nexu necessario et interiori extrinsecus forte fortunà (§. 124)
praepositum nullam in primam radicalem vim habet, ut co-
pula in وَقَتَلَ .

Sunt tamen quaedam, ubi prima stirpis litera rapidius 161
pronunciata vocali postposità careat, formae certae ¹⁾, ne-

1) in linguà vulgari quia prima litera sine vocali brevi pronuntiatur,
saepissime e praepositur.

que id temere: 1) formae totam pronunciationis vim in syllabam ante ultimam radicalem coarctantes, ut prima radicalis ex opposito eo rapidius pronuncietur, ut ^صاقتل; 2) nomina quaedam quorum ultima radicalis perit: ^صأبين (§. 134); 3) litera stirpibus verborum praemissa, ut ab initio vocis pronunciatio omnino est rapidior, in augmentis potissimum extrinsecus accedentibus: ^صانقتل; cf. §. 185. 4) in vocibus quibusdam, ubi pronunciatio vocalem rapidam praeposuit §. 134; 5) in imperativis radicis §. 223. In his omnibus rapidior conspicua est pronunciatio. Et urget quidem pronunciatio arabica (§. 35) consonanti ab initio vocis mutae vocalem praeponere, sed est haec rapidissima et maxime inconstans (§. 134 sqq.), nempe *i* in universum; *u* autem in stirpe *u* sibi respondens praemittit, ut simillima in formatione §. 156.

161 Omnino vocalis *u* sonus in syllabae vicinae vocali potiore carentis pronunciationem hanc vim habere potest, ut ea *u* reciprocet, ut in ^ديمد pro *jamudd*. Idem nonnunquam de *i* valet, ut in forma ^دقتبل §. 248. Atque omnino haec est sonorum fortiorum vel potiorum vis, ut vicinorum pronunciationem sibi accommodent, ut vocalium §. 76; ^رمرة ob *r* durius hodie pronunciant *marra*, at ^ركبيرة *k'bire*, de Perc. gr. valg. p. 7. 10.

Forma sonum *u* ex contractione ulla amittens eundem in aliam vocis partem, ubi minus gravis vocalis est, rejicere et hic servare potest, ut ^رغزاة ex ^رغزو §. 311; ^دمذ v. ^دمند ex ^دمنذ *ex quo*; ^دتجاء §. 280.

162 2. In fine autem stirpium et formarum vocales, quas arabica lingua ex indole sua nacta est breves, vel nunatione sonora auctae, dein et longae terminationum quarundam ad juncturae vocum in enunciatione rationem, ad modos verbi, casus et juncturam nominum denotandam varian-

tur; nec desunt eae nisi sensu jubente, et in particulis plurimis tali ratione haud variandis. Quae distinctio acuta et subtilis omnino arabicae linguae excultae peculiaris est interque maximas ejus virtutes habenda.

Sed ultima radicalis si ante literam formalem intime junctam est, muta jure mansit qualis ab initio erat, ut $\text{قَتَلَتْ} = \text{قَتَلَ}$.

Quae vocales post secundam radicalem ex antiquae (hebraeae) linguae tono productae sunt ¹⁾, ex parte in arabismo manserunt, quanquam toni ratio in hoc magnas passa est mutationes (§. 142). Vocales ita in omni flexione immobiles manent; sed longa penultima ante terminationem fem. corripitur et coarctari potest, cum longa simul vocalis ibi e formae perspicuitate haud poscatur §. 322 etc.

Praeter has radices trilateras aliae ortae sunt plurium ¹⁶³ literarum, variâ ex origine. 1) Primum quae linguae indoles radices brevissimas ad trium semper literarum ambitum efformavit et adauxit, eadem porro has radices trilateras novis augmentis ampliare potest. Haec est una radicum efformandarum propagatio continua, ex officinâ linguae formatrice prodiens. Suntque arabicae linguae utpote superiori plures jam ejusmodi radices ortae quam hebraeae. Augmenta autem varia sunt eaque non minus unâ ex lege interpretanda quam quae radicibus trilateris excolendis inservierunt. Praeter vocales longas insertas aut postpositas consonae plerumque debiliores, ut liquidae et sibilae, aut inseruntur aut postponuntur, rarius radicalis repetitur, ut ex شَمِعَ *divisus fuit*: اشمعت et شمعت *dispersit se copia*, significatione parum diversa; ex بَلَدٌ *firmus f.*, *haesit*: أبلندى *firmo et obeso corpore f.* et أبلندج *latus et longus f.* Quaedam radices

1) de quibus cf. gr. hebr. cr. p. 162 sqq. min. §. 86 sqq.

brevisssimae ex antiquâ linguâ repetitae manserunt, quanquam a tali sono abhorret lingua cultior, cf. §. 191. 2) Deinde radix longior nonnunquam ex unâ longiore pluribusve vocibus ob frequentem usum contractis oritur, seu nomen seu verbum, ut ^{بسم} ^{الله} ^{بِسْمِ} ^{اللهِ} ^{دِخِيت} *dixit* ^{بِسْمِ} ^{اللهِ} *in nomine dei*, formulam perpetuo repitam; ^{عِشْرِينَ} ^{عِشْرِينَ} *viginti* (^{عِشْرِينَ} *arripere*, ^{مَاجِرِيَّاتٍ} *historiae* apud scriptores sequiores ex ^{مَا جَرِي} *quod evenit* ^١). 3) Porro ex voce ditionis semiticae, cujus quae sit origo lingua ignorat, saepe nova longior prodit radix, ut ^{تَوَامٍ} *geminus* Taalibi c. 67. ex ^{תוּמִי}; 4) denique ex vocabulis peregrinis frequenti usu in arabismum receptis, ut ex ^{فِيلَسُوفٍ} *philosophus* oritur et verbum ^{تَفَلَّسَ} *philosophatus est* et nomen arabicum ^{فِلَسْفَةٍ} *philosophia*. — Sic nascentes radices pluriliterae, quia multo sunt pauciores et rariores, formationis stirpium ex trilateris ortarum normam sequuntur. Nam trilaterae totius linguae cardo velut et principium, quibus pauciores et minoris et majoris ambitus radices ad ipsarum formam externam se componunt. Et in verbi formatione, ut sunt verba omnino leviora, rariores et saepe contractae sunt radices pluriliterae, vocales breves; in nominis plures et longiores, imprimis in rerum physicarum, animalium, plantarum etc. nominibus raro ex origine suâ linguae notis. Sed et hae nimis longae formationis vi saepe breviores fiunt.

1) scholastae jam et grammatici Arabum hanc pluriliterarum originem quam latissime extenderunt, ubique fere duas radices trilateras quaerentes, ut Tebrizi ad Ham. p. 54 nomen ^{شَمْبَرٍ} *cameli* derivat ex ^{شَمْرٍ} et ^{شَمْرٍ} compositis; seti haud ita composita videntur nisi quae usu continuo copulata tandem brevius unam in vocem contrahebantur.

His praemissis ad formarum singularum expositionem 164 transeundum. Dividuntur autem omnes linguae voces e formae ratione in partes duas, in voces flexionis sive perfectae sive imperfectae. Perfectà flexione utuntur omnia nomina et verba, quae partem linguae potissimam et derivationis atque flexionis capacissimam constituunt; imperfectà voces reliquae, particulae dictae. Ad quas quanquam pronomina quoque primitiva pertinent, personalia tamen quae et formationis sunt prorsus peculiaris atque e linguae aetate antiquiori servatae ¹⁾, et ad voces verbales formandas adhibitae, hic prius describere juvat.

Conspectus pron. personalium hic:

165

	<i>sg.</i>	<i>pl.</i>	<i>du.</i>
3 ps.	{ m. هو is	هم ii	هما
	{ f. هي ea	هن eae	
2 ps.	{ m. أنت tu	انتم ³⁾ vos	انتما
	{ f. انت ²⁾	انتن	
1 ps.	أنا ego	نحن nos	

Ex his هو et imprimis هي vocali ultimà tono elatà pronuntiata fuisse oportet; nam post praefixum و vocalis prior debilis prorsus evanescere potest: وهو, et in vulgo scribitur هبه v. p. 45 not.; ut poetae in rythmo finali saepe هبه, هبه pronunciant (Ham. p. 679 etc.); cf. §. 367. et hue in linguà vulgari. أنا ex rarà vocalium mixtione ortum ex ان, omninoque hoc pronomen in vulgi sermone plurimum detur; nam poetis licet ultimam syllabam corrípere انă,

1) atque ipsa eorum etyma ex antiquissimà sunt linguà, unde in linguà semitica aequè ac indo-germanicà similia. Nam hu cohaeret cum demonstrativo hd, lat. hic, saxon. hei; in anta et ana praefixum an facile elucet (vel in Kamuso 2. p. 1721 agnitum), ut illius etymon sit ta = tu sansc. tv, sv; ana (ani) decurtatum censeo ex ان, ut oki conferendum sit cum tyu.

2) in linguà vulg. أنتي.

3) vulg. انتوا.

id quod in vulgus quoque licuisse patet, paullatimque hoc vel in ^{٥٤} أن transiit v. Kamus 2. p. 1720.

166 Quae et quot generis numerique discrimina lingua servet ex his satis elucet. Antiqua jam semitica lingua in genere secundae etiam personae distinguendo diligens est; in primâ autem nunquam ejusmodi distinctio invaluit neque e rei naturâ exspectatur. Sed praeterea Arabibus dualis quoque, qui in antiquâ linguâ parcius usitatur, tam frequens factus est adeoque per totam linguae ditionem invaluit sanscritae instar et graecae linguae, ut ad verbum quoque et pronomen translatus sit, nec tamen nisi in tertiâ et secundâ personâ, simulque sine generis discrimine. Pronominum autem horum quae exculpta sunt numeri generisque discrimina, eadem prorsus in personis verbi cum his arctissime cohaerentibus valent (§. 214).

167 Sed generis numerique (praeter dualem §. 168) formatio in his pronomibus prorsus singularis elucet ex aetate linguae antiquiori servata. Nam ut fem. sg. distinguatur, vocalis in *i* depressius transiit; in fem. pl. litera liquida finalis mutata est in obtusiolem. Plur. autem sono sg. هو *hu* (a) *um* postposuit, quae terminatio deinde in pron. sec. ps. translata est. Sed antiquior forma *hamû* et ex hoc *antumû*, quam adfuisse certa vestigia ¹⁾ docent, poetis semper licita est, habetque in vulgari quoque sermone indicia sat gravia (§. 370).

168 Dualis autem, qui in verbo et pronomine hoc satis sero nec nisi cultae arabicae linguae proprius ortus est, à postponit ex unâ, quae adest (§. 334), dualis terminatione *dni* ²⁾ desumpta. Ea in pronomine facillimâ formatione plurali adjecta est, et cum nullo sit generis discrimine, formae ejus proximae seu *msc.*

1) cf. chald. ܐܘܬܡܘܢ et impr. aeth. *autemu*, lib. de metris ar. p. 11. 12.

2) mansit solum à onisso sono nasali, quia in verbo et pronomine nulla est formae sive solitariae sive annexae oppositio qualis in nomine §. 335.

CAPUT PRIMUM.

DE VERBI ET NOMINIS FORMA AC NOTIONE.

I. De verbi stirpibus et formis.

I. *De verbi stirpibus.* Hae grammaticis hoc ordine 169
enumeratae veniunt:

<u>افْعُولٌ</u> 13. ≡	<u>افْعَلٌ</u> 9. =	<u>تَفْعَلٌ</u> 5. =	<u>فَعَلٌ</u> 1) 1.
<u>افْعِنَلٌ</u> 14.	<u>اسْتَفْعَلٌ</u> 10. =	<u>تَفَاعَلٌ</u> 6. =	<u>فَعَلٌ</u> 2. -
<u>افْعِنَلِي</u> 15.	<u>افْعَالٌ</u> 11. ≡	<u>انْفَعَلٌ</u> 7. ≡	<u>فَاعَلٌ</u> 3. -
	<u>افْعُوْعَلٌ</u> 12. ≡	<u>افْتَعَلٌ</u> 8. =	<u>افْعَلٌ</u> 4. -

Sed hic ordo, qui bene a stirpe simplice ad derivatas progreditur, in ceteris solum externum formarum ambitum et habitum sequitur. Quare quanquam ad lexica consulenda hunc ordinem memoriâ tenere utilissimum est nosquemet ipsi numeros hos ut vulgatissimos in sequentibus servare constituimus, in enarrandis tamen stirpium notione et nexu mutuo alium ordinem elegimus re ipsâ potiore et necessarium.

1. E radice vocalibus brevibus verbo propriis animatâ 170
prodit stirps prima et proxima, ceteris derivationibus opposita. Nititur autem pronuntiatio verbo propria vocali secundae radicalis, ut prima, si solitaria est, vocali proximâ *a* efferatur (§. 155). Et secunda quoque in proximâ verbi formâ hoc *a* habet, ut قَتَلَ interfecit; sed ut verbum intransitivum distinguatur, pro hoc *a* sese ingerit *i* v. *u*; quae quidem vocalium *a* et *u*, *i* oppositio totam pervasit stirpium copiam, ut *u* et *i* notionem intransitivî et passivî suppeditet, *u* autem passivum apertius et distinctius notet quam *i*. In proximâ hac formâ *u* secundae radicalis notionem magis sta-

1) hanc radicem (*agere*) grammatici typum volvere arabes exque iis hebraei. Unde illi aequae atque hi primam rad. per ق, sec. per ع, tert. per ل notant.

tus durantis et proprietatis inhaerentis seu physicae, *i* status celerius transeuntis et proprietatis forte fortunâ accedentis denotat, quanquam haec distinctio non ubique observatur, ut حَزِنَ *tristem esse*, فَرِحَ *gaudere* et alia affectuum verba; قَصَرَ *brevem esse*, قَرَّبَ *propinquum esse*, حَسَنَ *pulcrum esse*, قَبَحَ *deformem esse*; vocales in eâdem radice saepe pro notionis translatione diversâ diversae sunt, ut رَفَعَ *elevare*, رَفِيعَ *altum* (i. e. nobilem) esse, رَفَعَ *alto cantu uti*; قَصَرَ *brevem esse*, قَصَرَ *morbo quodam cervicis (قَصْرٌ dicto) laborare*; estque verbum intransitivum saepissime a nomine quodam statum indicante derivatum. Nonnunquam nullo discrimine vocales sunt, ut قَرَدَ *singulum (divisum) esse*.

- 171 Pronunciatio *a* ut proxima et prior haud raro quidem in verbis quoque intransitivis est et nonnunquam cum *u* et *i* alternatur, ut كَمَلَ *integrum esse*; nunquam autem vocalis intransitiva, quae est specialior et distinctior, pro ipsâ activâ posita credenda est. Contrarium quae probare videntur verba satis multa, ex aliis causis pendent. Nam 1) verba plura quae nobis intransitiva haud esse videntur, ex Semitarum sensu optimo jure intransitiva sunt, vt quae *laborem* et *operam* passivo statui cognatam innuunt, quo عَمَلَ *operari, laborare* pertinet; quae animi actionem vel *affectum*, qualia نَكَرَ *odisse*, رَحِمَ *misereri*, رَضِيَ *bene velle*, vel animi habitum et dispositionem, ut عَلِمَ *prudentem, scientem esse*, فَهِمَ *intelligentem esse*, حَسِبَ *cogitare* (ât حَسَبَ *compu-*

tare), quanquam omnia haec verba relativa fieri possunt objecto adjuncto, ut ^{سَوَّ} عَلِمْتَهُ scio id, ^{رَجَّعْتَهُ} misertus sum ejus. — 2) omnino verborum multorum significatio intransitiva in sensum quidem et constructionem activam converti potest, ut pronuntiatio tamen intransitiva bene ex origine maneat, qualia ^{لَقِيَ} *occurrere, obvium habere aliquid, contingere*; ^{يَقْبَلُ} (ex ^{قَبَلَ} §. 229) *prope venire, deinprehendere*; ^{شَهِدَ} *testari, proprie praesentem esse, fecisse*; ^{حَنَظَ} *custodire, pr. propensum, intentum esse*¹⁾. — 3) verbum usu frequentissimo intransitivum rarissime et ex abusu quodam pronuntiatione suâ haud mutatâ ut transitivum jungitur, ut ^{لَبَسَ} *indui (vestitum esse) et induere aliquem*.

2. Ab hac stirpe simplice ceterae et notione minus vagâ 172 (§. 190) et structurâ totâque fere formatione diversae sunt. Suntque derivatarum stirpium tres classes pro tribus formandi modis diversis:

1. *Stirpes intensivae*, geminatione literarum radicalium plerumque et antiquitus formatae. Geminatarum tria sunt genera:

1) ^{قَتَّرَ} st. II, geminatâ solâ secundâ radicali, quae est geminatio admodum levis et suavis. Frequentissima haec stirps primitus radicis intensionem notat, ut rem saepe vel cum vi factam, ut ^{ضَرَبَ} *percussit fortiter, v. continuo, v. plures*²⁾; e verbis autem intransitivis activa haec stirps raro hac notione derivatur. Deinde stirps evanescente verbi illo casu primitivo intensivi vi actionis intensionem seu nisum

1) puto id cohaerere cum ^{حَنَّصَ}, ^{חֲנַס}.

2) ^{مَرَّةً بَعْدَ مَرَّةٍ} vice post vicem dicit Tabrizi ad Ham. p. 57; scholiastae et lexicographi saepissime hanc stirpis notionem notant nomine ^{مَبَالَعَةٍ} i. e. intensio.

solum ita denotat ut notioni stirpis simplicis simul vim transitivam v. causativi tribuat. Hinc verbi causativi notionem stirps induit, in quâ Hebraeis parcius usitata ¹⁾ Arabibus adeo invaluit, ut sine omni fere discrimine a verbis et intransitivis et transitivis derivetur et cum stirpe origine causativâ IV (§. 177) fere confusa sit; ut نَزَلَ et أَنْزَلَ *demisit* (utrumque Sur. 47, 21) a نَزَلَ *descendit*; de ceteris v. §. 177. Imprimis tamen stirps haec a nominibus derivatur, actionem re quadam occupatam vel rem perficientem notat, ut خَبَزَ *panem* (خَبَزَ) *facere*, pinsere, جَبَشَ *exercitum* (جَبَشَ) *facere*, colligere; مَرَضَ *aegrotum* (مَرِيضَ) *curare*, ei mederi, ut قَدَّى *lippo mederi* ²⁾).

- 173 2) اَقْتَدَلَ st. IX, ultimâ radicali gravius ita geminatâ ut ante accentum huc inclinantem prima rapidius nullâ vocali sequenti pronuntietur (§. 161). Rarior haec stirps notionibus tantum intransitivis intensionem quandam dat; intensio autem hic non notat nisi continuationem qualitatis, seu proprietatem quandam rei inhaerentem, innatam, intime ei junctam; arctiusque etiâ de coloribus praecipue rebus insitis vitis que corpori inhaerentibus dicitur, ut اَحْمَرٌ *rubuit*, اَصْفَرٌ *flavuit*, اَسْوَدٌ *niger fuit*, اَبْيَضٌ *albuit*; اَعْوَجٌ *curvus f.*, اَعْوَرٌ *luscus f.*, اَعْجَمٌ *deformis f. ore*, اَحْوَلٌ *strabus f.* Reiske ad Taraf. p. 87, 5; rarissime notionis generalioris est, ut اَزْوَرَ *recessit* Sacyi chr. T. II. p. 159, v. 14. Sic cum stirpe

1) cf. gr. hebr. cr. p. 195-200 min. §. 180. In linguâ Arabum vulgari hic usus st. II pro st. IV prorsus invaluit; v. Erpen. praef. ad Pentat. ar.

2) ex his duobus exemplis vim privativam stirpi tribuunt grammatici arabes, v. Sacyi anth. p. 24 et p. 62 not., quae ipsi stirpi inesse nequit; cf. gr. hebr. cr. p. 200. Imo conf. دَاوَى st. III. *medari* (aegrotum tractare) ex دَرَى *aegrotare*.

haec proprietatem rei tantum ut durantem et innatam significet, si eam cum vi sese manifestare innuendum est, vocalis ante literam geminatam *produci* potest, ut أَصْفَرَّ *flavissimus f.*; in أَزْرَارٍ i. q. أَزْرٍ Kam. aliisque intensionis vis vix sentitur.

3) Secundae et tertiae repetitae rarissima sunt exempla, 174 ut omnino formae ejusmodi e sensu rudiori natae paulatim evanescent (§. 7); neque ejusmodi forma reperitur nisi syllabae geminatae asperitate per diphthongum in penultima pronunciandam mitigatâ¹⁾, st. XII. أَحْشَوْشٍ *asperrimus f.*, عَرِيْرٍ *nudus fecit* Ham. p. 42; أَحْدَدْتُ *circumdedit se, cinxit* Kam; أَخْلَوْتُ *admodum planum et laevem esse* Kam. Sac. anth. p. 139 et in not. p. 339, 4. 16. In his similibusque cum accentus in syllabam secundae rad. graviter inclinatur, prima vocali caret, ut §. 173.

Potestque notionis intentio vocali quoque intra radicem 175 productâ (§. 173) vel *au*, *avva* inserto formari, quae tamen rarissima est formatio, ut أَهْلَوْتُ st. XIII. *implicare se rei importune*; كَوَّثَرٌ *constipavit se* Monum. Schult. p. 24. *Expugn.* Memph. ed. Hamaker p. 145, 18. a كَثَّرٌ *multus f.*, quae forma rarior cum aliis quibusdam a grammaticis arabicis in ordinem illum §. 169 non est recepta, nullo certo consilio.

2 قَاتَرَ st. III. Quae vocali longâ insertâ formatur una 176 tantum stirps est, eaque frequenti usu suo Arabibus peculiaris magnoque linguae decori et utilitati. Vocalis à post primam radic. inserta, ut est omnino hic sonus activo denotando idoneus (§. 170), actionem exprimit eo consilio in rem directam, ut eam afficiat vel, si inimica est, vincat et superet (possit nobis dici *Tendenz-verbum*). Duo igitur stirpi

1) cf. gr. hebr. cr. p. 479.

insunt: alterum, notio actionis cujusdam, unde stirps haec activa a verbo derivata semper accusativo simpliciter jungitur; alterum, notio consilii actione hac rem tangendi, in alium agendi. Cui formae quae in nostris linguis respondeat nullam novi; in arabicâ magna conspicua est brevitatis ac perspicuitatis. Latissimique est usus; nam derivatur a verbis activis, sive relativis, ut a قَتَلَهُ interfecit eum: قَاتَلَهُ ita egit in eum ut eum interficere vellet, i. e. oppugnavit eum (bekämpfen), sive absolutis, ut a نَزَلَ descendit (ad urbem obsidendam) وَقَعَ cecidit, irruit; نَازَلَهَا obsedit eam (urbem), وَقَعَهُ adortus est eum; et a verbis intransitivis, ut a حَصَرَ angustus f., عَرَضَ adversus f.: حَاصِرُهُ obsidione cinxit eum, عَارَضَهُ aggressus eum est ut adversarium. Studium tantum nonnunquam et impetum stirpe hac significari e notione verborum singulorum patet, ut ex سَبَقَ praecessit: سَابَقَهُ praecedere eum annisus est; a جَرَى cucurrit جَارَاهُ cursu eum superare studuit Abulala ed. Vull. II, 6. 7. Eaque est hujus formationis vis, ut objectum, quod verbis sive intransitivis sive transitivis praepositionis interventu addendum est, sine eâ sibi subjungat, quo ipso magna oritur sermonis brevitatis perspicua et grata, ut كَاتَبَهُ scribendo eum petiit ex كَتَبَ إِلَيْهِ scripsit ad eum; قَاتَلَهُ verbis eum petiit; رَأَسَهُ misit ad eum ex أَرْسَلَهُ misit; سَابَرَهُ itineris eum socium fecit Koseg. chr. p. 142; جَالَسَهُ consedit juxta eum; صَاقَبَهُ incidit in eum; نَافَسَهُ invidit ei Sacyi chr. I. p. 123. Abulala II, 23 ex تَنَفَّسَ anhelavit; قَاسَاهُ toleravit eum ex قَسِيَ durus f., جَادَلَهُ disceptavit cum eo ex جَدِيدٌ firmus f. Sur. 40, 5. Et potest quidem alterum subungi objectum, ut

رَأَجَعَهُ الْحَدِيثَ iterum narravit ei historiam Freyt. chr. p. 29, ult. Henz. fr. p. 28. ex رَجَعَ rediit; sed plerumque hoc per praeupos. بـ aliamve jungitur; nonnunquam stirps haec e nomine derivata vel absolute ponitur, ut خَاطَرَ بِالْمَوَالِ periculum (خَطَرَ) subiit cum opibus, opes in periculum adduxit Koseg. chr. p. 95, penu.

3. Stirpes augmento radices praeposito formatae plures 177 sunt, eaeque in antiquo Semitarum sermone jam usitatae, Arabibus autem excultiores et constantiores factae.

1) أَقْتَلَ st. IV. أَ praepositum ¹) notionem facit agentis, efficiētis, verbumque format factivum s. causativum, ut ita loquar. Hinc e stirpe intransitivā verbum transitivum facit, ut أَحْزَنَ contristavit ex حَزَنَ tristis f.; e verbo transitivo autem derivatum actionem ponit ab alio effectam (trans. duplex), ut طَرَدَ propulit (suis manibus): أَطْرَدَ propellere iussit ²); quā in notione st. II. quidem huic similis vel par facta est (§. 172), sed ita, ut in multis radicibus St. haec proprie factiva sola in usu manserit, ut أَخْرَجَ exire fecit, أَرَى videre fecit, aut st. II. ad sensum diversum exprimendum destinata sit; ut أَعْلَمَ certiozem fecit; عَلَّمَ docuit, ubi st. II. bene ex origine studium intentius notat; in multis

1) quaedam singularia pro ا fortius ه habent, ut أَصْبَحَ هِبْمَنَ credidit et dixit Amen: هَرَأَقَ effudit (rad. رَبَقَ). Quae quia originem obliviscuntur ه in omni flexione servant, ut pass. هَرِيقَ, part. act. مَهْرِيْقَ, بَهْرِيْقَ Zohair M. v. 24. Sac. chr. 2. p. 147.

2) discrimen hoc sedulo notatum ab Haririo in Sac. anth. p. 60.

tamen utraque stirps jam sine discrimine usurpatur. Stirps simplex si relativa est seu objectum sibi subijcere potest, hae derivatae praeter hoc alterum ex vi factivâ s. causativâ sibi subijungere possunt, ut ^{فعل} أعلمت الرجل الأمر ^{فعل} feci virum scire rem. Ceterum ipsa efficiendi notio in singulis maxime varia cogitari potest, velut ^{فعل} كَذَّبَ أُمَّم mendacem, reum facere aliquem, ut talis habeatur, seu talem eum habere et ut alii habeant efficere, ut oppositum ^{فعل} صدَّقَ verum habere. In multis, praecipue quae a nominibus derivantur, nostrae linguae notionem factivam haud exprimunt, diversum scilicet res cogitandi et describendi modum sequentes, ut ^{فعل} أَرَبَّقَ de arbore folia faciente i. e. maturante, proferente ^{فعل} أَسْبَعَ de loco leones faciente i. e. proferente, nutriente, iis abundante; ^{فعل} أَسْنَى dentes agere, aetatem ferre, annosum esse; ^{فعل} أَبْلَغَ perfectum facere i. e. facunde loqui; ^{فعل} أَدْبَرَ retro facere i. e. retrogradi, ut contrarium ^{فعل} أَقْبَلَ procedere; imprimis verba quae actionem temporis puncto quodam factam notant, ut ^{فعل} أَصْبَحَ mane facit, egit, ^{فعل} أَمْسَى vespere egit, vespere (rem quandam agens) fuit; ^{فعل} لَيْلَةٌ مَظْلِمَةٌ nox obscura (pr. obscurum, tenebrans ferens) Koseg. chr. p. 60, 1. Unquam stirpem hanc intransitivum notare concedi nequit.

178

2) Stirpes reflexivae quae linguae sunt, ad passiva quoque denotanda transferri possunt. Nam omnino notiones hae sibi vicinae sunt, activae notioni oppositae; arctumque inter media et passiva nexum modumque quo passivum e medio prodeat, sanscrita lingua evidentissime monstrat. Et in semiticis quidem dialectis, quo incultiores sunt, inertiores

1) ut ipsum ^{فعل} لَيْلَةٌ de simili re; de multis v. bene disputantem Hari-
rium in Sec. chr. III. p. 196 sq.

vocaliumque mutationis et ubertatis minus capaces, eo plus externà hac reflexivi formatione ad passiva denotanda utuntur; at arabica, quae ingenti suà vocalium ubertate et volubilitate passiva perfectissima formavit (§. 190), rarius reflexivis sensum passivum tribuit. Inter haec

a) ^صاقتتل st. VII. frequentissime sensu passivo obvia est, ut 179 tamen saepe reflexivum etiam cogitari queat, ut ^صانشقت *rumpi* (fich spalten) aut ut actionem magis quam quis sibi inferri patitur cujusque ipse quodam modo particeps est, quam passivum merum notet, ut ^صانهزم *fugari se passus est*, fugit; ^صانقاد *duci se sivit, submitit se*, ^صانقدر *deceptus*, decipi se passus est. Nil minus licet quam a qualibet radice stirpem hanc sensu passivo promiscue deducere.

b) Sed quae *t* ab initio habent stirpes variae, rarissime 180 passivum notant, imo reflexivam notionem propriam fere sibi vindicant. Id signum usus latissimi et simplici stirpi et derivatis praeponitur:

1) ^صاقتتل st. VIII. reflexivum simplex stirpis I; insertum *t* dialecti reliquae non habent nisi e necessitate quadam (§. 125) si prima rad. sibilans est; sed in arabicà linguà insertio a tali, ut videtur, initio profecta ¹⁾ aequà lege invaluit usuque valet constante. Ut ^صاعترض *opposuit se a* ^صعرض *adversus f.*, ^صاستتر *occuluit se*, ^صاعتكر *obscurare se, obscurum fieri*, et de pluribus personis dictum aequè verbis activis derivatum, ut reciprocum fere nominari possit: ^صاقتتل الناس *pugnarunt inter se homines* Henz. fr. p. 63. Sur. 49, 9; ^صاحتصم *litigare inter se* Sur. 50, 26. Occasione datà stirps animum

1) nam insertionem ejusmodi, cujus praeterea nullum omnino exemplum, primitus non fuisse certum puto.

se rei tradentem ab eaque ductum notat, ut ^{أَتَمَّرَ} *obedivit* pr. imperari sibi sivit Taalibi c. 35; ^{أَسْتَمَعَ} *auditui se dedit, auscultavit* Sur. 46, 29, 47, 17. Sed praecipue notatu dignum est, stirpem hanc saepissime graeci medii instar actionem signare quam agens sibi facit, suam in rem, vel suo in corpore, ut ^{أَخْتَارَ} ^{أَجْتَبَى} *sibi eligere* Sur. 42, 13. ^{أَعْتَقَلَ} *ligare captivos sibi, ut eos abducant* Koseg. chr. p. 118, 11. 12. ^{أَعْرَضَ} ^{أَعْرَضَ} *evulsit paludamentum ab eo, ut sibi sumeret et retineret* p. 111, 10. cf. p. 69, 13; ^{أَفْتَحَ} ^{الْقَرْيَةَ} *aperuit (expugnavit) sibi urbem; أَوْزَادَ غَمًّا إِلَى غَمِّهِ* *auxit, (sibi addidit, concepit denuo) aegritudinem (ad aegritudinem) suam* Henz. fr. p. 14; ^{أَفْتَرَسَهُ} *dilaceravit eum (sibi, ut comederet i. e. devoravit), أَعْتَمَدَهُ* *praedatus est eum (suum in commodum, praedam suam faciens). Sic comparata stirps objectum simpliciter sibi subjungit; quod idem ex notionis cujusdam translatione et alibi licet, ut ^{أَعْتَدَهُ} *credidit id, pr. applicuit se; أَعْتَرَلَهُ* *reliquit eum, pr. segregavit se* Sur. 44, 21; ^{أَرْتَقَبَهُ} (ut etiam ^{أَرْتَقَبَهُ} §. 181) *observavit eum, pr. se extulit ad speculandum; فُتَخِرَّتِ الْمَدِينَةَ* *flumina dividunt se atque ita dividunt urbem* Ros. anal. III. p. 9, 15. In his aliisque mira elucet sermonis arabici et facilitas grata et perspicuitas concisa. Passiva notio rarissima, ut ^{أَخْتَرَقَ} ^{أَخْتَرَقَ} *dividi.**

181 2) ^{تَقَتَّلَ} st. V. primitus reflexivum est st. II; intensivae igitur significationis, quae haud raro integra servata est, ut ^{تَخَوَّقَ} *timere sibi continuo* Ham. p. 60¹⁾; dein intensivi

1) sic ipse Tebrizi explicat.

notio minus elucet ut nonnunquam parl quo st. VIII. (§. 180)

jure et notione veniat, ut تَفَرَّقَ النَّاسُ segregaverunt se homines; ita tamen plerumque ab hoc reflexivo simplice diversum, ut notionem factivam quae st. II. inest, reflexivam faciat, ut تَكْنِي nominare epitheto quodam, تَكْنِي se ita nomi-

nare; sequuntur alia, ut تَنَصَّرَ Christianum se fecit, تَهَوَّدَ Judaismum amplexus est; quam notionem, ut factivam (cf. §. 178), nonnunquam intentionem tantum facientis innuere

e re ipsâ sequitur, velut تَنَبَّأَ prophetam se fecit, se gessit, vel prae se tulit. Passivâ notione rarius ab eadem st. II. ut fonte suo derivatur, ut tamen magis conditio quae ex re factâ oritur quam passivum merum et distinctum significetur,

ut ex عَلَّمَ docuit: عَلِّمَ pass. doceri, تَعَلَّمَ doctum fieri, دَسَّعَ (1); ex بَيَّنَّ distinguere, declarare: تَبَيَّنَّ dilucidum, declaratum esse. Reflexivum hoc saepius de actione animi

internâ dicitur, ut تَأَلَّمَ condoluit Kos. chr. p. 64, 3. تَوَدَّ ingemuit, تَنَسَّمَ et تَنَفَّسَ anhelavit, desideravit (cum accua. Freyt. chr. p. 30); et ut st. VIII. de actione quam quis

sibi facit s. in rem suam, ut تَعَدَّدَ accinxit sibi gladium suum, تَنَكَّبَ in suos humeros tollere Fr. chr. p. 29;

تَأَخَذَ sumpsit sibi, suum in usum; تَبَيَّنَّ adoptavit filium Schult. Mon. p. 36. تَأَلَّفَ familiarem sibi eum fecit Henz.

fr. p. 60; تَبَدَّلَ mutare sibi, ut aliud quid eligatur Kos. chr. p. 56, 3. Nonnunquam stirps haec notionem simplicem intendere tantum videtur, sed ita ut studium, quo quis in rem quasi suam suaeque curae permissam agitur, intentius describat,

1) ita passivum hoc et reflexivum bene distinctum v. in Sac. anth. p. 32, 6.

ut تَطَلَّبَ et تَقْتَسِحُ *studiose quaerere* Henz. fr. p. 73; تَتَّبِعُ *persequi*; تَهْدِدُهُمْ *strenue comminatus est iis* Kos. chr. p. 120; 9 (cf. هَدَدَ Henz. p. 83). Quibus ex omnibus apparet, quanta sit hujus reflexivi cum accusativo simplice jungendi facilitas, quae in aliis praeterca singulis multis usu venit, ut تَقْدَمُ *praecedere (se promovere) aliquem*, تَقْبَلُ *recipere (pr. ante aliquem se conferre ut ex ejus manibus sumas) aliquid* Sur. 46, 16; تَوَيَّيْتُ *manumittere servum, pr. se patronum (ولي) facere alicui* Sac. chr. I. p. 121; تَوَيَّيْتُ *tradere deo vitam, de angelis mortis* Sur. 47, 27 pr. integram sibi sumere et tradere; تَغَشَّاهُ نُورٌ *lux (circumduxit se et) texit eum* Kos. chr. p. 64.

182 3) تَقَاتَلُوا st. VI. reflexivum st. III. (§. 176), *petere aliquid suam in rem* significat, admodum varie. Nam primum in plurali (vel duali, vel in sg. si de copiâ agitur) dicitur de iis qui sese invicem petunt, verbumque ita reciprocum format, ut ex قَاتَلَ voluit interficere, oppugnavit: تَقَاتَلُوا *oppugnarunt se invicem*; تَكَاتَبُوا *scripserunt unus ad alterum*, et manente solum sensu reciproci, etsi st. III. non est in usu, ut تَرَاءَوْا *respexerunt se invicem*, تَعَارَفُوا *cognorunt et amaverunt se invicem* Sur. 49, 13; تَوَاصَوْا *ex testamento sibi invicem reliquerunt* 51, 53; تَبَايَنُوا *distiterunt unus ab altero*; تَسَامَعُوا *audiverunt homines unus ab altero* Lemming spec. p. 20, 9. 33, 15; تَحَاكَمُوا *disceptare (judicium quaerere invicem)*. Affine est تَتَابَعُوا *invicem, continuo se sequi et excipere*, ut saepe stirpis haec actionem continuo se reciprocantem notat, ut جمع متزائد *multitudo*

continuo se augens Kos. chr. p. 88. ^{تَمَّيَّرَ} *continuo se inclinavit* p. 130. Deinde e verbis absolutis derivata de singulo quoque dicitur, ut modus quo se in alium gerat indicetur, ut ^{جَسَرَ} *audere: تَجَاسَرَ* *audaciam monstravit*, animosus fuit erga alium, ad eum aggrediendum; quae quidem *se erga alium gerendi* notio nonnunquam ad simulationem redire ex ipsa verborum quorundam significatione apparet; ut ^{تَمَارَّضَ} *aegrum se fecit* erga alium i. e. aegrum se simulavit, ut ab aliis haberetur; ^{تَضَاعَفَ} *debilem se simulavit*; ^{تَمَاتَ} *coecum prae se tulit*; ^{تَمَاتَ} *mortuum se simulavit*. Rarius simpliciter de actione reciproca dicitur, ut ^{تَرَاجَعَ} *ad se rediit*, convaluit; aut nisum notat (ex st. III.) in suum commodum, ut ^{تَنَافَى} *ad summum pervenire studuit*. Passiva notione rarissime venit, imprimis ex st. III. activa derivata, utque conditionem magis (ut st. V. §. 181) denotet quam passivum merum, ut ^{تَبَارَكَ} *benedictus sit! الله تعالى* *deus qui altus sit!* ^{تَنَاوَلَ} *sumsit, accepit* pr. donatus f., ex ^{تَوَلَّى} *donare* (largum esse in aliquem).

3) ^{أَسْتَقْتَلَ} st. X. reflexivi proprie est verbum factivum (§. 183 177) ¹) hacque ipsa vi nativa satis frequenter obvium est, ut ^{أَسْتَخْلَصَ} *potitus est*, pr. liberavit (^{خَلَّصَ}) sibi, ^{أَسْتَسَلَّمَ} *tradidit se ex* ^{أَسْلَمَ} *tradidit: أَسْتَوْحَشَ *contristavit se ex**

1) verissimum hoc tandem mihi constitit, it ut alias reflexivum notare, s vero esse fortius quam a st. IV. Nam pro ^{أَقْتَتَلَ} potuisse dici ^{أَقْتَتَلَ} notione haud diversa satis constat (v. gr. hebr. cr. p. 185), s autem in tali junctura melius et fortius sentitur quam أ. Ceterum notio haec in *aethiopicâ* lingua clarius etiam emicat.

أوحش *contristavit*; استلقى *proiecit se in stratum ex* التي
proiecit; dein latius usurpatur notione simili, quanquam a
 st. IV. haud derivata, ut استولى *potitus est pr. dominum se*
 fecit; استوزر *vizirum sibi fecit*, sumpsit, استخلف *successo-*
rem sibi fecit, elegit; استنقاد *duci se fecit*, sivit Sac. chr.
 III. p. 63. Atque ut ceterae stirpes reflexivae actionem in-
 nuit quam quis sibi facit, ut استرم *torquere sibi filium*,
 suum opus agere Kos. chr. p. 147; استمسك *firmiter tenuit*
suum, quae ipsius sunt (cf. discrimen inter IV et X Henz.
 fr. p. 47); استرجع *rediit ad suum*, ad id unde egressus
 erat, ad initium Sac. chr. III. p. 195; استدل *argumentum*
sibi duxit; استكفي *vitam conservavit* captivo, ut inde
 usus redundet Sur. 40, 26; يستكمل الحسن *plenam habet*
in se pulchritudinem poet. i. q. pulcherrimus est Kos. chr.
 p. 144, 7. In multis notio primitiva oblitterata videtur, facile
 ex origine agnoscenda; ut استقر *quievit* pr. in quietem se
 dedit, استقام *erectum se tenuit*, erectus stetit; استقبل
accepit rem cf. تقبل §. 181 et oppositum استدبر *recepit se*,
 retro iit. Sed duae imprimis significationes singulares ex
 summâ illâ fluxere satis frequentes: 1) *facere sibi* = habere
 sibi i. q. *putare*, ut استحل *sibi licitum facere* i. e. licitum
 habere, استكفر *difficile putare*, استوجب *necessarium pu-*
tare, استرخص *vile putare* Taalebi p. 38, 4; qui sensus
 stirpis e singulis, ut apta sunt, verbis elucet. 2) *sibi facere*,
parare de eo qui cupit ut sibi aliquid contingat, ut استسقي
potum sibi petiit, استطعم *cibum sibi petiit*, استغفر *veniam*
sibi petiit, استاذن *petiit ut aures sibi praeberet*, quae ut

alia (§. 180. 181) simpliciter cum accus. construuntur. Quam notionem qui primam vel solam posuerunt grammatici, graviter falsi sunt.

Expositas has verbi stirpes omnes plus minusve a se invi- 184
cem distare patet, ut quamvis una nonnunquam ad alteram proxime accedat eodemque sensu usurpetur, origine tamen et lege omnes probe distinguantur, et quasdam inter omnino nulla esse possit necessitudo. Monstratque discrimina examen verborum singulorum diligentius. Sed omnes pari jure sunt, ut quae stirpes unâ in radice usitatae sint, quae omnino formatae, e solâ singularum vocum notione pendeat. Unde omnes suo jure derivantur quoque, quâ in re maxima est linguae volubilitas. Ita stirpes plures reflexivae arctius quidem stirpibus suis primitivis nexae sunt, at possunt et per se derivari; et stirps ipsa simplex, si cui verbo notio tantum simplex manet, ex derivatis oriri potest; ut ^صأرتقب et ^بترقب quia tantum *observare* notant, origine §. 180 obliterated in st. I.

transire possunt ^برقب. Possuntque omnes, ne I quidem exceptâ, a nominibus derivari, quanquam verbales stirpes ex more nominalibus ortum dant.

Quae syllaba *ta* st. V. VI. praeposita est, eam ex ori- 185
gine satis apparet haud differre ab *'t*, *it* st. VIII. (cll. X). Notio non pendet nisi a sono *t*, qui quidem ab initio radicis vocali brevi aut postpositâ aut praepositâ pronunciaripoterat (§. 155. 161); praeposita vocalis quâ syllaba composita nascitur, potior visa est ante syllabas tres simplices, in st. VIII, ut ex simili causâ *in* in st. VII; postposita ante syllabam compositam vel longam st. V. VI. Possunt tamen et hae stirpes vocalem praepone, si una ex literis ذثظدتط et sibila, cujus in sonum *t* hoc resolvatur (§. 125. 132), a radicis initio est, velut VI. ^صأثاقل Sur. 9, 39.

2, 67. Estque haec pronunciatio brevior in Korano frequens ¹).

186 Litera *t* st. VIII. sono radicalis primae ut literae potiori congrua sit necesse est. Itaque ex literarum singularum natura supra §. 125 cl. 52 sqq. exposita, *ط* post *ظ* *ظ* in *ط* abit, post *ذ* et *ز* his respondens in *د*, ut *اظظلم* *ازظلم*, *اضظرب*, *اذظكر*, *ازظلف*. Quo modo si eadem literae concurrunt, semel eas scribendas esse ex §. 126 patet, ut *اطبع* *اذظلم*; similiterque prorsus *اتبع* ex *اتبع*. Literaeque *ث* *ذ* *ظ* *ط* levissima tantum soni dissimilitudine diversae in eundem haud raro sonum coalescunt, ut aut prioris aut alterius literae sonus maneat, velut *اذظكر* transire potest in *اذكر* v. *اذكر*. Literae quoque sibilanti nonnunquam sonum suum cedit coalescens muta, ut *اشبه*, *اسمع*, *ازلف*. — In st. X pro *استطاع* potuit, verbo frequentissimo, raro occurrit *اسطاع*, ut *t* in *ط* sequens absorptum sit, nec tamen ob syllabae arabicae rationem porro audiatur, Sur. 18, 96. et poetice Abulf. Ann. II. p. 494. Sacyi comm. in Har. p. 539.

187 Parique modo syllaba *in* st. VII. ob intimum horum stirpium incrementorum nexum sonum nasalem sequenti *م* assimilare potest, quanquam id satis rarum, ut *امكي* pro *امكي* ²). *N* autem cum *n* primâ radicali (ut *t* st. VIII. cum *t* pr. rad.) scribendo semper coalescere, ut *امس* *ab-*

1) praesertim contractio haec prona est post literam formae praepositam, ut imperf. *يتزكي* pro *يزكي* Sur. 80, 3. 7. 23, 70. 30, 43. part. *مطوع* obsequens Kos. chr. p. 112, 2.

2) cf. Not. et Extr. T. 9. p. 37. *امس* Kam. 2. p. 1269.

condidit se, ex §. 126 patet. Utque in radicum formatione literae n-r-l concurrere nequeunt (§. 150), ita verba a ر v. ل incipientia st. VII. evitant, cum st. VIII. ei facile possit substitui §. 179. 180.

Omnes intra has stirpes vocalium vicissitudo magna est¹⁸⁸ et constantissima ad notionem verbi *passivi* exprimendam; nam intransitiva notio non nisi in stirpe L. distinguitur ut proxima et significationis latissimae, cui oppositae ceterae aut per se jam intransitivae sunt notionis aut distinctius activae. Formantque stirpes omnes passivam pronunciationem unâ eademque ratione, modo passivo sensu dici queant. Nam praeter singula verba, quae passivo sensu e notione suâ dici nequeunt, st. IX. XI. quia intransitivum semper habent sensum, passivâ et notione et pronunciatione totae carent. Stirpes vero reflexivae rarius tantum passivae fieri possunt, si quae forte vox notionem adeptâ sit activi sensus, ut فَاخْتَلَفَ ^{فَاخْتَلَفَ} et *dissensum est* Sur. 41, 45 a اَخْتَلَفَ ^{اَخْتَلَفَ} dissentire pr. *diversum esse*, تَوَفَّى ^{تَوَفَّى} *mortuus* (deo traditus) *est* ex تَوَفَّى ^{تَوَفَّى} morti tradere Sur. 47, 27; اَعْتَمَدَ ^{اَعْتَمَدَ} *probatum est* ex اَعْتَمَدَ ^{اَعْتَمَدَ} *niti re*, *probare* rem Henz. fr. p. 40. Ipse autem passivi usus in arabismo multo est quam in hebraismo vulgatio et tritior; nam neutrum passivorum saepissime ita adhibetur, ut personae agentis mentio evitetur, velut قِيلَ ^{قِيلَ} *dicitur*, *dicunt*.

Vocalis autem per se proxima est *a*, quae quanquam in¹⁸⁹ omnibus stirpibus sibi constat, *activis* tamen potissimum denotandis inservit. Estque ea in omnibus quidem radicalibus قَاتَلَ ^{قَاتَلَ}, تَقَاتَلَ ^{تَقَاتَلَ}; sed ultimae radicalis *a* simul ex verbi modo pendet §. 220; primam insignit quidem *a*, neque tamen nisi ubi ea vocali praedita est §. 155; at *secundae* propria est et constans ꝛ hoc activi.

190 Ab hoc activo passivum duplici vocalis mutatione dīstīn-
guitur. Nam isti *a* secundae radicalis continuo *i* substituitur
praecedit autem ubique in syllabā antecedenti alterum pas-
sivi indicium *u*. Quae mutatio vel hanc habet vim, ut
st. III. VI. post primam radicalem in *ū* transeat. Quod
huic syllabae primam radicalem complectenti alia praecedit
u istud ut vocalis potissima in syllabā radice ipsā positum
ex §. 161 *b* hanc porro habet vim, ut in syllabam praevia
sonum suum propaget, ut تَقَاتَلٌ transit in تُقَاتِلُ. Cf. exem-
pla §. 234.

191 Stirpes verbi pluriliterae (cf. §. 163) oriuntur 1) et
augmento radicum, insertā vel postpositā literā praesertim
liquidā vel sibilante *r*, *n*, *s*, ut praeter §. 168 allata جَمَرَ
collegit cll. جَمَّ جَمَّ جَمَّ; دَحَرَ دَحَرَ دَحَرَ *volvit*; اَضْمَخَنَّ v. اَضْمَخَنَّ *dis-*
paruit Taalibi c. 43. زَحَلَفَ *rejecit* Sac. anth. p. 126, 3;
اقشعر *horruit*, horripilavit cf. شَعَرَ *capillus* Ham. p. 76. Mo-
tanabbi ed. Horst v. 11; اَثْبَجَرَ *tremuit* (plura v. in Sac
anth. p. 38, 2, 3); اَسْبَطَرَ *se extendit* Ham. p. 73 est سَبَطَ;
اَبْدَعَرَ *dispersus f.* Ham. p. 75 cll. بَدَرَ بَدَرَ i. q. زَحَلَ *de-*
fatigatus est; قَسَوَرَ *robustus f.* (قَسَوَرَ fortis vir, Kos. chr.
p. 76); porro inserto *n*: مَسْحَنَكَ *obscurus* Kos. chr. p.
60 (haec dici quoque potest stirps XIV. §. 169; cf. عَرَجَجَ
nom. pr. Ham. p. 71); اَمْحَنَطَرَ et اَمْحَنَطَرَ *extendit se* levi dis-
crimine; اَعْلَنْدِي *crassus f.* (st. XV.); *a* inserto: اَصْمَلَّ
durus f. Ham. p. 383, اَطْمَانَ (frequentius) *quietus f.*
2) ex radice brevissimā repetitā, ut quae naturae sonum
repetitum imitantur, primitus jam sic composita, qualia
بَخِخَ *dixit bah!* euge! بابَا *papavit*, غَرغَرَ *gargarizavit*

...
 ووسوس *susurravit*, et quae primitus significationem paulo intenderunt, sed quia rara facta sunt, a grammaticis ad quadrilitera referuntur (cf. §. 175): دَمَدَمَ Sur. 91, 15 *irruit a*
 زَلَزَلَ; *commovit*; تَكَكَا *congregare se* Sac. anth. p. 435, antep. 3) ex pluribus vocibus contracta, ut بِسَمَرٍ §. 163; et si quae ex nominibus longioribus vel peregrinis derivata sunt, ut مَذْهَبٍ *sectam (مَذْهَبٍ) secutus est* Abulf. Ann. IV. p. 256; مَنْطِقَةٍ *accinxit* مَنطِقَةً *cingulum*; بَرَهْنٍ *demonstrationem* بَرَهَانَ *fecit*; تَلْمِيذٍ *fecit* تَلْمِيذٍ *discipulum*, docuit; طَنْفَسٍ *prae* طَنْفَسَةٍ *f. (pr. vestes طَنْفَسَةٍ Kos. chr. p. 126 induit, dissimilavit)*; تَسَلُّطَانٍ *factus est* مَسْكِينٍ *pauper*; تَغَلُّطَانٍ *Sultanum se fecit, imperavit* Gen. 36, 32 Ar. Erp.; تَغَلُّطَانِيٍّ *philosophari*; e quibus plura aetatis sunt recentioris.

Hae radices trilaterarum normam, quantum licet, secun- 193
 turae stirpes derivatas pauciores habent; *t* praepositum et hic reflexivum notat; radix si intransitivo venit sensu, saepissime ultimam geminatam vel *n* insertum habet, quae ipsa pronuntiatio diductior conditionem et statum magis durantem exprimit (cf. §. 170); activa notio pronuntiatione levissimà, ut in تَتَلَّ, insignitur; facitque ultimae geminatio vel *n* insertum pronuntiationem ab initio rapidiorem ut prima radicalis *a* postpositam haud habeat §. 161. Ita differunt طَمَانٍ v. طَمَانٍ *quietum reddere* Kos. chr. p. 108, 1 ab اَطْمَانَ *quietum esse*; invenitur tamen pronuntiatio levior quoque sensu intransitivo, et شَمَعَلٍ et اَشْمَعَلٍ Ham. p. 384 *dissipari*. Ordo autem et numerus quadriliterarum a grammaticis et lexicographis stabilis hic est:

1. فَعَلَّ 2. تَفَعَّلَ 3. اَفْعَلَّلَ 4. اَفْعَلَّلَ.

II. De temporum et modorum personarumque ratione et formatione.

- 193 Tot hae et tam varie formatae verbi stirpes unam tantum habere possunt temporum et modorum personarumque formationem, ut Arabibus aequae ac ceteris populis ab origine *unam* tantum eandemque conjugationem fuisse videas.
- 194 Temporum modorumque, quae tum personarum indicium stirpi aut suffixis aut praepositis, tum vocalium intra ipsas formas varietate distinguuntur (§. 214. 234), in semitica lingua constat esse rationem et indolem a nostra lingua indo-germanica valde diversam. Quae cum primitus tria temporis quae cogitari possunt (praeteritum, futurum, praesens) modorumque discrimina et probe senserit et formas distinxerit perspicuis, semitica lingua intra duas substituit formas temporis modique discrimen universum tantum exprimentes. Ad quas accessere quidem in lingua exculiori et arabica potissimum dialecto variae tempora modosque accuratius distinguendi rationes, ut in toto sententiae nexu sensus eorum semper sit perspicuus et certus: at nunquam lingua eam quae linguam indo-germanicam nobilitat, perspicuitatem cum concinnitate conjunctam nacta est.
- 195 Duae hae formae ita differunt, ut altera rem *perfectam* eoque *certam*, altera *nondum perfectam* eoque *incertam* enunciet. Quae vis ad *temporis* diversi notationem hoc valet, ut forma prior tempus *perfectum* et absolutum, altera *imperfectum*, aut universe futurum aut coeptum tantum necdum absolutum sistat. Sed idem ad *modum* valet quo quid ponimus; quod enim haud perfectum, id incertum et conditioni subjectum est; quod perfectum id absolutum et certum. Unde formis his simul *indicativi* et *subjunctivi* inest notio neglectisque temporis intervallis diversis modi discrimine ponuntur. Quibus formis amplae admodum et vagae, quamquam se inter bene distinctae, significationis nostra lingua non habet quae respondeant. Quodsi eas *praeteritum* et

futurum nominares ¹⁾), nomina haberes notioni haud satis apta et ab usu praesertim arabico multum aliena. Unde eas *perfectum* et *imperfectum* nominare praestat. Quarum notio universe hic brevibus explicetur necesse est, ceteris in syntaxi explicandis.

1. *Perfecti* forma ex nostrâ linguâ judicata exprimit 196

1) *praeteritum* quod absolutum simpliciter et perfectum enunciatur; idque aoristum semper, cum tempora haec simplicia per se definita seu relativa non sint; *definitum* aliis modis notatur §. 199.

2) *praesens aoristum*, si de actione agitur certâ quae 197 nescio quo puncto jam incepit seque manifestavit, ut nunc etiam perdurare possit, ut de re singulâ facto totâ manifestatâ quam manere posse ex ipsius naturâ apparet, e. g.

قالوا ^{صلى الله عليه وسلم} *dixerunt* dicuntque اتفق المفسرون ^{صلى الله عليه وسلم} *consenserunt* (consentiuntque) *interpretes* Abulf. Ann. T. 2. p. 278; hinc in

proverbiis et comparisonibus frequenter, ut كم ترك الاول للاخر ^{صلى الله عليه وسلم} *quot relinquit prior alteri*, cf. alia Burda v. 116. 147.

Sacy chrest. I. p. 332. v. 6. ٣١٥, 2-5. Antar. v. 25. Amru v. 19. 86; porro de re quae momento jam inter loquendum praeterito tota facta vel cogitata est, aut facta certa

esse cogitanda est, ut انشدتك الله ^{صلى الله عليه وسلم} *obsecro te per deum* hocque ipso te obsecratum volo Abulf. A. T. 2. p. 66. Sur.

44, 20. قلت ^{صلى الله عليه وسلم} *dico, contendo* in scholiasticis et alibi; unde in pactis v. contractibus, qui rem futuram ut jam stabilitam describunt, hac formâ utuntur. Porro in verbis animi dispositionem

notantibus perfectam et diu manifestatam, ut احب ^{صلى الله عليه وسلم} *ἀγαπή*

1) quae nomina haud apta esse iudicavit jam ill. de Sacy; quantum aoristi nomen ab eo formae secundae inditum haud magis aptum est. Nam nomen hoc neque bene oppositum sibi aliud habet, neque usui et notioni formae convenit.

Hcs. 3, 1. Polygl. Abulf. A. T. I. p. 36. 58. شَيْتٌ volo p. 30.
 اشْتَهَيْتُ cupio, عَرِنٌ novit, عَلِمَ scit ex iis quae perspexit

p. 214. Locm. f. 5; غَضِبْتُ iratus sum, succenseo Exc. H.
 p. 526. similiter عَاشَ vitam servavit vivitque Abulf. A. T. 2
 p. 326.

- 128 3) *futurum nostrum*, si loquens rem futuram quasi jam factam et certissimam aut animo suo conspicit, aut alios jubet factae instar esse habendam, id quod in universum rarius fieri per se patet, ut Sur. 40, 75. 42, 12. 45, 33. 34. طَلَّقْتَ *dimissa es!* certo dimissa eris, ac si jam dimissa esses Tebrizi ad Ham. p. 72. Saepius autem hic usus venit duplici modo: 1) si cui bene maleve cupiunt, votum simpliciter ita enunciatur ut loquens se id factum certumque velle innuat, عَلِيٌّ رَضِيَ اللَّهُ بِهِ *Ali quem deus in gratiam recipiet!* uti factum volo; أَدَامَ اللَّهُ مَلِكَهُ *miserebitur ejus deus!* لَعْنَةُ اللَّهِ *perpetuabit deus regnum ejus!* لَعْنَةُ اللَّهِ *maledicet ei deus!* تَبَارَكَ اللَّهُ *benedictus deus!* Sur. 43, 84. et alia minus frequentia Abulf. A. T. I. p. 136. 138. 152. 162. Uylenbr. Irac. p. 26, 19. 36, 3. quanquam non opus est nomine divino adjuncto, ut فَدَّتْ نَفْسِي *redimet eum anima mea!* vitam meam pro eo deponam et depositam volo, Exc. H. p. 326. 566. Willmet obs. ad Antar. p. 119. 120. لَا عَدَمْتُ *nunquam carebis!* 'Taàlibi n. 25. Semperque talia ab initio sermonis inveniuntur ¹⁾, ut de sensu nunquam dubites. 2) si in tempore futuro describendo unam rem ut jam factam ponunt vel inceptam describunt, id quod praecipue post إِذَا *quando*

1) vide contrarium in Lemmingi spec. p. 7, 22.

usu est receptissimum, ut ^{سبَّاتِي أَيَّامًا إِذَا ارْتَفَعَ الْعَرِيسُ} *سبَّاتِي أَيَّامًا إِذَا ارْتَفَعَ الْعَرِيسُ* *venient dies cum sponsus sublatus fuerit* Marc. 2, 20. Sur. 77, 7 sqq. Amrui M. v. 81. Ubi quod nos *futuro exacto* exprimimus exactius et per se clarius, id Arabes per praeteritum dicunt in tempore, ut ex nexu patet, futuro cogitandum. Similiter post ^{مَا} *quamdiu*, ut ^{أَبِي مُقِيمٍ مَا أَتَانِ عَسِيبٌ} *أَبِي مُقِيمٍ مَا أَتَانِ عَسِيبٌ* *ego permanebo quamdiu Asib (mons) permanserit* vers. ap. Freyt. not. ad Caab p. 20. Borda v. 170 bis. Ham. p. 85. Cogitatur et hic res in tempore, quod innuit poeta, futuro perfecta.

Significatio temporis hujus tam late patens ut exactior fiat, 189

^{قَدْ} *قَدْ* ei praeponi potest. Notat particula haec actionem eo ipso quo loquimur aut aliud fuisse dicimus, tempore perfectam et in statu, quo perfecta est, eodem durantem. Atque ita tempus aoristum in *definitum* vertit, ut perf. simplex praeterito Graecorum aoristo (nostro imperfecto), cum ^{قَدْ} *positum*, praeterito *perfecto* Graecorum nostroque respondeat. Ita duplici in sermonis habitu locum habere potest: 1) in enunciatione singulà, si quis actionem eo ipso quo loquitur temporis puncto jam perfectam et in hoc statu manentem dicit; unde cum perfectum semper ratione temporis quo loquimur praesentis habità dicatur, *praesens perfectum* oritur. Ut si a) res utpote quae jam perfecta sit, tempori futuro opponitur: ^{قَدْ ذَكَرْنَا وِزَارَةَ خَالِدٍ وَنَذَكَّرُ هَاهُنَا وِزَارَةَ الْبَائِقِينَ} *قَدْ ذَكَرْنَا وِزَارَةَ خَالِدٍ وَنَذَكَّرُ هَاهُنَا وِزَارَةَ الْبَائِقِينَ* *jam memoravimus veziratum Chalidi et hic memorabimus veziratum reliquorum* Sacy chr. I. p. 12, 9 - 11 ed. 1. ^{قَدْ تَقَدَّمَ ذِكْرُهُ} *قَدْ تَقَدَّمَ ذِكْرُهُ* *jam praecessit mentio ejus* ideoque in futurum haud necessaria. b) si res hoc ipso momento perfecta et durans simpliciter dicitur, ut ^{قَدْ كَمِلَ الزَّمَانُ} *قَدْ كَمِلَ الزَّمَانُ* *πεπλήρωται* *ὁ καιρὸς* Marc. 1, 15; ^{قَدْ دَنَا الْحَصَادُ} *قَدْ دَنَا الْحَصَادُ* *παρίστηκεν ὁ θερισιμὸς*

4, 29. ^{وَوَضَعُ الشَّبَابَ} قَدْ وَخَطَهُ الشَّبَابَ *tinxit eum canities* Abulf. A. II. 230.
 94. 164. 200. قَدْ قَبِلَ *dictum est et dictum esse videmus nos*
 Sur. 41, 42. ^{وَنَحَلُوا} قَدْ كَثِيرَةً قَدْ نَحَلُوا *video vestigia*
pedum multorum qui ingressi sunt Locm. f. 6. قَدْ ذَبَحْتُ
mactavi mactatumque nunc habeo 5. Qualem actionem res
 ipsa saepe fert ante breve tempus inchoatam nunc durare, ut
 قَدْ مَاتَ *mortuus est in praesenti, modo mortuus est* Marc.
 5, 35. Abulf. A. II. 118. قَدْ قَرَأْتُ كِتَابَكَ *(modo) legi li-*
teras tuas dicit qui vix lectionem absolvit p. 86; aut ipsa
 declaratione jam factae instar et perfectae habendam esse, ut
 قَدْ وَجَّهْتُ ابْنَكَ *praeficio filium tuum* hocque ipso praefectum
 esse volo Sacy Chr. p. ۳۷, 10. 11. قَدْ غُفِرَتْ لَكَ خَطَايَاكَ *remissa tibi sunt peccata tua* Marc. 2, 5. Abulf. A. I. 82
 II. 164. c) si res quanquam jam perfecta et manifestata
 nunc tamen cum maxime durat, ut قَدْ أَرَادَ *voluit nuncque*
vult Lemmingi spec. p. 13, peh. قَدْ عَلِمْتُ *novi* Amru M. 40.
 94. Marc. 1, 24. Abulf. A. I. 130. 146. II. 356. 366; porro
 قَدْ حَكِيَ *narratum est narraturque* II. 176. 280. 304.
 قَدْ اِخْتَلَفَ *dissensum est et dissentiunt etiamnunc* 80. 308.
 310; قَدْ قَالَ *tradidit (auctor) traditque, dixit*
(auctor, cujus scripta exstant) dicitque. Ubi quanquam
 simpliciter perf. nonnunquam ponitur (§. 197), at قد non
 redundare, sed notionem vagam exactius describere pu-
 tandum est.

200 2) Si enunciatio hujusmodi rei factae narrationi intime
 annexa subjungitur, actio introducitur eo ipso, quo narra-
 tum quid accidit, temporis momento jam transacta et in hoc

permanens statu; habesque ita *perfectum* ejus quod jam narratum est, ratione habitâ *praeteritum*, cui nos formam peculiarem *plusquamperfecti* substituimus. Sic أخرجه *eduxit eum jamque occoecatus erat* Abulf. A. II. 48; *بكرُوا إلى القصرِ وقد نصب سيرير* *mature venerunt ad arcem jamque positus erat thronus* Sacy Chr. p. ٧٥, 10; *لما وصل ونظرة اذا قد استعد الاسد خطبا* *cum adveniret eumque conspiceret, ecce jam apparaverat leo lignum* Locm. f. 5. *رأي السموات قد انشقت والروح قد نزل عليه* *αἰδε σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὸ πνεῦμα κατάβαινον ἐπ' αὐτόν* Marc. 1, 10 unde Arabes in talibus momentum tantum quo res incepit (ut *descendendi*) praeteritum sistere posse apparet. Neque unquam perf. cum *قد* notionem hanc exprimere potest, nisi ubi res praeterita modo narrata est, cui alia praeterita, sed illâ eveniente jam praeterita prorsus et perfecta, subjungitur intime annexa.

Omnino plusquamperfecti forma peculiaris linguae primitivae deerat, quae praeteritum simplex ita posuit, ut actionem ejus actione prius jam narratâ priorem esse ex solo nexu sententiarum seu actionum naturâ et comparatione pateret. Unde *aoristus* hic nostri plusquamperfecti loco non poterat nisi in enunciationibus subjunctis poni¹⁾. Cujus usus antiquissimi hoo servatur in linguâ arabicâ vestigium, ut in enunciationibus relativis simplex aoristus (ut Graecis quoque) ponatur, ut *بلغ ذلك إبراهيم والمطلب الذي أخذ البيعة لإبراهيم* *perlatum hoc est ad Ibrahimum et al-Muthallib, qui juramentum exegerat Ibrahim* Abulf. A. II. 118; *عرض عليهم* *proposuit iis quae Mamun jusserat* 158.

1) cf. gr. hebr. cr. p. 543 sqq.

دَنَاھُمْ كَمَا دَانُوا *appendimus ipsis prout appenderant* Exc. H. p. 320; quo etiam pertinent enunciationes causales cum ^{قَدْ} *quia* etc. In his omnibus rarissime additur ^{قَدْ} Abulf. A. II. 146. 210. 352. Post temporis similiter particulas, ut ^{قَدْ} *cum*, ^{بَعْدَ} *posteaquam* aoristus actionem sequenti prae-
viam satis jam denotat, ut ^{لَمَّا} *fugit cum* ^{لَمَّا قَتَلَ اَهْلَ بَيْتِهِ} *occisi erant familiares* p. 62. ^{عَادُوا بَعْدَ اَنْ قَتَلَ مِنْهُمْ} *redierunt postquam occisi erant ex iis* (plures) p. 334.

202 Sed si plusquamperfectum liberius in enunciatione singulà aut nullà aut solà copulà و *et* intercedente aut ab initio sermonis per se est collocandum ¹⁾, nota quaedam externa ad aoristum accedat necesse est. Et in enunciatione quidem arctissimo nexu priori subjunctà ^{قَدْ} sufficit §. 200; si vero plusquamperfectum aut ab initio sermonis collocandum est aut sine omni nexu arctiori iis ad quae sese referat, narratis postponitur, ambiguitas quae in ^{قَدْ} perfectum et praesens et praeteritum notante esse potest, porro sic tollitur, ut ^{كَانَ} *fuit* personae verbi respondens praemittatur. Sic temporis *perfecti praeteriti* seu plqpf. forma peculiaris oritur, in quà illud ^{قَدْ} rarius omittitur. Ut ^{كُنْتُ قَدْ رَبَّيْتُ جَارِيَةً وَعَلَّمْتُهَا ثُمَّ اَهْدَيْتُهَا اِلَى الْفَصْلِ} *Educaveram puellam et docueram. Tunc duxi eam ad al-Fadlum.* Sacy chr. p. ۲۰, 9. Occupatur animus in actione et tempore *ducendi* ut potissimo dicendo; hinc quae antecesserant ad hoc relata per 'plqpf. rapide exponuntur. Contra sermonis iis quae jam narrata sunt tempore priora

1) id quod Hebraei nequeunt; quibus plqpf. omnino nondum formam et notionem habet distinctam.

repetentis hoc est: **مَاتَ الرَّشِيدُ وَكَانَ خَرَجَ لِحَارِبَةِ رَافِعٍ وَكَانَ هَذَا** *mortuus est ar-Raschid. Et exierat ad debellandum Rafeum. Exueratque hic obsequium etc.* Sacy chr. I. p. 11. Abulf. A. I. 134. Plura verba si eadem, quae primo plusquamperfecto posita est, temporis lineâ vel serie sequuntur, **كَانَ قَدْ** semel ab initio posuisse sat est; nonnunquam in longiori serie **قَدْ** repetitur Abulf. A. II. 368, 13-16. Si vero post plqpf. actio hanc quoque, quae modo in plusqpf. enunciata est, in temporis lineâ praecedens nominanda venit, plusqpf. nota repetatur necesse est ¹⁾. In enunciatione autem relativâ rarissime nota haec aoristo subjungi coepit, Abulf. A. II. 196 ult. Eichh. mon. p. 172, 12. Sacy chr. I. 30, 4.

2. Secunda forma, *imperfectum*, actionem imperfectam ²⁰³ aut futuram omnino aut nondum prorsus absolutam et perfectam denotat. E quâ notione simul actionis, quae evenire debet, incertae et conditionibus subjectae denotatio promanat. Quare ea latissimi ambitus est et praeter temporis denotationem modo simul *subjunctivo* multisque ejus varietatibus notandis inservit. Unde ipsa ejus forma pro diversis notionibus variâque quam in enunciatione tenere potest vi et positione multis modis variata est. Ut nominis terminatio pro diversâ juncturâ variata est §. 330 sqq., ita hujus formae simillime. Suntque in universum variationes *quinque*, quae tamen ad *tres* potissimas sibi que oppositas redeunt. Quarum duae priores formam aut per se stantem (quasi in casu recto) aut alii orationis membro subjectam (in casu obliquo) exhibent; unde illa forma vocali *æ* nominativi signo, haec *â* casus obliqui signo notatur. Quod discrimen cum totâ ca-

1) Sed pro **كَانَ قَدْ كَانَ** fuerat ponitur simpliciter **كَانَ** Abulf. A. II. 312, 13. 14. 324, 4.

suum distinctione Arabum sermoni subtiliori proprium est (§. 333). Liceat nobis formam priorem, quam Erp. *futurum*, de Sacy indicativum aoristi nominavit, *raf'atam* (i. e. u nominativi terminatam §. 78) seu *rectam*, alteram (Erp. fut. antitheticum) *naçbatam* (i. e. a casus obliqui term.) seu *obliquam* v. *subjunctivum* nominare; similia nomina Arabum grammatici praeiverunt.

- 204 1. Modus *raf'atus* denotat 1) actionem nondum perfectam, *futuram* simpliciter. Sed futurum etiam in enunciatione rei narratae locum habere potest, si res temporis praeteriti puncto *facienda* et *futura* subjungitur, ut أرسل ^{أرسل} *misit legatum, diceret, qui diceret, ut diceret.* Et sic haud futuram esse rem Arabes saepe simpliciter ponunt, ubi nos eam fieri haud *posse* exactius dicimus; quod enim haud fieri potest, nondum factum, ut الجاهل ^{الجاهل} *عدو لنفسه* *Stultus inimicus est sibimet ipsi; et quomodo erit (sit, esse possit) amicus alii?* cf. Borda v. 33. 50. Estque ejus et alibi usus necessarius pro latinorum *conjunctivo praeteriti* in enunciationibus subjunctis, ut ^{سيف} *تركه* *siverunt eum ut vellet* Wakid. Aeg. p. 30, ult. 95, 13. *ignoravit* كيف ^{كيف} *quomodo id faceret* Freyt. chr. p. 32.

- 205 Forma tamen haec cum praesenti temporis designando frequentius inserviat (§. 206), ad futurum simplex et absolutum dilucidius exprimendum vocula س ^س praefigi solet, ut سندكر ^{سندكر} *memorabimus, سكتب* ^{سكتب} *scribetur eorum testimonium et interrogabuntur* Sur. 43, 18. Est hoc س ^س decurtatum ex سون ^{سون} (سوف, سون) quod nonnunquam plene praefixum reperitur, ut Sur. 43, 42. 89 hebr. סוף *finis, futurum, in futurum.* Sic *temporis futuri* peculiaris oritur

forma, rara tamen nec nisi in singulo verbo usitata, ut si plura sequantur, primum tantum س praefixum habeat.

2) Deinde ex actionis haud perfectae notio promanat 206 inchoatae quidem, nec tamen perfectae, quae nunc cum maxime factitata ad finem et eventum properat. Hinc nostro praesenti etiam denotando forma inservit, adeoque hic ejus usus in Arabum linguà invaluit, ut praesentis denotatio peculiaris fere formae huic facta sit, ut ^ويقال ^وdicitur, ^وبروي traditur, ^ويسري proficiscitur. Sed imprimis tamen de actione dicitur, quae neque jam perfecta est vel cogitanda est (§. 197), neque in statu facile transeunte versatur qui participio denotatur, sed quae nondum prorsus perfecta est aut quae continua est denuoque semper repetita se manifestat.

Hac autem notione forma haec praesens praeteriti quo- 207 que denotat, seu actionem in temporis puncto praeterito praesentem. Quod dupliciter potest cogitari. 1) Aut enim actio quaedam in statu suo durans cum alià intime conjungi eique in enunciatione secundarià subnecti potest, ut ^ورأيت ^ووهو يموت vel ^ورأيت ^ويموت vidi eum dum moriebatur s. v. e. morientem ^ودخل ^وفي ^ودار ^وأبيه ^ووأمة ^وتنظر ^وأبيه intravit in domum patris sui et (dum) mater intuebatur ipsum s. matre intuente Abulf. A. II. 222. 2) Aut status in temporis praeteriti spatio per se ponitur, ut actio tempore quodam praeterito aut continua semper duransque, aut quod ad idem fere redit, continuo repetita cogitanda sit. Unde haec dicendi forma praesertim in populorum hominumve moribus, qui fuerint, institutis et indole describendis frequens. Poetis praeterea licet rem singulam praeteritam, quasi praesens adesset, hac formà describere, ut Exc. Ham. p. 368.

Praesens hoc praeteriti (seu quod vulgo nominant im- 208 perfectum) quo a praesente simplice §. 206 facilius distin-

suam distinctione Arabum sermoni subtiliori proprium est (§. 333). Liceat nobis formam priorem, quam Erp. *futurum*, de Sacy indicativum aoristi nominavit, *raf'atam* (i. e. *u* nominativi terminatam §. 78) seu *rectam*, alteram (Erp. fut. antitheticum) *naçbatam* (i. e. *a* casus obliqui term.) seu *obliquam* v. *subjunctivum* nominare; similia nomina Arabum grammatici praeiverunt.

- 204 1. Modus *raf'atus* denotat 1) actionem nondum perfectam, *futuram* simpliciter. Sed futurum etiam in enunciatione rei narratae locum habere potest, si res temporis praeteriti puncto *facienda* et *futura* subjungitur, ut *أرسد* *المسألة* *يقول* *رسولاً* *يقول* *misit legatum, diceret, qui diceret, ut diceret.* Et sic haud futuram esse rem Arabes saepe simpliciter ponunt, ubi nos eam fieri haud *posse* exactius dicimus; quod enim haud fieri potest, nondum factum, ut *لِجَاهِلٍ عَدُوٌّ لِنَفْسِهِ* *Stultus inimicus est sibi* *et quomodo erit (sit, esse possit) amicus alii?* cf. Borda v. 33. 50. Estque ejus et alibi usus necessarius pro latinorum *conjunctivo praeteriti* in enunciationibus subjunctis, ut *كَمَا بَرِبِدُ* *تركروا* *كَيْفَ بَصَنَعُ* *siverunt eum ut vellet* Wakid. Aeg. p. 30, ult. 95, 13. *ignoravit* *كَيْفَ بَصَنَعُ* *quomodo id faceret* Freyt. chr. p. 32.

- 205 Forma tamen haec cum praesenti tempori designando frequentius inserviat (§. 206), ad futurum simplex et absolutum dilucidius exprimendum vocula *س* praefigi solet, ut *سَنَذَكُرُ* *memorabimus, سَتَكْتُبُ* *شهادتكم* *وَيَسْأَلُونَ* *scribetur eorum testimonium et interrogabuntur* Sur. 43, 18. Est hoc *س* decurtatum ex *سَوَّ* (*سَوَّ*, *سَوَّ*) quod nonnunquam plene praefixum reperitur, ut Sur. 43, 42. 89 hebr. *סוף* *finis*, futurum, in futurum. Sic *temporis futuri* peculiaris oritur

forma, rara tamen nec nisi in singulo verbo usitata, ut si plura sequantur, primum tantum س praefixum habeat.

2) Deinde ex actionis haud perfectae notio promanat 206 inchoatae quidem, nec tamen perfectae, quae nunc cum maxime factitata ad finem et eventum properat. Hinc nostro praesenti etiam denotando forma inservit, adeoque hic ejus usus in Arabum linguà invaluit, ut praesentis denotatio peculiaris fere formae huic facta sit, ut ^{بَقَالَ} *dicitur*, ^{بُرِيَ} *trahitur*, ^{بَسْرِي} *proficiscitur*. Sed imprimis tamen de actione dicitur, quae neque jam perfecta est vel cogitanda est (§. 197), neque in statu facile transeunte versatur qui participio denotatur, sed quae nondum prorsus perfecta est aut quae continua est denuoque semper repetita se manifestat.

Hac autem notione forma haec *praesens praeteriti* quo- 207 que denotat, seu actionem in temporis puncto praeterito praesentem. Quod dupliciter potest cogitari. 1) Aut enim actio quaedam in statu suo durans cum alià intime conjungi eique in enunciatione secundarià subnecti potest, ut ^{رَأَيْتَهُ دُونَ وَهُوَ مَيِّتٌ} *vidi eum dum moriebatur s. v. e. morientem* ^{رَأَيْتَهُ مَيِّتٌ} *vel* ^{رَأَيْتَهُ وَهُوَ مَيِّتٌ} *intravit in domum patris sui et (dum) mater intuebatur ipsum s. matre intuente* Abulf. A. II. 222. 2) Aut status in temporis praeteriti spatio per se ponitur, ut actio tempore quodam praeterito aut continua semper *duransque*, aut quod ad idem fere redit, continuo *repetita* cogitanda sit. Unde haec dicendi forma praesertim in populorum hominumve moribus, qui fuerint, institutis et indole describendis frequens. Poetis praeterea licet rem singulam praeteritam, quasi praesens adesset, hac formà describere, ut Exc. Ham. p. 368.

Praesens hoc praeteriti (seu quod vulgo nominant *im-* 208 *perfectum*) quo a praesente simplice §. 206 facilius distin-

guatur, Arabes ¹⁾ verbum كَانَ (vel صَارَ) fuit praeponere possunt, quod alii etiam formae ad praeteritum distinguendum ratione simillimâ praepositum vidimus §. 202. Sed id ibi tantum praeponitur ubi maxime eo est opus. Nempe in enunciatione secundariâ intime narrationi rei praeteritae adjunctâ (§. 207, 1) nunquam ponitur; in aliis insertis brevioribus id saepius omitti quam poni solet, ut لَانَهُمْ يَقُولُونَ ^{لَانَهُمْ يَقُولُونَ} *oṭi ἔλεγον* Marc. 3, 30; أَحْضَرَ نَدَمَاءَ الَّذِينَ بَانَسَ بِهِمْ ^{أَحْضَرَ نَدَمَاءَ الَّذِينَ بَانَسَ بِهِمْ} *advocavit sodales suos, quibuscum familiariter vivebat* Sacy ch. p. ٣٤, 12. v. or. أُمُّ تَدْعَى قَبِيحَةَ ^{أُمُّ تَدْعَى قَبِيحَةَ} *mater ejus vocabatur Kabicha* Abulf. A. II. 224. 176. Eichh. mon. p. 170. 178. 194. eâdemque in juncturâ alias كَانَ بَدْعَى ^{كَانَ بَدْعَى} Sacy chr. p. ٥١, 8. Abulf. A. II. 110. 118. 244; alia multa obvia sunt, ut Not. et Extr. T. 8. p. 343, 10. Ab initio autem aut loco magis singulo si ponitur praesens praeteriti, aut si plura sunt describenda, e more est كَانَ praeponere, ut *aqua inundavit* بِحَيْثُ أَنَّهُمْ صَارُوا لَا يَقْدِرُونَ عَلَى الْوَصُولِ ^{بِحَيْثُ أَنَّهُمْ صَارُوا لَا يَقْدِرُونَ عَلَى الْوَصُولِ} *ut pervenire non possent* (per totum illud tempus longum) Lemmingi spec. p. 36, 5; كَانَ يَرْكَبُ فِي كُلِّ يَوْمٍ عِدَّةَ مَرَّاتٍ ^{كَانَ يَرْكَبُ فِي كُلِّ يَوْمٍ عِدَّةَ مَرَّاتٍ} *solebat equitare quovis die pluries* Sacy chr. p. ١٠٠, 10. quanquam haud prorsus desunt loci omissi كَانَ, ut Ibn Foçlan ap. Fraehn p. 12, 5. Lokman f. 35. Sur. 43, 7. 46 et apud poetas saepius. Quodsi plura verba sequuntur, semel ab initio sermonis كَانَ collocasse sufficit (cf. §. 202), ut integrae saepe paginae verbo كَانَ vix bis terve posito continuâ imperf. formâ simplici decurrant, ut كَانَ يَقُولُ لَدَى لَطْرَفِكَ ثُمَّ يَرْمِيهِ فَيَصِيبُ عَيْنَيْهِ ^{كَانَ يَقُولُ لَدَى لَطْرَفِكَ ثُمَّ يَرْمِيهِ فَيَصِيبُ عَيْنَيْهِ} *dicere solebat, in oculos tuos! tum jacere eum oculosque*

1) Hebraeis tale quid adhuc incognitum v. gr. hebr. p. 528. min. §. 473, 2.

ferire Sacy chr. ۳۱, 6. 7. ۳, 3-9. Abulf. A. I. 192, 1-12. Et si forte contingat, ut simul plusquamperfecti loco praetertum tale cogitandum sit (§. 202), non duo praefiguntur كَان (quod ingratum esset), sed e sententiarum nexu plusquamperfecti notio cogitanda relinquitur, ut Abulf. A. II. 48. 254. 266. 190. I. 168. 180. 204.

2. Modus *naçbatus* seu obliquus non habet locum nisi ita ut membro enunciationis certo *subjectus* sit ab eoque solo pendeat. Subjectus autem semper est particulae quae in universum latino *ut* respondet; ut sicut accusativus transitum et motum rei in rem exprimit, ita haec modi forma transitum actionis in rem agendam. Atque ita *subjunctivi* notionem prorsus habet forma haec, quae quâ et quam variâ ratione obvia sit, in syntaxi per singula est monstrandum.

3. Modus *g'ezmatus* (Erp. fut. apocopatum) forma est in fine contracta et decurtata, ex duplici quae formam decurtatam postulet causâ: 1) actio si tanquam e sensu loquentis necessario agenda pronuntiatur, *jussivus* oritur. Cujus haec est summa lex, ut forma a fine rapidius et brevius enuncietur, prout ipse jubentis animus commotior, sermo rapidior est. Possisque hanc formam decurtatam bene cum *vocativo* nominum §. 349 comparare. In enunciatione tamen simplici jussivus nativo suo sensu non adhibetur nisi ad *tertiam* personam, cum *secunda* (§. 212) et *prima* (§. 213) alios sequantur modos ipsis peculiare factos. Semperque jam *tertia* personae ج praefigitur ut Gallis *que*; ut *ليُفعل* *faciat!* Sed frequentissimus est ejus in enunciationibus conditionalibus usus omnibus personis communis. Subest enim hic, si quid ex hypothesis sumitur, revera jussivus quidam, quo quid esse seu cogitari et sumi jubetur, quamvis non sit, ut *loquatur!* *respondeam* i. e. fac eum loqui, tum respondebo; seu *si loquatur respondebo*. Sed de his infra enucleatius. 2) sem-

per post negativum **لَمَّا** vel quod multo frequentius, **لَمْ** ita ponitur, ut negatione absente perf. ejus loco ponendum sit, velut **لَمْ يَفْعَلْ** *non fecit*, cui oppositum **فَعَلَ** *fecit*; de quo usu miro et singulari paulo uberius disserendum. Est autem hic duplex spectandum, alterum cur imperfectum requiratur, alterum cur modus ejus g'ezmatus. Illud haud dubie ex ipsâ negationis hujus vi pendet. Est enim **لَمَّا**, unde **لَمْ** ob usum frequentissimum decurtatum est, negatio haud primitiva et simplex, sed ex **لَمَّا** rapidius vocali longâ pronuntiata orta videtur. Id latino *nondum* respondet, cum **لَمَّا** notare queat *dum*. Itaque cum particula rem *nondum factam* denotet, tempus *imperfectum* ponitur huic notioni consentaneum, ut hebr. post **פָּרַח**. Eaque notio *nondum* in **לَمْ** praecipue haud rara est ¹⁾. Sed deinde negatio haec simpliciter rem perfectam seu *factam esse negat*, ita ut praeteriti negatio facta sit, ceteris negationibus et simplicibus et compositis opposita; et in narrationibus quoque occurrat, nobis simplici *non* verbo praeterito juncto exprimendum. Sic negatio haec particula facta est huic verbi formae peculiaris semperque adhaerens, quae praeterea haud apparet, neque unquam sine imperf. proxime, nullâ aliâ voce mediâ, sequente dici potest. Quare ob nexum hunc praepositi **لَمْ** vique certâ pronuntiandi necessarium et perpetuum forma

1) ut **وَلَمَّا** et *nondum* i. e. priusquam Sac. anth. p. 457, 13. Ham. p. 384. In Korano **لَمَّا** saepius, ut Sur. 3, 14. 2. 49, 14 ubi ei **لَمْ** omnino par est. Serius juncturae quales **لَمْ يَكُنْ فَعَلَ أَذ** *non fecerat hoc quum* — i. e. priusquam hoc fecerat (Kos. chr. p. 114, 4), ubi semper vides **لَمْ** proximum tantum verbum sibi subjungere.

verbi in fine *brevius* pronunciatur, ut saepius ob augmentum ab initio accedens intime junctum graviusque ob vim suam pronunciandum finis vocis contrahitur ¹).

Ex jussivo majori etiam loquelae rapiditate ortus est ²¹¹ *imperativus*, ab initio scilicet vocis personae notâ abjectâ. Qui quidem non formatus est nisi in *secundâ* personâ, quam huic modo proximam esse multae demonstrant linguae. At ne sic quidem nisi ab initio sermonis, maximâ loquelae intensione, quae lex eo usque valet, ut post solam negationem non possit illa initii formae apocope locum habere, adeoque jussivus maneat, ut ^ص ^و ^{لا} ^{تَمَشْ} ^{مَرَحًا} *patiens esto neve incedas cum fastu* Sur. 31, 17. 18. Amru M. v. 1. Neque in *passivis*, utpote rarioribus formis, unquam formatus est Imperativus ex jussivo, quanquam in stirpibus reflexivis, si passivorum loco sunt, formationi nil obstat.

Jussivo et imperativo hinc derivato sonus *anna* vel *an* ²¹² suffigi potest, qui majorem vim et pondus sermoni addit, ut addito jurejurando ^{وَاللّٰهِ اَضْرِبْ} *per deum verbera quaeso!* ^{لَا تَضْرِبْ} *ne verbera quaeso!* porro optantis est, ^{لَيْتَكَ} *utinam redires!* In primâ personâ jussivus solitarius semper hac terminatione obvius est, ut ^{لَا فَعَلَنْ} *perfecto faciam!* ^{لَنْ قَتَلْنَهُ} *perfecto interficiemus eum!* habetque ita, nisi negatio praecedat, semper particulam asseverantis *ل* praepositam. Deinde ut jussivus in enunciatione conditionali obvius est (§. 210), ita forma haec paulo incitator et vehementior, praecipue in Korano, ut ^{لَيْسَ لِيْمَن سَأَلْتَهُمْ لِيَقُولِي} *sane si interrogaveris eos, perfecto dicent* Sur. 43, 86; et in

1) cf. de articulo praeposito §. 336; similiter ^{לִי מִן} ex ^{לִי מִן} v. gr. hebr. cr. p. 289.

enunciatione priori, ut $\text{أَوْ نُرِيكَ} - \text{أَمَّا نَذْهَبَنَّ بِكَ}$ — *sive auferamus te — sive videre te faciamus* 39. 40. Porro si quis rem futuram non auguratur tantum, sed vehementius necessario futuram dicit et quasi jubet, ut $\text{لَيُضِبَنَّ نَادِمِينَ}$ *sane poenitentes erunt!* ut volo (*sie sollen* —) Sur. 23, 42. 48, 27. Sac. anth. p. 126, 11. Potestque modus hic in interrogationibus poni, si de voluntate agitur, ut هَلْ تَذْهَبَنَّ *numquid abibis?* أَلَا تَنْزِلَنَّ *nonne descendes?* 1) nec non insertus enunciationi potiori poetice, ut $\text{عَاهَدْتَهُ لِبُؤَاقِنِّ}$ *pactus sum cum eo, eum concordem fore* Sac. anth. not. p. 193, ubi forma tamen vere voluntatem indicat ejus qui pactus est. Modus hic optime *emphaticus* perhiberi potest, ut Arabibus $\text{نُونُ التَّكَايُودِ}$ *Nun affirmationis.*

213 Ceterum ex his omnibus Arabes patet temporibus *compositis* saepius jam uti, ut lingua eorum verbi auxiliaris usu ingruente multum a vetere s. hebraicâ recedat. Idem vero, qui temporis progressu oritur, verbi substantivi كَانَ ad notationes temporum et modorum certius distinguendas addendi usus porro sic invaluit, ut 1) كَانَ imperf. ut *futuro* praepositur, quo res futura ut praeterita jam cogitetur, ut Latino-*rum* imperfecti et plusquamperfecti conjunctivo respondeat, e. c. كُنْتُ أَشْتَهِي *cuperem* Kos. ch. p. 118, 8; cf. Sac. anth. p. 65, 15. 123, 10. 157, 12. 14. Ham. p. 89. 2) يَكُونُ

1) poetice latius: $\text{لَيْتَ شِعْرِي مَا يَقُولَنَّ}$ *utinam scirem quid diceret*

Ham. p. 53; cf. ibi Tebrizi. Poetae formâ hac sonorâ e scholiastarum fide (v. schol. in Sac. anth. not. p. 469) ubi non necesse est pro simplice raf'-ata utuntur. Sed originem formae in *voluntate* notandâ esse, video nunc Zamakscharium quoque statuere, v. Sac. anth. p. 116. Cognatum fortasse est hebr. נָדָה.

perfecto praeponitur, quo res praeterita ut incerta sistatur et aliunde pendens, *conjunctivo perfecti* latino respondens, ut

أَنْكَرَ أَنْ يَكُونَ قَدِمًا *negat quod venerit* p. 164, 2. Mote-sabbi Horst p. 19, 2 *infr.* et saepius post أَنْ *quod*. Sed ejusmodi locutiones apud antiquiores haud ita frequentes sunt.

Personarum in his temporibus et modis distinctio eadem ²¹⁴ quae in pronomibus personalibus §. 165. Suntque ipsae earum notae ab his pronomibus personalibus derivatae, aut postpositae ad perf., aut quantum ejus fieri potuit praepositae ad imperf. distinguendum, utroque autem modo stirpibus tam intime annexae ut partim satis decurtatae et a pronomibus separatis diversae factae sint.

In hac personarum modorumque varietate proxima cen- ²¹⁵ senda est tertia ps. sg. msc.; stirpes enim tum nominum tum verborum per se actionem remve solam ponunt, externam et a loquente diversam, ut حَكِيمٌ *sapiens* (nomen) حَكِيمٌ *sapiens* (est). Quare ipsa stirps ad hanc personam perf. utpote proximi signandam sola mansit sine personae notâ suffixâ; ceterisque omnibus formis personarum notis diversis distinctis haec nullâ suffixâ satis erat perspicua ¹).

1. *Personarum perf.* notae cum stirpibus a fine coalue- ²¹⁶ runt. 1) tertiae ps. sg. msc. sine notâ: قَتَلَ; fem. at ex *āh* antiquiore ²) literâ finali fortiori factâ ortum; quae pronun- ciatio at quia perpetua erat et constans, ut semper *t* literâ suâ scriberetur effecit (contra *ā-* §. 285). Pl. msc. *u* وَاوًا (§. 83) ex *hum* decurtatum; f. *nā* ex *hunnā* §. 165. 2) se- cunda ps. sono *t* insignita est, quem qui sequuntur pro ge-

1) similiter in sanscritâ linguâ 1 ps. sg. fut. I. sine personae notâ mansit.

2) de cujus cum *ḡ* nexu v. gr. hebr. p. 265.

neris numerique diversitate soni diversi cum pron. pers. prorsus conspirant: sg. m. ^ت, f. ^ت ¹⁾; pl. m. ^{تم}, f. ^{تن}. 3) pri. ps. sg. ^ت, quod quâ ratione cum pron. cohaereat haud apparet. Sed *t* esse e multis secundae ps. formis huc tractum et *i* quod ex pron. *ani* restaret, in *â* transiisse (quo sine transitu haec ps. a 2 sg. f. haud foret distincta) dialectorum probat comparatio instituta ²⁾. Pl. *nd* ^{نا} ex *ndch-nâ*. 4) *duali* distinguendo et hic inservit *â*, quod in 3 ps. formis sglis subjicitur, in 2 ps. autem, cum sg. *ta* vocali eadem claudat, pluralis formae dilucidiori ut in ipso pron. sep.

217 2. *Personarum imperf.* notae ex oppositionis vi praefiguntur quidem stirpibus; sed cum ex lege formationis ab initio stirpium non possit bene nisi *una* litera simplex adjici, si forte haec litera, quae per se praecipuum sonum habet, generis numerique distinctioni haud sufficiat, horum notae in fine annectuntur. 1) tertiae ps. nota est *ja* seu ex origine, cum vocalis sequens a formâ pendeat, *i*, idque ex *u* pronominis *hu* ortum videtur. Sed quanquam in pl. idem *i*, *ja* servatum, in sg. fem. tamen *éi t* substitutum est, ex terminatione *at* personae perf. ejusdem repetitum. Cumque ita literae duae diversae *genus* tantum sg. distinguant, cetera *numeri* et *generis* denotatio eadem quae his ps. in perf. propria est, in fine adjecta est; pro *û* tamen m. hic plenior forma *inâ* servata est, ùn ex *hum* orto (ut in nomine §. 300). Quales quidem formae longiores in imperf. servantur ob formae curtatae §. 212 discrimen et oppositionem ³⁾. Sic oriuntur formae: m. ^{يقتل} pl. ^{يقتلون}; f. ^{تقتل} pl. ^{تقتلن}. 2) sec. ps. in

1) in scriptura vulgari ^ت, haud dubie ex vocali ipsâ productâ v. Hamaker ad Wak. Aeg. p. 98. 137. De ^{تم} pro ^{تو} v. §. 165.

2) cf. gr. hebr. p. 267.

3) in sermone autem vulgari discriminis hujus incurio pro *inâ*, *inâ* simplicius adsunt *û*, *f*.

universum notatur *t* praeposito, eaque forma sufficit ad *m.* sg. signandum; cetera generis numerique denotatio in fine accedit. Quae quidem in pl. eadem est quae 3 ps. pl.; f. autem sg. *inā* adsciscit, ad *i* ex pron. *anti* ortum *na* accedente ex formarum *inā* similitudine. Igitur ^{تقتل}, f. ^{تقتلين}, pl. m. ^{تقتلون} f. ^{تقتلن}. 3) pr. ps. singulari notandae inseruit *a* ex pron. *ana*; pl. *n* ex *nāchnu*, ut numero diversis praefixis distincto terminatione quadam haud sit opus. 4) dualis terminatio hic quoque non simplex est à, sed plenior *daī* terminationibus *inā*, *inā* respondens; eaque formis singularibus subjecta satis hunc numerum distinguit.

Omnibus collatis personarum notas in utrāque formā ita 218 esse distinctas patet, ut sola 3 sg. f. imperf. a 2 sg. m. (et + dualis personae hinc derivatae) sono haud differat; videturque fem. 3 sg., cum primitus una forma ^{يقتل} in sg. sola adesset, paullo serius ita esse distincta, ut *t* ex *at* ejusdem personae perf. derivatum sibi praefigeret. Agnoscendum hinc, paulatim formam linguae ortam esse; nam primitus personas has duas diversissimas non ejusdem fuisse soni certum esse puto.

Radix cum ex origine radicalem ultimam sine vocali 219 habeat (§. 162), ex suffixis quae vocali ordiuntur sine difficultate annectuntur, ut ^{قتلت}, ^{يقتلون}; quaeque a consonante, ultimam radicalem ex eadem priscā radicem formā vocali carentem servarunt (de quā formae lege cf. §. 162), ut ^{قتلت}, ^{يقتلين}. Praefixa autem tam intime cum stirpibus coalnere, ut radicalis prima, si solitaria est neque cum literā sequenti in syllabā compositā cohaerens, (id quod per se non nisi in st. I. evenit) semper cum praefixi vocali in unam syllabam redacta sit, ut ^{يقتل}. Ob quem nexum arctissimum à stirps a vocali orditur solā pronunciationis arabicae causā adscitā et brevissimā (§. 161), semper vocalis haec post prae

fixi vocalem neque locum tenet neque cur compareat causam habet, ut ^وبقتل^و ex ^واقتل^و. Vocalis autem *a'* stirpis IV. primitiva et firmior et ipsa post vocalem praefixi intime juncti semper *eliditur*, ut ^وبقتل^و ex ^وباقتل^و.

220 Radicalis ultima formam finiens ex lege perpetuâ §. 162 vocalem nacta est brevem, quae in perf. quidem proxima est *a*, ut ^وقتل^و, ^واقتل^و, in imperf. autem pro ratione §. 203 sqq. dictâ ita variat, ut modus rectus (s. raf-'atus) sono *ā* insignitus sit, velut ^وبقتل^و, ^ونقتل^و.

221 Modus contra obliquus (s. naçbatus) hujus *u* loco semper habet *a*, ut ^وبقتل^و, ^ونقتل^و; cumque personae imperf. et proximae et multae ipsâ radicali ultimâ terminentur, hoc *a* primum et potissimum formae hujus insigne censendum est. Personae autem vocali longâ unâ cum sono nasali radici suffixâ terminatae sonum hunc nasalem amittunt, ut vocalis manens longa personas satis tamen distinguat. Qualis forma contractior voci in sermonis nexu semper alii subjunctae et ab aliâ pendentem bene convenit ¹). Personis denique duabus syllabâ *nā* terminatis, quâ se distinguere possint, nulla est ratio.

222 Modus decurtatus s. *g'ezmatus* pronunciationem quae ipsi peculiaris est rapidiorem duabus notare potest rationibus: 1) personae radicali ultimâ terminatae vocalem, quae ex lege summâ §. 162 ultimam radicalem comitatur, brevem amittunt, ut ^وبقتل^و, e quâ ipsâ formatione modus hic *g'ezmatus* dicitur. 2) personae syllabis una, ina, ani terminatae sonum nasalem amittunt ut in modo naçbato §. 221. At personae duae solâ syllabâ *na* terminatae, cum syllaba haec

1) nam forma per se stans plenior est et gravior naturâ suâ, unde in linguâ sanscritâ discrimen inter nominativum *râdschdnas* et accusativum *râdschnas* fuit.

sola sit personae pl. nota, neque formae ^{يقتلن} finis ullo modo possit brevius pronunciari (§. 39), non habent quo modum distinguant.

Ab hujus modi g'ezmati personâ secundâ imperativus sic 223 formatur, ut a vocis initio personae nota *t* cum vocali suâ avellatur. Quae formatio nullâ premitur difficultate si praefixum sine ullo nexu arctiori in syll. simplici est, ut in st. II. III: ^{تقتل}, ^{تقتلن} ex ^{تقتل}, ^{تقتلن} pl. ^{تقتلوا} ex ^{تقتلوا}. Vocalis post praefixi vocalem aut non necessaria aut elisa (§. 219) jam redit, ut VII. ^{اتقتل}, IV. ^{اقتل}. In St. autem I. quae ex praefixo omissa difficultas pronunciationis haud levis oritur, ea ex lege §. 161 ita tollitur, ut consonanti a vocis initio vocalis brevissima praemittatur. Quae proxima quidem est *i*, semper manens ubi in secundâ rad. *i* vel *a* est, ut ^{أضرب}, ^{أضرب}; ubi vero *u*, haec est ejus natura (§. 156. 162), ut *u* sibi praemittat, ut ^{اقتل}. Vocalis potior et quae tono insignita formaeque vi gravior sit, sola vocalis est mediae radicalis, ut ea totam vocem regat: ^{اقتل}, ^{يدرب}.

Modi emphatici terminatio *anna* personis jussivi et imperativi suffigitur. Igitur in personis ultimâ radicali terminatis nulla est difficultas; sed 1) vocali *u* v. *i* terminatis suffixa integra manere nequit; vocalium enim concursus hic ita tollitur, ut post *u* v. *i* longissimum et necessarium *a* inimicum elidatur ¹⁾, vocalis autem manens tum ob §. 39 necessario corripitur, ut ^{يقتلن}, ^{تقتلن}. 2) at vocalis *a* cum terminatione *du*. à lege in unum à diffluit, post quod ex §. 40 geminatio consonantis sequentis audiri potest; sequens tamen *a* post *à* ex §. 156 in *i* abiit: ^{يقتلن}. Similiter pro-

1) cf. hebr. קטלם ex *k'tatù-am*.

sus *anna* cum terminatione *nā* f. pl. coalescit longo à orto:

بقتلنā

225 Brevior juxta hanc forma usitata est, quae *an* simplex pro *anna* effert, poetis praecipue ob prosodiam trita et in Korano ¹⁾ frequens; difficilior tamen et poetis tantum usitata ante pronomina suffixa. Ea ex personis ante ^ن vocalem brevem habentibus facillime formatur; sed ex ceteris haud derivatur, cum vocalis quae tum ortura esset correptio remotior sit et vel dualem simul cum sg. confunderet.

226 Arabum grammatici formam priorem ^{ثَقِيلَةً} *gravem*, breviorē ^{خَفِيفَةً} *levem* nominant; significatione vero utraque forma nihil omnino differt. Singulas utriusque personas v. §. 234.

227 Sed non his tantum personarum notis (quali tert. sg. m. perf. caret) tempora duo invicem distinguuntur; sed pronuntiatio etiam intra ipsas stirpes diversa distinctioni subtiliori succurrit. Nam ab eā, quam stirpibus et activis et passivis et intransitivis supra §. 169sq. 189sq. esse diximus, pronuntiatione primitivā imperf. quo se distinguat varie recessit, novam formaeque suae aptam adsciscens pronuntiationem.

228 1. In *activis* imperf. post praefixum intime cum stirpe junctum *a* tenet vocalem et proximam et hic passivo *u* in eodem situ (§. 231) oppositam, ut ^{يَسْتَقْبِلُ} ^{يَقْبَلُ}. In st. tamen II. III. IV. hoc *a* in *u* (ex §. 72) transiit, id quod in IV. haud dubie ita evenit, ne IV. cum I. confunderetur, ^ع characterico eliso (§. 219); quae ratio inde maximam

1) ubi nonnunquam ^ا scriptum est pro ^ن, ex confusione cum terminatione accusativi sg. §. 337, ut ^{لَنَسْتَعِينَا} Sur. 96, 15.

habet veri speciem quod in Imperativo ^{عَاتِبُ} ^{تَبِّ} causâ hac cessante illud *u* vocali primitivae non est substitutum. In II. et III. id usu invaluisse videtur, ne formae ^{تَقَاتِبُ}, ^{تَقَاتِبِي} cum V. et VI. confunderentur, quibus ab initio sunt simillimae. Harum autem normam sequuntur quadriliterarum stirpes similiter adornatae, ut ^{اصمائل} imperf. ^{يصمئل} Ham. p. 383.

Sed propria et praecipua vocalis variandae, ut semper, 229 sedes et hic post secundam radicalem mediâ in radice est. Ubi vocali *a* substituunt *i* stirpes praeter I. omnes unâ lege, nisi quod IX. XI, utpote rariores et passivi ignarae, et V. VI. ad has proxime accedentes vocalis mutationem ignorant. In st. I. autem ob prononciationem intransitivam accedentem alia est lex. Nam haec *i* intransitivum in *a* transire jubet, *a* activum in *u*, *u* autem intransitivum manere, ut ^{بَكَّتَبُ} - ^{كَتَبَ}; ^{بِحَسَبِ} - ^{حَسِبَ}; ^{بِحَسَنِ} - ^{حَسَنَ}, de quarum vocalium ratione ea monenda redeunt quae supra §. 170 sq. de vocalibus perf. explicuimus. Scilicet quanquam vocalium discrimen universum sibi constat, haud tamen mirandum, quod nonnunquam et *u* et *a* invenitur, aut vocalis intransitiva in alterutrâ tantum formâ usitata facta est, ut ^{بِقَبَلُ} - ^{قَبَلَ} *prope esse* ¹).

Sed illud in hac imperf. st. I. formatione Arabibus pecu- 230 liare memoratuque est dignissimum, quod has inter vocales etiam *i* locum habet, eâdem scilicet vocali, quae ceteras st. distinguit, in I. st. ingruente. Idque satis frequens nullo activae et intransitivae notionis discrimine, ut ^{بِصَبْرٍ} *patien-*

1) bene hoc ostendit in exemplo ^{بِرَكْنٍ} (^{رَكْنٍ}) ^{بِرَكْنٍ} (^{رَكْنٍ}) *niti*

Tebrizi ad Ham. p. 60.

tem esse, ^{حَمَلٌ} portare, ^{بِكشِفٌ} aperire, ^{حَبْسٌ} continere,
^{ضَرْبٌ} ferire, ^{نَزَلٌ} descendere a ^{صَبْرٌ}, ^{حَدٌ}, ^{كَشَفٌ}, ^{حَبَسَ},

^{ضَرَبَ}, ^{نَزَلَ}, ubi plerumque tamen perf. *a* tenere animadver-
 tas; nonnunquam adhuc *u* juxta *i* in usu est, ut ^{جَلَبٌ}

trahere a ^{جَلَبَ}. Praetereaue forma haec vestigia servat
 vocalis *a* ob gutturalem sive secundam sive tertiam radicalem

vocali *u* substitutae §. 47, ut ^{بَسَّالٌ} rogare, ^{بَقَّهْرٌ} vincere,

^{بَعَدٌ} numerare, ^{بَعَلٌ} facere, ^{بَرَايٌ} videre, ^{بَقَّعٌ} secare a

verbis activae in perf. pronunciationis; ad quae gutturalia

nonnunquam et *r* accedit. Quanquam plura jam verba voca-

lem mutari haud sinunt (§. 47), praesertim si quae guttura-

lis e fortioribus est, ut ^{بَأَخَذٌ}, ^{بَبَلَّغٌ}, ^{بَبَرَّجٌ}, ^{بَبَرَّوٌ}; invenias

et utrumque simul, ut ^{بَبَشَّعٌ}. Quas varias ob causas tem-

poris hujus formatio admodum est anceps eque singulo usu

plerumque discenda; etsi enim et hic leges sint certae, hae

tamen varii usus sunt. Suntque in univsum sex usus genera:

1) *a*-*u*; 2) *a*-*i*; 3) *a*-*a*; 4) *i*-*a*; 5) *u*-*u*; 6) *i*-*i* raro.

231 2. *Passiva* duarum iterum vocalium mutatione distin-
 guuntur hic constantissimâ. Ab initio enim *u* pronunciatur,
 quam post vocalem in syllabâ constanti et firmâ ¹⁾ positam
 syllabae ad mediam radicalem usque sequentes aut una aut
 duae non *u* habent perfecti, sed *a* proximum ut in perf.
 activorum. Secunda autem radicalis vocali *i* perfecti substi-
 tuit *a*. Quâ duplici mutatione omnes omnino syllabae di-
 stinctae sunt.

232 Totâque hac vocalium mutatione constanti omnes omnino
 verbi formae tam diligenter sunt distinctae, ut sola imperf.

1) secus atque *u* in primis syllabis ^{وَبَرَّوٌ} ^{وَبَرَّجٌ} ^{وَبَبَلَّغٌ} §. 161.

st. IV. forma pass. ^وبَقْتُلُ cum eadem st. I. ob elisionem §. 219 descriptam confusa sit, eque solo sensu dignoscenda.

Quodsi duplex ت a formae initio concurret (in personis 233 imperf. st. V. VI. act. a ت incipientibus), alterum ex linguae indole §. 132 omitti potest, ut تَكْتُبُ, تَكَاتِبُ pro تَكْتُبُ, تَكْتُبُ, ut Sur. 45, 23. 50, 45. Quae formae tamen ob diversam initii vocalem nunquam cum imperf. st. II. III. confundi possunt, nec bene vocalium discrimine perfecto cum perf. st. V. VI, nisi forte aut forma naçbata adsit تَكْتُبُ, quae tamen e nexu sermonis facile intelligitur (Fr. Ham. p. 71), aut ultima radicalis و v. ي vocalem suam brevem amiserit §. 102.

Jamque perspicuam factam, si a st. IX. XI. ad normam 234 verborum مَدَّ, مَادَّ (v. infra) flectendis recesseris, totam verbi flexionem sanam (regularem) sequens conspectus exhibebit, in quo tamen st. I. tantum personae omnes conspiciuntur, cum in ceteris personarum flexio eadem sit; et ex passivo modus tantum raf'-atus.

St. I. act.

Imperfecti.				Perf.	
f. emphatica.	f. g'ezmata.	f. naçbata.	f. raf'-ata.		
بُكْتُبُ	بُكْتُبُ	بُكْتُبُ	بُكْتُبُ	كَتَبَ	sg. 3 m.
تُكْتُبُ	تُكْتُبُ	تُكْتُبُ	تُكْتُبُ	كَتَبْتَ	— f.
تُكْتُبُ	تُكْتُبُ	تُكْتُبُ	تُكْتُبُ	كَتَبْتُمْ	2 m.
تُكْتُبُ	تُكْتُبُ	تُكْتُبُ	تُكْتُبُ	كَتَبْتُمْ	— f.
اُكْتُبُ	اُكْتُبُ	اُكْتُبُ	اُكْتُبُ	كَتَبْتُ	1.

1) ex ثَبَّتَ, ثَبَّتَ, ثَبَّتَ, ثَبَّتَ etc. per omnem pers. sec. Ex لَبِثَ, رَبَطَ, رَبَطَ, رَبَطَ, رَبَطَ etc.

St. I. act.

Imperfecti.				Perf.	
f. emphatica.	f. g'ezmata.	f. naçbata.	f. raf-'ata.		
بُكْتُبَانِ	بُكْتُبَا	بُكْتُبَا	بُكْتُبَانِ	كُتِبَا	du. 3 m.
تُكْتُبَانِ	تُكْتُبَا	تُكْتُبَا	تُكْتُبَانِ	كُتِبْتَا	— f.
تُكْتُبَانِ	تُكْتُبَا	تُكْتُبَا	تُكْتُبَانِ	كُتِبْتُمَا	2
بُكْتُبِينَ	بُكْتُبُوا	بُكْتُبُوا	بُكْتُبُونَ	كُتِبُوا	pl. 3 m.
بُكْتُبَانِ	—	—	بُكْتُبِينَ	كُتِبِينَ ¹⁾	— f.
تُكْتُبِينَ	تُكْتُبُوا	تُكْتُبُوا	تُكْتُبُونَ	كُتِبْتُمْ	2 m.
تُكْتُبَانِ	—	—	تُكْتُبِينَ	كُتِبْتِينَ	— f.
نُكْتُبِينَ	نُكْتُبُوا	نُكْتُبُوا	نُكْتُبُونَ	كُتِبْنَا ¹⁾	1.

St. I. pass.

seu	Imperat.			
بُكْتُبِينَ	اُكْتُبْ	sg. m.	يُكْتُبُ	كُتِبَ sg. 3 m.
تُكْتُبِينَ	اُكْتُبِي	— f.	تُكْتُبُ	كُتِبَتْ — f.
تُكْتُبِينَ	اُكْتُبَا	du.	تُكْتُبُ	كُتِبْتُمْ 2 m.
تُكْتُبِينَ	اُكْتُبُوا	pl. m.	تُكْتُبُونَ	كُتِبْتُمْ — f.
اُكْتُبِينَ	اُكْتُبِي	— f.	اُكْتُبُ	كُتِبَ 1.
	emphat.		يُكْتُبَانِ	كُتِبَا du. 3 m.
	اُكْتُبِينَ	sg. m.	تُكْتُبَانِ	كُتِبْتَا — f.

1) ex اَمِنَا، اَمِنَ : اَمِنَ.

	Imperat.	St. I. pass.		
seu	seu	تَكْتَبَانِ	كُتِبْتُمَا	2.
تَكْتَبِينَ	اَكْتُبِيْنَ	تَكْتَبُونَ	كُتِبُوا	pl. 3 m.
etc. ut in	mod. emphat.	تَكْتَبِينَ	كُتِبِينَ	— f.
تَكْتَبِينَ		تَكْتَبُونَ	كُتِبْتُمْ	2 m.
		تَكْتَبِينَ	كُتِبِينَ	— f.
نَكْتَبِينَ		نَكْتُبْ	كُتِبْنَا	1.

Stirpes reliquae.

pass.		act.			
imperf.	perf.	imper.	imperf.	perf.	
يَقْبَلُ	قَبِلَ	قَبِلْ	يَقْبَلُ	قَبِلَ	2. trans
يَقْبَلُونَ	قَبِلُوا	قَابِلْ	يَقْبَلُونَ	قَابِلَ	3. recipr.
يَقْبَلُونَ	اَقْبَلُوا	اَقْبِلْ	يَقْبَلُونَ	اَقْبَلُوا	4. trans
يَقْبَلُونَ	تَقَبَّلُوا	تَقَبَّلْ	يَقْبَلُونَ	تَقَبَّلُوا	5. a. p.
يَقْبَلُونَ	تَعَوَّلُوا	تَعَاوَلْ	يَقْبَلُونَ	تَعَاوَلُوا	6. recipr.
يَقْبَلُونَ	اَنْقَبَلُوا	اَنْقَبِلْ	يَقْبَلُونَ	اَنْقَبَلُوا	7. 1) a. p.
يَقْبَلُونَ	اَقْتَبَلُوا	اَقْتَبِلْ	يَقْبَلُونَ	اَقْتَبَلُوا	8. a. p.
		اَقْبَلْ	يَقْبَلُونَ	اَقْبَلُوا	9.

1) hanc normam sequuntur st. XII. XIII. et ceterae rariores; nec non quadrilitera III; ut quadr. IV. normam st. IX.

Stirpes reliquae.

pass.		act.			
imperf.	perf.	imper.	imperf.	perf.	
netit. و ن و يَسْتَقْبِلُ	و ن و اسْتَقْبَلَ	و ن و اسْتَقْبَلَ	و ن و يَسْتَقْبِلُ	و ن و اسْتَقْبَلَ	10.
و ن و يَقْبَلُ	و ن و اقْبَلَ	و ن و اقْبَلَ	و ن و يَقْبَلُ	و ن و اقْبَلَ	11.
و ن و يَقْطُرُ	و ن و اقْطَرَ	و ن و اقْطَرَ	و ن و يَقْطُرُ	و ن و اقْطَرَ	quadr. 1.
و ن و يَقْطُرُ	و ن و تَقْطُرُ	و ن و تَقْطُرُ	و ن و يَقْطُرُ	و ن و تَقْطُرُ	2.

II. De nominis stirpibus et formis.

235 Nominum stirpes maxime sunt variae et numerosae, quas nulla hucusque grammatica omnes enarraverit, nedum disposuerit bene et explicuerit. Sed possunt tamen maximam partem bene dignosci et ad origines suas notionesque peculiare reduci, imprimis ubi dialectos semiticas omnes prudenter comparaveris.

236 Sunt autem nomina ea etiam quibus augmentum externum nullum accessit, a verbis tum terminatione vocali satis distincta (§. 332 sq.), tum vocalibus intra radicem alternantibus, quae si simplicissima excipias (§. 239 sq.), longiores simul sunt et firmiores; verbum enim in universum transeuntem actionem vel qualitatem, nomen manentem notat; multaeque nominum formae a verbi stirpibus sunt deductae (§. 272 sq.). Formae vis quae sit stirpibus his, optime et certissime ex nominibus perspicitur quorum etyma exstant bene cognoscenda. Quae vero singula et a radicibus suis divulsa sunt nomina, ut animalium, plantarum, membrorum, hominum (nom. prop.), eorum formae etymo oblitterato saepius non bene possunt perspicui, quanquam haud eas temerarias esse facile patet. — Sunt autem externà formà quatuor omnino stirpium genera: 1) in ipsà radice simplice vocales nomina

signantes maxime possunt esse variae sicut in verbi formis §. 169 sq.; potestque 2) formarum etiam geminarum hic oriri intra ipsam radicem varietas magna. 3) deinde augmenta radice et initio et fini accedere possunt externa, unde nomina *derivata* oriuntur varia; quibus derivatis denique 4) accedit *diminutivi* forma quae ex omnibus nasci potest nominibus, vocalium mutationi superstructa. 5) aliae formae nominibus destinantur ad verbi stirpes proxime pertinentibus ex iisque prodeuntibus (*nominibus verbalibus*).

In significatione autem nominum duo tantum sibi opposita: nomen aut rem ipsam, seu visam seu cogitatam, exprimit, aut personam (vel rem) cui illa inhaereat (nomen reale; personale). Nomina propria ex alterutro sunt deducta. Nomen rei (substantivum) simplicissimum primum (§. 239); oriuntur deinceps formae abstracto propriae, aut vocalium pronuntiatione ex *passivo* sumtà (ut *dimissio* ex *dimissus*), aut fem. terminatione (nam foem. abstractorum est §. 296); potest et utrumque conjungi. Personae nomen (adjectivum) primum simplicissimum, dein passivi et activi discriminis; postremo adjectiva comparativa et relativa. Formae quo antiquiores et breviores, eo latioris significationis, quanquam linguae ab initio statim nomen rei a nomine personae distinguere annisa est.

I. *Stirpes simplices*, solà vocalium intra radicem varietate certà ortae et distinctae, stirpis verborum primae variationibus (§. 169) similibus multo sunt plures et distinctiores. Has inter

1. forma primam radicalem vocali efferens solam (قتل^{su}, 239 قتل^{su}, قتل^{su}) simplicissima est et brevissima, quae radici *nominis* tantum formam et notionem a verbo قتل^{su} diversam indit. Hinc significationis est latissimae; sed ob formas sequentes

adjectivo nomini proprias (§. 244) rarissime adjectivi loco est, ut ^{ص ع ب} صعب *difficilis*, ^{ع د ل} عدل *justus*, ^{س و} بلغ *scopum tangens* Haret. M. v. 44; plerumque actionem seu qualitatem integram substantivi loco eloquitur, ut ^{س و} قتل *caedes*, ^{س و} علم *scientia* (das Wissen), ^{س و} قدس *sanctitas*, quibus respondet verbalis pronuntiatio ^{س و} قَتَلَ, ^{س و} عَلِمَ (قدس oblitteratum). Vocales *u* et *i* cum notionis sint intransitivae vel passivae, significationem saepe eadem in radice mutant, ut ^{س و} ملك *rex*, ^{س و} ملك *regnum*; ^{س و} باس *audacia*, ^{س و} بوس *infortunium* (vis quam quis patitur). Frequentissima autem forma est proxima per *a*.

240 Hae formae substantivorum vi indutae paullo diductius ita pronuciari possunt, ut secundam rad. *a* comitetur: ^{س و} قتل, ^{س و} قَتَلَ, ^{س و} قَتَلْ. Quas inter ^{س و} قَتَلَ paullo constantiori notioni intransitivi physicae, ut ^{س و} قصر *brevitas*, ^{س و} طول (طِبْرٌ) §. 111 Koseg. ch. 140, 12) *longitudo*, ^{س و} صغر *parvitas*, ^{س و} غلظ *crassitudo* a verbis intransitivis; ^{س و} قَتَلَ notioni ejus generis morali, ut ^{س و} حزن *moeror*, ^{س و} فرح *gaudium*, ^{س و} عجب *res mirabilis*; similiter ^{س و} عمل *labor*, verb. ^{س و} حَزِنَ, ^{س و} فَرِحَ, ^{س و} عَمِلَ. Saepius forma et brevior et diductior in usu est sensu aut eodem aut paullo diverso, ut ^{س و} مثل et ^{س و} مِثْلٌ *similitudo*, quorum illud magis adverbii loco valet; Ham. p. 85 ^{س و} خلف = ^{س و} خَاف; ^{س و} ضلع et ^{س و} ضَلَع; ^{س و} costa, ^{س و} مطر et ^{س و} مَطَرٌ *mos* (Cast.) ^{س و} عنقب et ^{س و} عَنَقٌ *collum*; ^{س و} قدس et ^{س و} قَدَسٌ *sanctitas*; similiter ^{س و} ابل et ^{س و} اِبْلٌ *camelus*; ^{س و} اطل et ^{س و} اَطْلٌ *latus*. Poetis praecipue ita vocalem diducere licet. Forma ^{س و} قَتَلَ rarior est, ut ^{س و} لعب et ^{س و} لَعِبٌ *lusus*, ^{س و} ملك = ^{س و} مَلِكٌ *rex*:

كذِبٌ et كَذِبٌ *mendacium*; cf. عَجَزٌ = عَجَزٌ Ham. p. 79.

Illudque maxime est notandum, posse vocalem hujusmodi secundae radicali postpositam invitante loco suo produci ¹), ut كَمَالٌ *plenitudo*, pro quo rarius كَمَلٌ; مَلِكٌ *salus*; مَلِكٌ *rex*.

Potest autem secundae radicali ex origine ipsa vocalis ²⁴¹ longa subjici ad id ipsum inserviens ut notionem *nominis abstracti* teneat. Eaque ex origine ultimà vocalis *û* est e vocali passivà deducta, sicut Latinis *divisio* a *divisum esse* derivatur, omninoque abstracti denotatio e notione substratà passivà recte oritur. Sed cum hoc *û* potest etiam i alternare (§. 70); cumque *û* in *ô* facile transeat, huic autem Arabum dialectus à substituatur (§. 73), saepissime à eodem abstracti sensu insertum est ²). Quae vocalis longissima quo potentius in totà vocis formà praevallet, eo brevior est praecedens ut sonus ejus a soni sequentis vi pendere consueverit. Hinc *â* quae proxima est vocalis, sonò i tantum semper praecedit, ut رَجِبٌ *migratio*, نَعِبٌ *crocitatio*, نَكِبٌ *negatio* Sur. 42, 46. quae rarior est forma; ante *û* semper fere *û* sonat (ex lege §. 156), ut نَزُولٌ *descensus*, وُجُودٌ *existentia*; ante *â* rarius *a*, e lege *î* auditur, ut نَفَارٌ *fuga*; nonnunquam ante *â* etiam *û* reperitur ob formam potissimum breviorē per *u*, ut سَعَالٌ = سَعَلٌ *tussis* (et ob و ult. rad. اَعَادَ *invocatio*); invenias quoque notionem formae huic auctiori inditam intensivam quandam, ut عَجَابٌ *res perquam miranda* Kam.

Omnes hae formae substantivum vel abstractum notant ²⁴² (praeter rariores قَتْلٌ, قَتْلٌ) foeminini terminationem sibi

1) derivandum id ex lingua vetustà hebraeae simili, §. 3. gr. hebr. cr. p. 151 sq.

2) cf. gr. hebr. p. 235. min. §. 205.

subjungere possunt, quanquam usus id non promiscue permittit per omnes radices, sed ita ut plerumque significatio peculiaris distinguatur. Possuntque formae hae abstractae et ipsae jam a formis concreti longioribus derivatae esse, ut ^{خَلِيفَةُ} *khālifatus* a ^{خَلِيفَةٌ} §. 284; ^{أَمْرَةٌ} (Freyt. chr. p. 31, 2) vel ^{أَمَارَةٌ} (Henz. fr. p. 43) *principatus* a ^{أَمِيرٌ} *princeps*; ^{عَدَاوَةٌ} *inimicitia* ex ^{عَدُوٌّ}; ^{أَصَالَةٌ} *proprietas* ^{صِدَارَةٌ} *rou esse radicem*, *principium* Sac. anth. p. 114; 125. ex ^{أَصْلٌ}, ^{صَدْرٌ}; cf. ^{وِزَارَةٌ}, ^{كِتَابَةٌ}, ^{قَبَادَةٌ}, ^{حِجَابَةٌ}, Sac. chr. I. p. 121. — Ad fem. pertinent etiam formae ^{قَتْلِيٌّ}, ^{قَتْلِيٌّ} et rarior ^{قَتْلِيٌّ}, ut ^{نَجْوِيٌّ} *colloquium* Sur. 43, 79. ^{كَذْبِيٌّ} *mendacium*.

243 Ex hac abstracti per ù notatione nova forma longior prodit sonum ù radicali primae simul praemittens, semperque fere cum fem. termin. conjuncta; ^{أَكْذُوبَةٌ} *mendacium*, ^{أَهْكَوَةٌ} *satyra* Vit. Amrui b. Kelt. p. 4, 15 Koseg. ^{أَحْذَرَةٌ} *fama*, *celebritas* Ham. p. 93. Koseg. ch. p. 91, 10; ^{أَغْنِبَةٌ} *cantilena*, ^{أَمْلِبَةٌ} *dictatum*, ^{أَدْعُوَةٌ} et ^{أَدْعِبَةٌ} *quaestio*, ^{أَنْغَلُوطَةٌ}, ^{أَعْلُومَةٌ}; ^{أَرْجُوزَةٌ} *poema jambicum* et sine f. term. ^{أَسْلُوبٌ} *via*; ^{أَجْبُوشٌ} *turba mixta*. Quae forma nova rarior est, ut grammatici eam omiserint ¹).

1) possit tibi in mentem venire, ^أ esse e st. IV. derivatam formamque e st. IV. verbali manasse. Cui favere videntur ^{أَمْلِبَةٌ}, ^{أَشْلُوبٌ} (et ^{أَعْطِبَةٌ} Sac. chr. p. 22 (15 ed. 2), ubi sic scribendum videtur). Sed plures formae st. IV. sibi respondentem haud habent; contrariumque probare videtur ^{أَمْلُوكٌ} Gig. i. q. ^{مَلُوكٌ} *reges*. Utut sit, duplex u semper ex abstracti notione repetendum. Quanquam Cast.

2. Ad qualitatem rei inhaerentem describendam (ad-244
 jectivum formandum) vocalis contra potior et dominans
 radicali secundae ea subjicitur quae notionem activam, pas-
 sivam, intransitivam teneat. Sic adjectivum ut notione ita
 formâ verbo est proximum, ut ^سخَرِبَ *desertus fuit*, ^سخَرِبَ
desertus. Haec tamen vocalis adjectivum a substantivo
 distinguens ex lege §. 236 produci amat, quo ipso adjecti-
 vum formam sibi magis propriam induit. Ex quâ vocalis vel
 ob sensum varietate vel productione magna propullulat for-
 marum copia: 1) ^سحَسَنَ *pulcher* verb. ^سحَسْنٌ; frequentior et
 adjectivis peculiarior forma ^سقَتَلَ, cui verb. intrans. respondere
 solent, ut ^سخَشِنَ *asper*, ^سوَعَرَ *salebrosus*; ^سغَضِبَ *irascens*, ^سحَزِنَ
tristis, ^سفَرِحَ *gaudens*, *laetus*, et a subst. ^سمَطَرَ *pluvia* simi-
 liter derivatum ^سمَطِرٌ *pluviosus*. 2) saepius autem i hoc pro-
 ductum est, ut ^سخَرِبَ et ^سخَرِبَ *desertus*, ^سخَضِرٌ et ^سخَضِرٌ *vi-*
rens; ^سعَقِبٌ *sterilis*; ^سعَاجِبٌ *mirus*, ^سرَحِيمٌ *misericors* verb.
^سرَحِمٌ, ^سشَهِدَ *testis* verb. ^سشَهِدٌ. Substantiva abstracta his fere
 respondent ^سعَلِمَ *sciens*, *gnarus*, ^سحَكِيمٌ *sapiens*
^سحِكْمَةٌ *sapientia*, ^سقَصِيرٌ *brevis*, ^سطَوِيلٌ *longus*, ^سصَغِيرٌ *parvus*,
^سغَلِيظٌ *crassus*; porro ^سسَلِيمٌ *salvus*, ^سكَمِيلٌ *integer* s. ^سسَلَامٌ.
 Vocalis *u* semper producta est. Quae quanquam ex origine
 passivam potissimum dat notionem, ab intransitivâ tamen nec

lex. ab initio saepe ã habet; quod improbavit jam Hariri in Sacyi
 anthol. p. 49. 5o. et Motarezzi ib. p. 450. ^سافنون لغة في الفن *ufnun*
 est dialectus pro *funn*.

aliena est, ut contra γ nonnunquam cum α alternat. Eratque ea ab initio *participio passivo* idonea (קטרל); sed cum in Arabum dialecto semper jam participii nota peculiaris accedat (§. 273), simplex forma adjectivis aut participiis substantivi loco usitatis propria mansit, ut قَتِيلٌ *occisus, mortuus*; اَبْرَسٌ *austerus* اَبْرَسٌ et قَنُوطٌ *desperans* Sur. 41, 49; رَوْفٌ *misericors*. Imprimis autem forma haec intransitiva animi habitum et inclinationem denotat, quā quis *laborat* ducique se patitur; (cf. §. 171) unde ea vel a verbis activis derivata *substantiva* formare potest, ut شَكُورٌ *gratiosus* Sur. 42, 32 كَذِبٌ *mendax*, اَعْوَجٌ *edax* (Effer) غَفُورٌ *ad condonandam proclivis, e more et affectu condonans, condonator*, كَفُورٌ Sur. 42, 47 *abnegator*, هَمُوسٌ *dilacerator* Kos. chr. 70, 1. عَقُورٌ *vulnerator, mordax* (ut canis) Henz. fr. 98 قَوْلٌ *qui dicit, facit* Hamas. p. 53; cf. Zuzeni ad Amrialk. M. v. 14. Sacyi chr. T. 3. p. 185 not., rarius i invenitur, ut شَفِيعٌ *intercessor*; نَذِيرٌ *hortator*, نَصِيرٌ *opitulator*; سَمِيعٌ *auditor*. Atque ita sane evenire potest, ut eadem forma diversum sensum pro diverso nexu innuat, ut بَدِيعٌ *novus, mirabilis, et novator, conditor mundi*. 3) à post secundam radicalem aut ex α productum aut ex \hat{o} ortum paullo frequentior est a brevi, ut جَبَانٌ *timidus*, أَكْهَامٌ *obtusus*; nonnunquam u praecedit ex notione stirpis intransitivā, ut اَشْجَاعٌ *audax* verb. شَجَعٌ; طَوَالٌ = طَوِيلٌ *longus* rarius Ham. p. 92, 2 infr.

245 Notio *agentis* ut forma peculiari exprimatur, à post primam radicalem pronunciatum totam vocem ita continens, ut post id γ brevissimum ex §. 73 audiatur, ut كَاتِبٌ *scri-*

bens, et scriba; قَائِمٌ stans. Sed diversum غَافِرٌ condonans

nunc, semel, a substantivo غَفُورٌ *condonator*. Quae forma deinde *participii* verbi simplicis vim induit, ut ab omni verbo praeter passivum (§. 273) deduci queat, quanquam rarius forma haec nova nascitur si adjectivum §. 244 e stirpe

intransitivâ formatum est, ut كَامِلٌ *integer, plenus* juxta

كَمِيلٌ. Estque nonnunquam a nominibus derivata vox inte-

grâ sua *agentis* v. *habentis* notione, ut لَابِيٌّ *lac habens,*

تَامِرٌ *dactylos habens* a لَبِيٌّ, تَمْرٌ.

Quae forma in substantivi vim transiens seu notionem actio-
nis continuae impetratura nonnunquam post secundam radica-
lem à inserit ex similibus substantivorum formis §. 244 de-

ductum, ut رَاكُوبٌ et رَاكِبٌ *equitans, نَاطُورٌ tutor, custos*

et quod saepius obvium est جَاسُوسٌ et notione paullo diversâ

حَاسُوسٌ *explorator*. Rarius i hujus formae, si vox substan-

tivi vim tenet, diducitur in a, â, ut طَابَيْتٌ, طَابَيْتٌ, طَابَاقٌ

testa; peregrina vero Arabibus sunt عَالَمٌ ex עֲלָמִים rabbinico;

يَاسْمٌ *jasminum*.

Expositis ita quae in radice simplici variare possunt for-
mis omaibus discrimen inter *nomen rei* et *adjectivum* linguam
bene tenuisse patet; et si forte eadem forma diverso e fonte

ad nomen et adjectivum pertinere potest, ut قَتَالٌ, قَتَلٌ, in
singulis radicibus adjectivum semper diversam sequitur pro-
nunciationem, ut confusioi haud sit locus.

248 II. Mediae radicalis *geminatae* formae vocalem potissimam ante ultimam rad. tenentes *adjectivis* similiter formatis §. 244 proximae intensionem quandam adjectivi notioni suggerunt. Quarum quidem 1) proxima et frequentissima forma *a* post geminatam habens intensionem satis fortem exprimit 1), estque omnibus quidem radicibus communis, ut ^سجان *valde timidus*, ^سجبار *praepotens*, ^سgigas, ^سعلام *valde gnarus*, ita ut formae *a* radicibus intransitivis deductae *u* v. *i* post rad. primam habere et *a* postremum breve sinere possint, ut ^سصفاح *valde latus*, ^سزمال *valde ignavus* (pro quo etiam ^سزمل), ^سحوذ Exc. H. p. 388; ^سشعب *invasor, tumultuator*, cf. ^سعريض qui se opponit Ham. p. 58, 12; sed prae ceteris *activae* est notionis, atque ita semper duplex *a*, et posterius quidem productum tenet. Notat ita rem continuo ex more agentem operâ intensâ, ut ^سكذاب *semper mendax*; ^ستواب *poenitentiae amans*; ^سأكل *semper edens*, ^سهلوه, ^سجال *bajulus*, ^سنجار *faber lignarius* a ^سحمل *portare*, ^سنجر *asciare*; vide multa recens formata Sur. 68, 10-12. 50, 24. Sacyi anth. p. ٤٧; unde vitae negotium perpetuum denotans saepe a nomine derivata est forma, ut ^سملاح *nauta* a ^سملح *sal*, mare; ^سحداد *faber* a ^سحديد *ferrum*; ^سخباز *pistor* a ^سخبز *panis*. — Raro *i* productum adest, quo facto vocalem simul

1) v. Hariri in Sacyi anth. p. ٤٨. qui hunc ordinem facit: ^سقاتل *interficiens semel*, ^سقتال *pluries*, ^سقتول *cum vi*, ^سمقتال *ex more*, ^سمقتل *qui instrumenti instar est ad interficiendum*.

priorem brevem sui soni facit, ut ^{فخر} *gloriabundus*, ut ù in paucissimis quae obvia sunt pronunciationis hujus exemplis: ^{قدوس} *sanctissimus*, ^{سبح} *laudatissimus*, quanquam hic ante ù a manere potest ¹).

Quae ultimam geminatam habent voces sunt raras et 249 singulae, quarum radices saepe oblitteratae sunt, ut ^{رفد} *longo syrmate incedens* Exc. H. p. 426; ^{خضم} v. ^{خضم} *liberalis*, ^{عتل} *ferox* Sur. 68, 13. ^{سجل} *syngrapha* (vereor tamen ne exotica sit vox, quanquam in Kor. jam lecta), ^{صنديد} *vir fortis et grandis* Koseg. chr. p. 81. Ubi praeterea notes ^{سودد} v. ^{سودد} *principatus* Kos. chr. p. 152 abstractum a ^{سبد} formatum ²).

Quae duas radicales geminant, vel rariores sunt et a 250 tersissimis quibusque scriptoribus ut sermonis puerilis et inexcultae vestigia evitatae. Sic Kam. notat ^{كذبذب} v. ^{كذبذب} *mendacia varia*; Cast. ^{علعلمة}.

Formae geminatae, imprimis longiores, quo rariores in 251 Arabum lingua factae sunt, eo frequentior Arabibusque fere tota peculiaris est forma *adjectivi intensiva* externo incremento distincta. Oritur ea a radice ita praeposito, ut secunda radicalis eodem a pronuncietur. Usui autem inservit duplici: 1) adjectivis qualitatem corpori inhaerentem et per-

1) an unquam superflua sit geminatio dubito; ^{قدام}, ^{قدام} *anterior* est tamen fortasse huc referendum; cf. gr. hebr. p. 241. Ceterum ex lege §. 157 geminatio ante longam vocalem cessat etiam nonnunquam, ut ^{دواج} et ^{دواج}.

2) cf. hebr. ^{גביל} adj. ^{גביל} subst. ^{גביל}. Abst. per fem. ut ^{جبيلة} creatura Anth. p. 179, 14.

petuam significantibus, ut *colorem*, ^{د-ع} *أحمر* *ruber*, ^{د-ع} *أسود* *niger*,
^{د-ع} *أبيض* *albus*, ^{د-ع} *أصفر* *flavus*, vel corporis habitum perpetuum,
 defectum plerumque, ut ^{د-ع} *أعوج* *curvus*, ^{د-ع} *أعور* *luscus*, ^{د-ع} *أعمى*
coecus, ^{د-ع} *أقلف* *incircumciscus*. Quibus omnibus fere verba
 respondent geminata (§. 173) ¹).

252 Sed deinde formae hujus usus latius patuit. Nam om-
 nino ex *adjectivo* simplici (§. 244) quovis hac formâ *adjecti-*
vum qualitatem cum suctâ comparatam *majorem* denotans
 deduci potest, ut formam intensivam hac ex vi recte *adj.*
comparativum dicas; ut ^{د-ع} *حسب* *pulcher*, ^{د-ع} *أحسن* *pulchrior*,
^{د-ع} *شديد* *fortis* - ^{د-ع} *أشد* *fortior*, ^{د-ع} *أصغر* *minor*, ^{د-ع} *أكبر* *major*, ^{د-ع} *أطول*
longior etc. potest tamen praeter suetas formas *adjectivas*
 §. 244 *comparativus* ex aliis etiam formari, ut ^{د-ع} *أبقي* *perennior*
 ex ^{د-ع} *بأق* *perennis*; neque vero e nomine. Quae autem formae
 hujus *adjectiva* qualitatem inhaerentem denotant (§. 251),
comparativi sensum dilucidum ita exprimant oportet ut *sub-*
stantivo qualitatem indicanti *comparativus* solam intensionem
 denotans praemittatur, ut ^{د-ع} *أشد* *fortior rubedine*, magis
ruber ²). Ceterum *comparativus* ^{د-ع} *أخبر* *melior* et ^{د-ع} *أشر* *pejor*
 rarius legitur; sufficere visum est ^{د-ع} *أخبر* *bonum*, *melius*, ^{د-ع} *أشر*
malum, *pejus*, ut ^{د-ع} *أبقي* ^{د-ع} *وأبقي* *ختر* *melior et perennior* Sur. 42,
 35, id quod ex antiquâ linguae semiticae *comparativum*
ignorantis simplicitate derivandum est ³). *Superlativus* au-
 tem, qui neque Arabibus formam peculiarem induit, *compara-*

1) atque in ceteris dialectis ipsa *adjectiva* geminata, v. gr. hebr. p. 239 sq.

2) cf. Hariri in Sacyi anth. p. ٣٤٠.

3) ob frequentem horum usum id factum autumat Hariri in Sacyi
 anth. p. ٣٩٩, male, nisi illud accedat.

tivo hoc ita exprimitur, ut ex comparatione cum omnibus rebus similibus institutà sensus ejus eluceat; de quo cf. synt.

III. Sed praeter hanc formam plurés aliae incremento 253 externo radici adjuncto oriuntur:

1. α praefixum rem quandam ponit, cui quid attribuitur, derivatum scilicet, ut videtur, ex مَا *quid, aliquid*. Nec nisi de *rebus* dicitur; ad *personas* in nominibus tantum verbalibus transfertur §. 274. Res autem cui quid attribuitur maxime potest esse varia; ut *id, in* quo quid esse dicitur (*locus*), vel *id, quo* quid est (*instrumentum*), vel omnino id quod fit et agitur. Quam variam notionem subtilior lingua et vocalium mutationibus certis et aliis modis distinguere studuit. Formantur autem hujus generis nomina ex radice simplice seu verbi seu nominis nec nisi rarius stirpium verbalium augmenta conservantur.

1) Ad spatium, in quo quid sit vel fiat, sive *loci* sive *tem-* 254 *poris* significandum pronuntiatio manet proxima, quae primam syllabam per *a* effert; secunda eadem *a* habet, nisi quod post syllabam firmam et oppositi causa (§. 255) *i* hic tum in omnibus adest radicibus quarum imperf. st. I. similiter formatum *i* habet (§. 230), tum in aliis ingruit, quarum imperf. st. I. *u* habet ¹).

Hinc oriuntur formae ^سمَقْتَلٌ *locus* (*tempus*) *pugnae*, fem. ^سمَقْتَلَةٌ, ^سمَقْتَلٌ, ut ^سمَقْبَرَةٌ *sepeliendi locus*, *coemeterium*, ^سمَسْجِدٌ *adorandi locus*, *templum*, ^سمَكْتَبٌ *scribendi locus*, *schola*, ubi scribere discitur; ^سمَحَبَّةٌ *tempus vitae et mortis* Sur. 45, 21. Si rem alicubi copiosissimam esse exprimendum est, semper feminini formà utendum, quippe quae abstracti est

1) enumerant has: ^سمَشْرِقٌ, ^سمَغْرِبٌ, ^سمَرْقَبٌ, ^سمَنْبِتٌ, ^سمَسْقَطٌ, ^سمَحْزَرٌ, ^سمَشْرِقٌ, ^سمَحْرَبٌ, ^سمَنْسِكٌ, ^سمَطْلَعٌ, ^سمَقْرِقٌ, ^سمَسْكِنٌ, ^سمَسْجِدٌ.

quo e lege perpetuà collectiva formantur (§. 297), ut
 ماسدة ^{s-u-} locus leonum frequens, ^{s-u-} متقاة cucumerarium ex
 اسد ^{s-u-} leo, قنأ cucumis; ^{s-u-} مشيخة senatus (senum locus).

Raro in fem. invenias etiam ù syllabae secundae datum, ut
 مقبرة ^{s-u-}, مقشوة ^{s-u-}, مادبة ^{s-u-} et مادبة ^{s-u-} Koseg. ch. p. 133 quod ù
 similiter ex abstracto fluxit.

255 2) م contra *instrumenti* et *vasis* perpetuo a in se-
 cundà habet syllabà, cui ex lege §. 156 r praecedit; adeo-
 que illud a in totà formà praevalet, ut saepius producat, ut
 nec nisi ante fem. terminationem intra brevem sonum sem-
 per coercèatur; ut ^{s-u-} منقب locus qui perforatur, ^{s-u-} منقب in-
 strumentum quo quid perforatur; ^{s-u-} حلب v. ^{s-u-} حلاب mulc-
 trum a حلب lac; ^{s-u-} مفتاح ^{s-u-} clavis à فتح ^{s-u-} aperire, ^{s-u-} ميزان ^{s-u-} lanx a
 وزن ^{s-u-} pendere, ^{s-u-} منط ^{s-u-} v. ^{s-u-} منطقة ^{s-u-} zona a ^{s-u-} نطاق ^{s-u-} pannus. Sed
 pro x radicalis secundae invenias etiam ù ex vocalium harum
 transitu §. 72 notato, ut ^{s-u-} حلب, quod vocalem priorem si-
 mul sibi subjicere annititur ex lege §. 160, ut ^{s-u-} مدق et ^{s-u-} مدق
 instrumentum fruges contundendi, ^{s-u-} منخل ^{s-u-} et ^{s-u-} منخل cri-
 brum, ^{s-u-} مدهن ^{s-u-} vas unguentarium a ^{s-u-} دهن unguentum; signi-
 ficatione simul differunt ^{s-u-} مكحل ^{s-u-} instrumentum collyrii
 (كحل) ^{s-u-} illinendi et ^{s-u-} مكحلة ^{s-u-} vas collyrii.

256 3) Multo rarius stirps haec de re solà licitur quae fit
 vel est, ut ^{s-u-} مشورة id quod consulitur, ^{s-u-} consilium; ^{s-u-} منطب
 id quod eloquenter effertur, ^{s-u-} sermo; habetque ita pronun-
 ciationem proximam: ^{s-u-} مقتل f. ^{s-u-} مقتلة; ^{s-u-} مقتل f. ^{s-u-} مقتلة; cf.

§. 254. Et forma part. pass. nonnunquam ex §. 237 conditionem notat ex actione natam, ut معروف ^{س ٥٥} *notus*, *celeber*, tum *celebrem esse*, pec. *liberalitas* quae famam conciliat.

Quodsi rarà formatione (§. 253) in nomine loci stirps 257 verbalis aucta integra manet, participii passivi forma huc † applicatur, ut *loci*, quo res peragatur, notio ex solo nexu appareat; ut ^{ص ٤٤} *مصلّي* *ubi oratur*, *oratorium* Koseg. chr. p. 119. ^{س ٥٥} *مكتلب* locus ubi quis versatur, occupatur Sur. 47, 40. ^{س ٥٥} *ملتقي* *occursus*, *congregationis locus* Gol.

2. Terminatio ^{س ٥٥} *ان* (de ^{س ٥٥} *ان* v. §. 339) adjectivis quidem 258 designandis inservit, et ^{س ٥٥} *عريان* *nudus*, ^{س ٥٥} *غضبّان* *iracundus*, ^{س ٥٥} *ندمان* *poenitens*, et a nomine per م §. 256 derivatum ^{س ٥٥} *مكذبان* *mendax* Kam. sed tam paucis ut alia terminatio adjectiva orta sit §. 259. Aliis in radicibus eadem substantiva notat abstracta, ut ^{س ٥٥} *غفران* *condonatio*, ^{س ٥٥} *طوفان* *conversio*, ^{س ٥٥} *كتمان* *occultatio* Henz. fr. p. 29. sed neque hic usus frequentior est, totaque haec terminatio in ceteris dialectis, aramaeà potissimum, satis frequens in Arabismo paulo rarior est. Abstracti forma etiam est paulo diductior ^{س ٥٥} *قتلان*.

3. Terminatio ^{س ٥٥} *ي* (†) adjectiva facit a nominibus deri- 259 vata, quae bene *relativa* dixeris. Ultimà hac formatione

- 1) hebr. ^{س ٥٥} *ي*; neque geminatio orta nisi ex pronunciationis nisu; nam *i*-un cum pronunciari nequeat, *i* in semivocalem simul suam se resolvit; cf. §. 96. Hinc non mirum, quod poetis et *i* simpliciter dicitur ut ^{س ٥٥} *بماني* *jemanensis* Amru M. v. 75 (sic enim ibi legendum est) Sacyi anth. p. ٥١. not. p. 140 ^{س ٥٥} *المدني* Not. et Extr. T. 8. p. 344 (ubi sic legendum; videtur vel ibi ^{س ٥٥} *مدني* cum nuna-

ab omnibus omnino nominibus adjectiva ita derivantur, ut forma eorum integra maneat. Hinc ea latissimi est usus, quanquam labente tempore usus multo frequentior fit. Ut ^{مصري} *Aegyptius* a ^{مصر} *Aegyptus*, ^{شمسي} *solaris* a ^{شمس} etc. Potest vel ab adjectivo formari, si hoc substantivi loco fuerit usurpatum, quod saepe fit in nominibus propriis; atque ita serius ingens titulorum principis cujusdam numerus, si e nexu singuli tituli substantivo praemisso sunt subi-
ciendi, in adjectiva hujusmodi transit ¹⁾. Atque vel forma pluralis vel collectivi, si ea ad sensum necessaria vel sensu certo perpetua est, in his adjectivis derivandis integra manet, ut ^{انصاري} *ad Ançar* (prophetae adjutores) *pertinens*, ^{ملوكي} *ad reges* (regionum plurium) *pertinens* Sac. chr. II. p. 126, 11. ^{ساعاتي} *horologus* a ^{ساعات} *horae*.

260 Quanquam vero nominum formae in genus integrae manent, mutationes tamen quaedam ex ipsius terminationis naturâ oriuntur. Nam primum terminatio est fortis, sonora, ad quam pronuntiationis festinat fluxus. Unde vox syllabam priorem saepe rapidius paulo eloqui nititur. Sed in ipsam hanc syllabam proxime praeviam ita dominari studet sonus i finalis et potissimus, ut sibi æ praemittat pro r et i sono suo oppositum (cf. §. 156), quo vox ante sonum potissimum paulo suspensa teneatur. Unde eadem vocalis mutatio cessat si syllaba composita vel vocalis longa praecedat vocem detinens sequentem syllabam rapide transituram. Hinc mutationes hae: 1) r secundae radicalis, si prima rad. sola est cum vocali brevi, in æ transit, ut ^{مَلِكِي} *regius* ex ^{مَلِك};

tionem pro ^{مدني} positum; certe id ex his omnibus haud absonum) p. 353, 6.

1) v. exemplum in Reinaud mon. mus. T. 2. p. 360.

quodsi prima rad. γ habet, posterius γ utpote ab hoc pendens (§. 240) manere potest, quanquam et mutari, ut أَبْلِي et أَبْلِي ; 2) si iisdem conditionibus $\dot{\iota}$ praecedit, et ipsum in α transit, quanquam haud perpetuo; quo tritior et frequentior est forma, eo saepius vocalis fit transitus, ut مَسْجِي et مَسْجِي *christianus*; مَدِينِي *Medinensis* (cf. §. 261) ¹⁾.

Similiter ex *ai* manet α , ut قَرَشِي et قَرَشِي *Koraischensis*. Semper tamen vocalis longa manet, si tertia et secunda rad. eadem est littera, ne litterae in unam coeant (§. 132), ut حَدِيدِي *ferreus*; et si sec. rad. ω est, quod ante longam voc. facilius consonantis vicem tenet (§. 102), ut طَوِيلِي . 3) voc.

γ secundae rad. y geminatae ob sonos *ai* qui hic omnino facile coeunt vocis acceleratione accedente (§. 268) prorsus evanescit, ut سَبْدِي a سَبْد . De aliis mutationibus cognatis v. gr. hebr. p. 250.

Deinde terminationis hujus vocalis cum vocali vocem ²⁶¹ claudente concursus tolerari nequit. Unde aut consonans semivocalis interponitur aut terminatio haec gravis vocalem priorem omnino pellit (§. 93). Atque pellitur vocalis praecedens semper 1) si vox ipsò adjectivi sono ي i. e. $\dot{\iota}$ ex origine finitur, unde ex شَافِعِي *Schafiaeus* deductum formà haud mutata شَافِعِي *Schafiaei assecla*; 2) ة fem., quod ex origine *ah* est (§. 285), ut مَكِّي *Meccensis* a مَكَّة ; أَفْرِيْقِي *Africanus* a أَفْرِيْقِيَّة ; مَدِينِي *Medinensis* a مَدِينَة .

Voces peregrinae ante terminationem hanc alias quoque ²⁶² patiuntur decurtandi rationes, ut طَبْرِي *homo ex Tabarestan*;

1) singulare sed ex eadem indole, حَارِي *Hirensis* Tebr. Ham. p. 76.

نَصِيبِي ^٢ *Nesibensis* a نَصِيبِي ^١; quae eo sunt faciliores quod obscuritati haud nocent ^١).

263 Nomen proprium si duabus vocibus constat per stat. constr. (§. 330 sqq.) annexis, adjectivum cum ex duabus formari haud sit idoneum, 1) ex alterutro, priori potissimum ^٢) formatur, omisso scilicet nomine minus gravi, ut semper أبو ^٢ *pater* et ^١ *filius* praecedentes omittuntur, ut أبو بكر ^٢ ex بكر ^١ *Abubecr*; et nomen posterius ^١ الله vel ^٢ الدين in frequentissimis nominibus, ut سبئي ^٢, فخري ^١ *ad Seifeddin, Façreddin pertinens*. Est et duplex nonnunquam adjectivum usitatum, ut عبد ^٢ شمس ^١ et عبد ^٢ شمس ^١ ex شمس ^١. 2) utraque nomina in unum quadriliterum coalescunt, duabus plerumque literis ex utraque junctis, ut ex eodem nomine ^٢ عبشمي ^١ *Abdschemsensis* Sacyi anth. p. ٥٥ (^٢ ^١ عبشمي ^١ Abulf. Ann. T. 2. p. 16) ^٢ ^١ تلحمي ^١ *Bethlehemita* Habicht ep. ar. p. 53. Si nomen proprium ex duabus vocibus integram enunciationem verbalem efficientibus constat (ut fit si cognomen casu fortuito oritur), ex alterutro adjectivum descendit, ut ex ^٢ ^١ تابط ^١ شرا ^١ fit ^٢ ^١ تابطي ^١. Denique si nom. pr. ex duabus aut peregrinis aut Arabibus non amplius intellectis constat, adjectivum aut ex utroque in unam vocem contracto et nonnunquam decurtato formatur, aut ex utrisque simul terminatione duplice ^٣) aut ex alterutro tantum, ut ex ^٢ ^١ بعلبك ^١ *Baalbek* ^٢ بعلبكي ^١, ^٢ بعلي ^١ بكي ^١, ^٢ بعلي ^١ بكي ^١; ^٢ بكي ^١, ^٢ بعلي ^١ بكي ^١;

1) ^٢ ^١ رازي ^١ ex راي ^١ *Ragae* forma est e persicâ derivatione proba.

2) id diserte praecipit Hariri in anth. p. ٥٢. ٥٥.

3) hoc improbat Hariri l. c.

قَالِي ex قَالِبَعْلَا nom. urbis, Abuff. Mesop. p. XVII. In quibus omnibus ut brevitatis perspicuitati juncta sit curatur.

Adjectiva haec sic quoque derivari possunt, ut termina-²⁶⁴ tioni ي suffixum derivativum *an* §. 262 praecedat. Sed haec formatio aramaea magis quam arabica in iis maxime cernitur vocibus quae a Syris ad Arabes perlatae sunt, frequentiusque non nisi in scriptis christianis et philosophicis obvia est; ut عِبْرَانِي *hebraeus* Sac. anth. p. 125, 8; رُوحَانِي *spiritualis*, نَفْسَانِي *animalis* juxta بَدْنِي *ad corpus pertinens* p. 12, 8.

Foeminini terminatione accedente *abstracta* (§. 290)²⁶⁵ formantur. Possuntque ita a quavis voce abstracta derivari, ut كَيْفِيَّة *qualitas* ex كَيْف *quomodo*, مَايِيَّة *substantia* ex مَا *quid*, id quod res est, valet; intercedente *an* §. 264 تَكْبِيرَانِيَّة *gloriatio*. Cui abstracti formationi ex origine par est terminatio بَيْت, وَت, sed aramaea tantum et hebraea ¹⁾ scriptisque fere christianis et theologis praeter vocabula pauca vulgatiore peculiaris; ut مَلَكُوت *regnum*, نَاسُوت *humanitas*, لَاهُوت *divinitas*; كِبْرِيَّت *sulphur*, quo eodem pertinet عَرَبِيَّت *Arabismus* ex dialecto Himjarensum syriacae [propiori pro عَرَبِيَّة Pococke spec. p. 157. Qualia nonnunquam magis apposite ad arabismum in suetam fem. terminationem transeunt, ut مَلَكُوت; حَانُوت ex مُنَم *diversorium* et حَانَاة.

1) v. gr. hebr. cr. p. 319 sqq. min. §. 290.

266 IV. Denique omni ex nomine forma *diminutiva* nova exoriri potest. Estque haec Arabibus non tantum frequentissima et tritissima, sed peculiaris etiam et priva, solà vocalium intra stirpem mutatione constanti formata, ut Arabismus vocalium ubertate et mutatione facillimà est omnino insignis. Diminutiva sensum etiam *teneri* exprimunt et blandientis; unde vel ad verba admirationis (v. infra) et pronomina transferuntur. Vocalium autem mutatio in hac formà novà est et constantissima et gravissima, per totam se extendens stirpem, ut vocalium brevium stirpi propriarum nulla maneant vestigia. Nam in stirpibus quatuor literarum quae ante ultimam in tres dividi possunt syllabas, triplex est vocalium mutatio insignis; \bar{u} - ai - \bar{y} , ut أزرق *subcaeruleus* ex أزرق *scorpio*; in stirpibus trium duplex \bar{u} - ai, ut عبد *servulus* ex عبد , quanquam hae nonnuncquam in tres syllabas (sine ultimà) diducuntur quo insignior sit diminutivi forma ¹). Minori autem literarum spatio diminutivi forma dilucide formari nequit; unde si forte stirps defectum unius radicalis passa est, semper in formatione hac novà integra restituitur radix. Rursus autem nec major esse potest vox quam trium ante casuum generisve terminationem (cf. et §. 269) syllabarum, in quibus vocales istae ordine succedant.

267 Vocalium mutatio et ordo adeo est necessarià et constantissima, ut vocalis longa à v. \bar{u} , si in tertiam cadit syl-

1) ita رجل ex رجل *vir*; غلمة ex غلمة coll. ex غلام *juvenis*;

et in fine \bar{i} addito: إنسان ex إنسان *homo*, ليلة ex ليلة

nox (in quâ voce forma haec insuper causam habet remotiorem

cf. §. 318). Contra مغربان non videtur oriri contra analogiam

ex مغرب *occidens*, sed ex du. مغربان cl. مشرقان Sur. 15, 59.

Saadi rosar. ed. Gent. p. 144. unde explicandus locus Ps. 65, 9.

Etiam in prioribus formas *rdg'ulun*, *aglimatum* ut vicinas latere puto, et \bar{i} in *unaisjdn* ex vocali *dn* simul ortum esse.

labam, in *i* transeat, ut ^سمفتاح^و ex ^سمفتيح^و *clavis*; nonnunquam ea simul corripitur post *ai* vocalem potissimam et constantissimam, ut ^سعصفور^و ex ^سعصفر^و *passer*.

Ex vocali stirpis trilaterae incremento nullo auctae longâ 268 in hac formatione novâ et trium insuper syllabarum cupidâ secundum legem §. 159 semper sonus quidam consonans servatur vocali suo loco ponendae aptus. Ita ex ^سفارس^و *eques* fit ^سفارس^و, ex ^سغلام^و — ^سغليم^و pro ^سغليام^و, ^سغليم^و, ut ad similem formam diminutivi redeant ^سظليم^و — ^سظليم^و *struthio parvus*, ^سجلس^و — ^سجلس^و *sessio parva* pro ^سجلوس^و §. 108. Ex ^سأسود^و eadem ex lege fit ^سأسيد^و *nigellus*. Quodsi post *ai* vocalem secundam concurrant simplices duae ^سvocalibus suis pronuntiandae, ut ^سجبي^و ex ^سجبي^و *Joannes*, in tantâ sonorum mollium similitumque copiâ *ai-ji* in *at* (cf. §. 108) ita coalescit, ut denuo contractio oriatur: ^سجبي^و ex ^سجبي^و; similiter ^سأحي^و ex ^سأحي^و *fuscus*.

Terminationes vocis casu accedentes cum extra diminu- 269 tivi et actionem et ditionem positae sint, e lege integrae post + diminutivi formationem servantur. Ita 1) terminationes nominum ^سان^و §. 262 et ^سي^و manent, ut ^سزعفران^و ex ^سزعفران^و *zafferan*; ^سعبقري^و ex ^سعبقري^و *excellens*; quanquam in nominibus formae ^سقتلان^و nonnullis frequentibus terminatio ad stirpem necessario pertinere visa vocalis mutationem pronam subiit, ut ^سشيطان^و ex ^سشيطان^و *Satanas*, ^سسلطان^و ex ^سسلطان^و *Sulthanus*.

2) Terminatio f. sg. quaevis (§. 285) semper manet, simulque cum \ddot{a} vocalis α praevia ad solam f. terminationem pertinens; ut قَلْبَةٌ ex قَلْعَةٌ *arx*; حَبْلِي ex حَبْلِي *gravidā*; imo in novā hac formatione nomina quae sine foem. term. foem. sunt sensus et constructionis (§. 292 sqq.), semper foem. term. adsciscunt, ut شَمْسَةٌ ex شَمْسٌ *sol*; quae et alia quaedam *res* notantia et feminino proxima sequuntur, ut شَوِيَةٌ ex شَيْءٌ *res*, رَحِيَةٌ ex رَجِيٌّ *mola* ¹⁾). 3) term. plur. integra manet, ut نَوَاصِرُونَ ex نَاصِرُونَ *adjuvantes*; e formis tamen collectivi (§. 303 sqq.) raro dimin. prodit ²⁾ ex sg. potius formandum, ut مَسْجِدَاتٌ ex مَسْجِدٌ *templum* coll. i. e. pl. مَسَاجِدٌ §. 316. Nempe collectivi et diminutivi noções quodammodo sibi oppositae sunt. E formis tamen coll. minoris (§. 325) nonnunquam dim. prodit, ut غُلْمَةٌ ex غُلْمٌ a غُلَامٌ, cujus suetum coll. est غُلَمَانٌ.

270 Sed ultra tres syllabas ante terminationem cum diminutivi formatio vocalis assurgere nequeat (§. 266), stirps quae ultra quatuor habet literas, in formā dim. ad quatuor solas reducatur necesse est. Igitur excidunt ab initio literae quae radici extrinsecus accesserunt, ut in مَنْبِصِرٌ mansit مَنْصِرٌ ex مَنْتَصِرٌ, in دَحْرَجٌ ex مَتَدَحْرَجٌ; مَخْتَارٌ ex مَخْتَارٌ *electus* ³⁾); si vero stirps plurilitera literas formales praefixas non habet, a fine decurtatur, ut عُنْدَلِبٌ ex عُنْدَلِبٌ *philo-*

1) an hoc non fit nisi in nominibus tert. rad. يّ ?

2) tradunt ex coll. اَفْعَالٌ, اَفْعَالٌ, اَفْعَالَةٌ, اَفْعَالَةٌ.

3) cf. Hariri in Sac. anth. p. 449.

mela. In quibus omnibus ut potiores maneant literae perspicuitas postulat. Cf. §. 320.

Nominis proprii ex vocibus duabus compositi diminutivum satis notatur prioris formatione diminutivâ, ut ^{و-ع-ب-ك}بعبدك ex ^{ع-ب-ك}بعبدك *Baalbec.* — Nonnunquam ex stirpibus radicis triliterae longioribus omnia excidunt augmenta, ut diminutiva ex solâ radice formentur, ut ^{ح-م-د}حمد ex nom. propriis ^{ح-م-د}حامد, ^{ح-م-د}حامد, ^{ح-م-د}حامد; quales formas dim. grammatici apocopatas vocant, ^{ع-ي-ال-ت-ر-خ-ي-م}علي الترخيم *aphaeresi* (leniore pronunciatione) formatas, ut Tebrizi ad Ham. p. 54. 56. 76.

V. *Nomina verbalia*, quae arctius cum verbo cohaerent ex iisque formantur, *participia* potissimum sunt et *infinitivi*. Quae formae quanquam temporis non habent discrimina omnino in semiticâ linguâ minus distincta (§. 194), arctissime tamen et notione et formâ cum verbi stirpibus cohaerent. Nam iis utendum est si verbi notio ex orationis nexu nominis formam induere debet, aut personam denotantis cui actio attribuitur seu *participii*, aut simplicem actionem eloquentis seu *infinitivi*. Hinc verbi et significationem et stirpem totamque formationem presse sequuntur, vere verbalia nomina dicenda ¹).

1) ut Erpenium ejusque assecclas improbo qui part. et inf. a nomine avulsa ad verbum retulerunt, ita nec possum facere cum ill. de Sacy qui omnem cum verbo nexum negavit, participia prorsus cum adjectivis, infinitivos cum reliquis substantivis confundens. Sed ipsi scriptores distinguunt inter alia ^{م-ق-ت-ول}مقتول ut part. a ^{ق-ت-ول}قتول; cf. et §. 278. Quanquam Latinorum sane part. et inf. non ejusdem plane est ditionis et usus. Arabes part. bene vocant *nomen agentis*, inf. *nomen actionis*.

273 1. *Participii* formatio duplicis est generis :

1) in st. I. participio activo exprimendo inservit forma قَاتِلٌ §. 245, in intransitivâ etiam notione usitata, ut قَائِمٌ *stans*, نَائِمٌ *dormiens*, nisi forte adjectivi intransitivi forma quaedam §. 244 manserit, ut حَزِينٌ *tristis*, *tristitiâ laborans*. Part. passivum autem formam قَتُولٌ, quae adjectivi tantum vi permansit §. 244, semper مَ praeponit e ceterarum omnium stirpium similitudine §. 274, quo ipso part. denotatio est distinctior, ut مَقْتُولٌ. Vocalem id praefixam tenet proximam *a*.

274 2) Ceterarum autem stirpium omnium participia unâ ex lege formantur. Omnibus مَ praeponitur externum quid (§. 253) et hic quidem *personam* designans cui quid attribuitur, idque a ceteris multis quibus مَ praefixum inservit usibus ita diversum ut vocali *ü* pronuncietur. Activi igitur et passivi discrimen solâ secundae radicalis vocali diversâ insigniri potest. Nempe ut imperf. post sec. rad. *i* habet in activis, *a* in passivis, eodem modo part., externâ vocis initii formatione imperfecto par; nisi quod part. cum prima syllaba vocali non differat, in V etiam et VI. st. activum vocali *i* distinguere cogitur. Sed in IX. XI, quia omnino activi et passivi discriminis ignarae sunt §. 229, manet *a* ut مَسْوُودٌ *nigricans* Sur. 43, 17. Cetera formationi singularia ex imperf. formatione supra descriptâ repetenda sunt. Unde participiorum omnium conspectus prodit hic:

pass.	act.		pass.	act.	
	مَكْتُوبٌ	9 st.	مَكْتُوبٌ	كَاتِبٌ	1 st.
مَسْتُكِبٌ	مَسْتُكِبٌ	10	مَكْتُوبٌ	مَكْتُوبٌ	2
	مَكْتُوبٌ	11	مَكْتُوبٌ	مَكْتُوبٌ	3
مَكْتُوبٌ	مَكْتُوبٌ	12	مَكْتُوبٌ	مَكْتُوبٌ	4
Quadril.			مَكْتُوبٌ	مَكْتُوبٌ	5
مَكْتُوبٌ	مَكْتُوبٌ	1	مَكْتُوبٌ	مَكْتُوبٌ	6
مَكْتُوبٌ	مَكْتُوبٌ	2	مَكْتُوبٌ	مَكْتُوبٌ	7
etc.			مَكْتُوبٌ	مَكْتُوبٌ	8

2. *Infinitivi* solam actionem eloquuntur. Neque tamen 275 Arabibus is est infinitivus, qualis linguae sanscritae et latinae ¹⁾, nempe actionem notans ab orationis membro quodam dependentem; sed *nominis abstracti* vim et notionem integram ubique potest obtinere. Estque ejus usus in universum duplex: 1) actio sisti potest per se, aut quia subjectum fit enunciationis, aut quia a nomine pendet nomen pro verbo sibi annecti postulante, aut quia enunciationis est objectum. Semper ita infinitivum *articulus* potest comitari. — 2) actio sola adjungitur ad aliam uberius describendam; ubi casum actionis ipsius *obliquum* semper habes, articulo absente, ut قَاتَلَ قَتَالَ شَدِيدًا, *pugnavit pugnam* (pugnare, oppugnationem) *vehementem*. Utroque modo nomini est proximus. Adeoque infinitivus Arabum nominis sequitur et formam et notio-

1) infra. hebraeus his propius accedit. Hinc inf. hebr. certiore sequitur formam.

nem, ut infinitivus *passivus* nunquam sit formatus. Ut in nomine abstracto quovis nullum est sive agentis sive patientis discrimen, sic neque in infinitivo Arabum; id ex e solo nexu patet orationis ¹⁾). Hinc neque forma infinitivo est nova prorsus et peculiaris; sed inter multas abstracti formandi rationes omnes fere infinitivi notioni inserviunt. Sed in singulis tamen radicibus lingua formam peculiarem infinitivo destinare studuit a reliquis nominibus res significantibus diversam.

276 1. In stirpe simplice, quae ubique latissimi est usus, hic quoque magna est formarum infinitivo inservientium copia et varietas. Nam possunt huc omnes pertinere quas supra ex origine et ordine explicuimus abstractorum formae; ordo tamen et numerus a grammaticis Arabum constitutus et apud nos nunc vulgatus hic est formarum triginta trium:

فَعُولٌ 28.	فَعِيلِي 19.	فَعَلَةٌ 10.	فَعَلٌ 1.
فَعُولَةٌ 29.	فَعْلَانٌ 20.	فَعَلَةٌ 11.	فَعَلٌ 2.
مَفْعَلٌ 30.	فَعْلَانٌ 21.	فَعَلَةٌ 12.	فَعَلٌ 3.
مَفْعَلَةٌ 31.	فَعْلَانٌ 22.	فَعَلَةٌ 13.	فَعَلٌ 4.
مَفْعَلٌ 32.	فَعْلَانٌ 23.	فَعَالَةٌ 14.	فَعَلٌ 5.
مَفْعَلَةٌ 33.	فَعُولٌ 24.	فَعَالَةٌ 15.	فَعَلٌ 6.
	فَعِيلٌ 25.	فَعَالَةٌ 16.	فَعَالٌ 7.
	فَعِلٌ 26.	فَعِيلِي 17.	فَعَالٌ 8.
	فَعِلَةٌ 27.	فَعِيلِي 18.	فَعَالٌ 9.

1) ita et in sanscritâ linguâ Inf. passivus non formatus est.

Has inter plures saepe in eadem radice infinitivi loco 277 funguntur; saepe significationis etiam discrimini tenendo diversae inserviunt, ut ^{رَفَع} رفَع ex ^{رَفَع} رفَع *elevare*, ^{رَفَعَة} رَفَعَة ex ^{رَفَع} رفَع *sublimi esse loco* (conditione, honore), ^{رَفَاعَة} رَفَاعَة ex ^{رَفَع} رفَع *altá esse voce, modulatione*. Neque potest in universum discrimen poni inter formas nisi hoc: 1) forma omnium proxima ^{قَتَلَ} قَتَلَ actionibus potissimum transitivis mansit; 2) ^{قَتَلَ} قَتَلَ praesertim ex intrans. ^{قَتَلَ} قَتَلَ¹); ^{قَتُولٌ} قَتُولٌ ex intrans. ^{قَتَلَ} قَتَلَ; ut ^{جَلُوسٌ} جَلُوسٌ *sessio, sedere*; ^{نَزُولٌ} نَزُولٌ *descensus, descendere* ex ^{جَلَسَ} جَلَسَ, ^{نَزَلَ} نَزَلَ. 3) fem. ^{قَتُولَةٌ} قَتُولَةٌ et ^{قِتَالَةٌ} قِتَالَةٌ ex intrans. ^{قَتَلَ} قَتَلَ, ut ^{سَهُولَةٌ} سَهُولَةٌ et ^{سِهَالَةٌ} سِهَالَةٌ ex ^{سَهَدَ} سَهَدَ *facilem esse*. Solentque lexica actionis nomina statim post radicem laudare.

2. Sed in stirpibus derivatis omnibus ut prorsus similis 278 ita una tantum ex origine et simplex est abstracti formandi ratio, neque in iis infinitivus a ceteris abstractis adeo potest esse distinctus. Formatio in omnibus ex origine constans sueta illa est abstractorum §. 241 descripta. Vocalis igitur post secundam radicalem comparet 1) omnium frequentissime à, quod γ sibi praemittere adamat. Estque formatio haec constans et sola usitata in st. VII. et sequentibus omnibus; frequentissima quoque 2) in IV; ubi semper vocalem à praecedit γ. Eaque est formae vis vocalium mutationi certae superstructa, ut in st. III, si hanc formam sequitur, à in í transeat: ^{قَبِيلٌ} قَبِيلٌ ex ^{قَاتَلَ} قَاتَلَ. Sed facit hic ipsa pronuntiatio difficultatem. Nam ante à aegre vocalis longa manet; aegre etiam consonans geminata praecedit; derivationis vi paullatim

1) cf. hebr. ^{שָׁכַב} שָׁכַב, ^{נָדַל} נָדַל et supra §. 229.

2) rariores formas ^{قَتَالٌ} قَتَالٌ, ^{قِتَالَةٌ} قِتَالَةٌ nunquam legi et suspicor ex II. esse huc traductas.

decescente illam vocalis longissima et in formà dominans corripere, hanc simplicem reddere nititur. Hinc 2) in III. قِتَالٌ semper fere transiit in قِتَالٌ. Quae tamen forma cum ipsum stirpis characterem perdiderit cum simplici forma §. 241 facile confundenda, lingua ad formationem *externam* confugiens abstracti seu infinitivi st. III. notionem formà part. passivi cum terminatione femininà (cf. §. 256 sq.) مَقَاتَلَةٌ repraesentavit. Quae forma adeo jam ingruit, ut altera illa parcius obvia sit, imprimis ubi in substantivi usum abiit atque ita derivatio verbalis minus fideliter servatur (§. 272), ut قِتَالٌ pugna, خِلَافٌ dissensus, عِنَاةٌ amplexus Kos. chr. p. 65. جَوَارٌ vicinia Henz. fr. p. 99. اِحْتَاءٌ fraternitas; sed poet. totà infinitivi vi: طِعَانِنَا خَيْلًا Ham. p. 76. 3) similiter stirpis II. forma propria erat قِتَالٌ, قِتَالٌ, et geminatione sublata قِتَالٌ et قِتَالٌ, cujus pauca exstant vestigia, ut عَلَامٌ, عَلَامٌ et عَلَامٌ docere Kam. اَدَاءٌ persolvere ex اَدِيٌّ, اَذَانٌ et اَذَانٌ indictio precum Taalibi n. 46. p. 44; sed cum ad formam distinctiorem externam lingua transiret, rarius (ut in III.) poetis formatum reperitur مَقْتَلٌ (v. Exc. H. p. 408) ¹, sueta potius forma facta est تَقْتَبِلٌ, ex IV. ob sensus similitudinem huc traducta ²); rarior f. تَقْتَلَةٌ, ut terminatio longior vocalem sec. rad. coerceat (cf. §. 162), ut تَبْصِرَةٌ doctrina

1) similiter ex IV: رَجَلًا مَصَابِكُمْ quod affligitis virum poet. Sac. chr. I. p. 406.

2) cf. gr. hebr. p. 560 min. §. 227.

Sur. 50, 7; et substantivi magis notione induta forma تَذَكُّرٌ *memoria*, تَكَرَّرٌ *iteratio*. Nonnunquam t hoc omnino abstractum notat e stirpe simplice, ut تَطَوَّأٌ *circuitus* Sac. chr. L. p. 132. 4) simplicius in formis longioribus V. VI. vocali à, quae tantas turbas movit, ä, ö substitutum est e transitu ex ä haud insolito §. 72. 255. — De nominibus unitatis ex inf. formatis v. §. 295.

Ex his omnibus hic nascitur nominum actionis stirpium 279 derivatarum conspectus:

11. اِقْتَبَلَدٌ	6. تَقَاتَدٌ	2. تَقْتَبِدٌ
12. اِقْتَبَلَدٌ	7. اِنْتَبَلَدٌ	3. مَقْتَلَةٌ
13. اِقْتَوَالَ	8. اِقْتَبَلَدٌ	قَتَالَ
	9. اِقْتَبَلَدٌ	4. اِقْتَبَلَدٌ
	10. اِسْتَبَلَدٌ	5. تَقْتَدٌ

Quadriliterarum autem stirpium:

4. اِدْحِرَاجٌ	3. اِدْحِرَاجٌ	2. تَدْحِرَجٌ	1. دِحْرَاجٌ
			دِحْرَجَةٌ

Quae praeterea ex stirpibus derivatis oriuntur nomina 280 sunt perpauca: 1) quaedam abstracta ex VIII. oriuntur, litera ت ex hac servatâ ab initio positâ, ut تَلَقَّاءٌ *occursus* ex التَّقِي; imprimis haec formatio facilis si prima rad. absorpta est (v. infra), ut تَقِّي v. تَقَاةٌ v. تَقْوِي¹) *timor* ex اتَّقِي *timere*,

1) cum terminatione fem. §. 286 et ultimâ rad. ي in و mutata.

سـ دـ وـ *suspicio* Sac. anth. p. 140 ex *أَتَهُم* praep. e regione ex *أَتَجَد*. 2) *تَكْذَاب* mendax ex st. V. Kam. Sed hae tam raras sunt formationes, ut in censum vix veniant. Ubi potius e stirpe derivatâ substantivum oritur, e lege simplicem sequitur radicem oblitteratâ derivationis vi; ut *صَلَاة* preces ex *صَلَّى*; *طَاعَة* obedientia ex *أَطَاعَ*; quorum nomina tamen actionis verbi stirpem presse sequuntur.

281 Pauca substantiva ex imperf. oriuntur, ut *يَنْبُوع* fons ex *يَنْبَع* quod promanat, scaturit.

282 Pauca originis prorsus incertae et oblitteratae e pronuntiatione faciliori vocalem praepositam habent, ubi de formâ non est sedulo anquirendum, ut *أَبْهَام* pollex *بِطْن* *أَصْبَع* digitus.

283 VI. *Plurilitera nomina* (cf. §. 169) satis multa sunt, nomina praecipue animalium maximam partem aut ex aetate linguae priori servata aut ex peregrinis desumta. Oriuntur ea praesertim 1) ex diphthongo vel longâ vocali paullatim se ingerente in nominibus ab etymo sese avellentibus, ut *غَيْلَم* puella libidinosâ a *غَلْم*; *ذَوْلَت* mucro linguae juxta *ذَلَّت*, *بِذَارِي* dissipator opum Taalibi c. 34 a *بَذَرَ* dissipare; *ذُلَّت*; 2) ex radice novâ consonâ simul auctâ, ut *جَلَنْدِي* iners Taalibi c. 55; *حَبْرَبُون* vetula Sac. chr. 3. p. 64, 1; *صَعْلُوك* pauper; *صَبِيدَع* fortis, dux; *غَضَنَفَر* robustus, leo; *عَنْدَلَيْب* lusciniâ; *طَرِمَاح* illustris, *نَهْشَلِي* senex Taalibi c. 59. 61. 3) radice brevi repetitâ, ut *غَوْغَاء* turba hominum, insectorum Henz.

fr. p. 47; 4) ex pluribus vocibus contracta vel peregrina, ut ^{س-و-ع} ضفدع *rana* cf. ^{س-و-ع} צפנדע ex צמר רדע *clamosa paludis*; ^{س-و-ع} اسقف *episcopus*. Quae stirpes aliaeque a stirpibus pluriliteris derivatae (ut ^{س-و-ع} تور جمع *turba collecta*) ubi *u* in fine habent abstractum notans, ex §. 156 in priori syllabâ compositâ et ipsum *u* habent; ubi *i*, ipsum *r* praeludens huic praemittere annuntur ¹).

Formae abstractis propriae haud raro quidem ratione ²⁸⁴ Arabibus privâ ad personas designandas transferuntur, sed ita ut vim et notionem formae haud violari videas: 1) forma instrumenti §. 255 saepe de personis dicitur actionem semper et e more facientibus, ut actionis velut instrumenta dici queant, ut ^{س-و-ع} محرب et ^{س-و-ع} محراب ²) *bellicosus vir*, quasi per quem semper bella geruntur, ^{س-و-ع} مطلق *dimissor uxorum*, qui frequentis est divortii Abulf. Ann. I. p. 350; ^{س-و-ع} كثير الاقدام = ^{س-و-ع} مقدم Tebr. ad Ham. p. 56. ^{س-و-ع} مغلط, ^{س-و-ع} مكمّل. Est hic etiam forma per *i* in fine, ut ^{س-و-ع} منطبق *eloquentissimus* quasi eloquentiae instrumentum. 2) ipsa adjectiva nonnunquam fem. terminationem assumunt, ut abstracto is innuatur in quo tota haec virtus vel alia proprietas consummatissima sit, ut ejus exemplum haberi queat, ut ^{س-و-ع} داهية العرب *astutissimus Arabum* Henz. fr. p. 66. ^{س-و-ع} راوية *narrator* Kos. ch. p. 124. imprimis ex adjectivis per se actionem intentam vel auctam notantibus,

1) sic praecipit Hariri in Sac. anth. p. 50.

2) ponunt tamen Arabum grammatici ut Tebrizî Exc. H. p. 379. et Hariri in Sacyi anth. p. ٤٨. inter *â* et *d* discrimen hoc, ut à intensius etiam *morem* perpetuum notet (v. supra p. 146 not.); id quod haud omnino verum esse videtur.

ut شُكْرَةٌ *valde gratis*, كَذْرِبَةٌ *mendax*, بَوْلَةٌ i. q. كَثِيرُ الْبَوْلِ Tebr. ad Ham. p. 77. عَلَامَةٌ *doctissimus omnium-*

3) etiam huc pertinent formae quales تَعَلِمَةٌ v. تَعَلَّمَ *valde doctus* Kam. تَعَجَابَةٌ *permirus vir*, quasi eum prodigium dicas Kam. 4) ex aliis metaphoris, ut خَلِيفَةٌ *successio, dignitas successoris, successor*; et سُلْطَانٌ *potestas, imperator.*

II. De genere et numero nominum.

285 1. Masculino sg., quia forma est omnium proxima (ut in verbo §. 215), terminatio nulla est. Foeminini autem sg. terminatio triplex est, ex eadem tamen prognata origine ultimâ. 1) ā^- , in quâ ā praeivium ad ipsam terminationem pertinet. Fuitque antiqua haud dubie pronuntiatio *ah* cl. ā^- ; nec poetae tantum ita in rythmo fin. pronuntiare possunt, sed sonus similis *ah*, *eh* etiam nunc servatus est in linguâ vulgari, ut مَكَّةَ *Mekkah*, مَدِينَةَ *Medinéh*. Sed in sermone cultiori ob vocalium finalium sonum accedentem *h* inter vocales duas in fortius *t* transiit, ut ante pron. suff. usu constanti receptum est §. 368. Mansit tamen antiqua scriptura integra, quanquam in Korano nonnunquam vere ت scriptum est, ut Sur. 35, 3. 43, 31. edit. Petropol. (Marr. male); imprimis postquam ā tale punctis literae ت distinguere coeptum est §. 62. Si tamen forte eveniat, ut vocalis ab *a* diversa vel consonans praecedat, semper est ت scribendum ¹⁾ (neque pro eo in sermone vulgari *ah*, *eh* dictum est), ut بِنْتُ *filia*, أُخْتُ *soror* (contra ابْنَةُ) et in peregrinis مَلَكُوتٌ §. 255, etsi

1) v. litem de eo agitatam, Notices et Extr. T. 8. p. 305.

inviolata est scriptura à praecedente tam in peregrinis quam domesticis, ut ^ستوراة^ة ex תורה *lex mosaica*; ^سفتاة *juvenca*. Neque posse nisi in vocis fine scribi, ut si litera una pluresve in fine accedant, ت scribendum sit, ex §. 62. 368 intelligitur. Rariores sunt terminationes duae sequentes: 2) ^سي — à e lege scribendi §. 102, ut ^سكبرى *colloquium*; ^سكبرى *minor* f. 3) ^ساء —, ^سحمر *rubra*. Videtur igitur omnium harum terminationum origo in *ah*, *á* f. latere, quod in parum diversas paulatim se exseruit pronunciationes, prout aut antiquus sonus fidelius mansit et ob casuum distinctionem adamatam in *atun* transiit, aut sonus rudior et obtusior *á* (*ae*, cf. §. 102) obtinuit, mutationis ideoque casuum expers; aut huic vocali productae nova vocalis ob casuum flexionem (§. 330 sqq.) subjuncta est. Usui tamen nunc discrimen inter tres terminationes invaluit, quo forma simul et genera nominum exactius distinguuntur. Estque id in universum hoc: .

Frequentissima term. est ^ساء, tum in adjectivis foem. 286 derivandis, ut ^سكبير *magnus*, ^سكبيرة *magna*, tum alias. ^سي in abstractis hand ita rara est; ut nonnunquam et ^ساء et ^سي in eadem voce esse possit, vel discrimine paulo diverso, ut ^سروية *visio*, ^سرويا *visio* i. e. somnus, ^سحمة et ^سحي *aestus* Tebr. Ham. p. 92.; rarior ^ساء, ut ^سكبرياء (ubi notes *i* praemissum) *magnitudo* Sur. 45, 37. formisque nonnullis ^سمقتول suffixa est ad plurium congregationem abstracto significandam (cf. §. 254 nomina loci), ut ^سمشيوخاء *مشيوخاء* *turba senum plena*, ^سمكبورا *turba frequens, frequentes*. Sed ambae terminationes foeminino ex adjectivis formando parcius nec nisi in certis adjectivorum generibus inserviunt. Sunt haec pauca ea, in quibus msc. (quae

est stirps ipsa (§. 285), non nunationem habet ut cetera adjectiva omnia, sed solà brevi vocali terminatur (cf. §. 338 sq.). Hinc foem. quoque non suetam habet terminationem cui nunatio perpetua est, sed terminationem vocalem. Simulque in foemininis his novà ratione formandis ad simplicem radicem formatio ita redit, ut pro diversis adjectivorum classibus pronuntiatio variet, quae est formandi ratio Arabibus prorsus peculiaris (§. 303 sqq.). Sic

287 1) ex adjectivis formae قَتْلَانٌ prodit fem. قَتْلِيٌّ, ut سَكْرِيٌّ ebria ex سَكْرَانٌ, غَضَبِيٌّ iracunda ex غَضَبَانٌ; quanquam cum nunatio nondum perpetuo excidat, fem. suetà etiam terminatione formari potest, ut سَكْرَانَةٌ.

288 2) ex adjectivis intensivis formae اَقْتَدٌ, si comparisonem denotant qui est usus eorum frequentissimus (§. 252), prodit f. قَتْلِيٌّ, ut كَبْرِيٌّ major ex اَكْبَرٌ; اَصْغَرِيٌّ minor ex اَصْغَرٌ. Suntque eodem referenda اَوَّلٌ primus (pro اَوَّلٌ §. 359) f. اَوَّلِيٌّ, et اٰخِرٌ, اٰخِرِيٌّ posterior, alter f. اٰخِرِيٌّ, quae e notione comparisonis formata esse monstrant praeter rei naturam primus, πρῶτος, prior; et alter, andere, sansc. anjatarā, omnia comparisonis gradibus formata. Sequitur haec اَحَدٌ unus f. اَحَدِيٌّ, quanquam paulo diversae et notionis et formae.

289 3) Ex eadem tamen formà, ubi qualitatem inhaerentem denotat, nascitur f. قَتْلَانٌ, ut اَحْمَرِيٌّ rubra ex اَحْمَرٌ, اَعْشَوِيٌّ lusciosa ex اَعْشِيٌّ. Atque ita, ut fit in formationibus seriioribus, diversa primitivi notio in derivatione diversà simul formà facta est dilucida et distincta. — Ceterum pares his adjectivi foem. formae abstractum notantes haud facile eadem in radice usitatae sunt.

Ad neutrum formâ distinguendum neque antiqua lingua ²⁹⁰ semitica neque arabica surrexit. Igitur cum masc. tantum et fem. sibi sint opposita, masc. autem proximum semper genus sit nec terminatione distinctum, videndum est quousque foemini vel sensus et constructio vel forma quoque extendantur. Est autem foemini sensus et usus in universum duplex. Alter naturâ ipsâ datus in rebus vivis; alter ex foemini conspiciu ideâ derivatus, ut si rebus haud viventibus aut cogitatis tantum ex ideâ hac foem. tribuitur genus. Metaphoricus usus latissime patens antiquissimo linguae tempore ortus est ex sensus quem res externae et cogitatae omnes in animis excitabant, vividissimo. Et quanquam serius usu tantum et more metaphoricum genus conservatur, primitus tamen non casu, sed necessitate quadam et sensu verissimo discrimen foem. factum esse consensus jam gentium universe conspicuus probat. Varius autem et multiplex est sensus qui ad foem. ex ideâ ponendum duxit: 1) res haud vivens cum matre aut foeminâ confertur. Ita *terra* mater visa est hominum filiorum, ut *urbs* incolarum; atque hinc Arabibus non *terrae* tantum et *urbis* cujusque nomina foem. sunt, sed ex cognatâ notione *populorum* etiam et *tribuum*, utpote quae terram simul seu regionem denotare possunt. 2) dein foemininum debilius denotans ad vim haud visam et occulto agentem translata est; similiter porro ad res dominio hominis subjectas, ut corporis membra, instrumenta varia, domicilia, utensilia; denique ad rem ex copiâ quâdam singulam ut particulam debiliorem designandam. Quaedam et ob metaphoricum usum in diversum fem. genus transeunt. 3) sed imprimis foem. terminatio inservit *neutro* nostro notando, et dehinc *abstracto*, rebus singulis vivis opposito ¹⁾).

1. Res singula si e sensu ad foem. genus refertur, haud ²⁹¹ necesse est ut terminatio etia foem. accedat. Imo voces

1) fusius haec exposita v. in gr. hebr.

terra loquentis menti obversatur; at montium, fluviorum et marium nomina msc. sunt 2) ^وريح *ventus*, ^وأل *vapor*, ^وروح *spiritus* cum omnibus

ventorum nominibus, ut ^وصبا *eurus*, ^ونفس *anima*, ^ونار *ignis* una cum

nominibus *ignem infernum* seu Gehennam significantibus: ^وحيم *;*

^وسقر *et ipsum exoticum* ^وجهنم *ex* ^وדיجید *د*. Affine forsán ^وشمس

sol semper fem. 3) membra corporis: ^واذن *auris*, ^واست *anus*,

^واصبع *digitus*, ^وثدي *mamma*, ^وذراع *bracchium*, ^ورجل *pes*, ^وساق

tibia, ^وسن *dens*, ^وعضد *bracchium superius*, ^وعقب *talus*,

^وعين *oculus* (et *fons*, unde etiam ^وينبوع *fons* fem.), ^وخذ

femur, ^وقدم *pes*, ^وكبد *hepas*, ^وكتف *v. كتف scapula*, ^وكيش

venter; ^وورك *femur*, ^وكف *manus*, ^ويد *manus*, quod sequitur

^وشمال *sinistra*, ^ويمين *dextra*. 4) instrumenta: ^ودرع *thorax*,

^ودلو *situla*, ^وناس *securis*, ^وفهر *pistillus mortarii*, ^وقوس *arcus*,

^وكاس *poculum*, ^وموسي *novacula*, ^ونعل *calceus*, ^وعصا *baculus* quo

eadem pertinet ^وحرب *bellum*, quod ex origine *ensem* significa-

bat; peregrina ^ومنجنون *μάγγανον* et ^ومنجنبت *machina*. 5) no-

mina pauca domicilii et loci: ^وبئر *et* ^وقلب *puteus*, ^ودار *domus*,

^وفلك *navis*; ^وفردوس *ex* origine fem. est ut ^وη παράδεισος;

6) rerum ad vitae usum pertinentium: ^وخمر *vinum*, ^وشعير *hor-*

dea, ^وفول *faba*, ^وملح *sal*, ^وذود *armentum*. — Accedit ^وضرب

ictus si valet *vicis*, *una*, *duae* (ut ^ورطل) et ^وعروض *apud* metricos.

Inter haec nomina quae ex ideâ fem. genus sequuntur, 294
haud mirum est quod quaedam nondum continuo e genere
proximo huc traducta sunt. Ita quae in ancipite haerent haec

sunt potissimum; 1) ^{سَمَاءٌ} *coelum*; 2) ^{أَبْهَامٌ} *pollex* (Koseg. chr. p. 111, 14), ^{مَعِي} *viscera*, ^{عَجَزٌ} *posticum*, ^{رَجِي} *mola* (fem. Henz. fr. p. 83 not. fem. tantum dicit Kam.) ^{رَحِمٌ} *uter*, ^{عُنُقٌ} *collum*, ^{قَفَا} *occiput*, ^{لِسَانٌ} *lingua*, ^{جَنَاحٌ} *ala*¹⁾. 3) ^{سَكِينٌ} *culter*, ^{سِلَاحٌ} *arma*, ^{قَدْرٌ} *lebes*, ^{سَلْمٌ} *scala*, ^{صَاعٌ} *calix*, ^{أَزَارٌ} *tegmentum*. 4) ^{سَبِيلٌ} et ^{طَرِيقٌ} *via*, ^{سُوقٌ} *forum*, ^{عَسَلٌ} *mel*, ^{ذَهَبٌ} *aurum*, ^{مِسْكٌ} *moschus*; quibus accedunt ^{حَالٌ} *status*, ^{سَلَامٌ} *pax* (v. Kam.), ^{فُكْحِي} *mane*, et ^{سُلْطَانٌ} *si non Imperatorem* (§. 284) sed potentiam denotat²⁾; denique nomina *literarum* et *particularum* apud grammaticos. Contra ^{سَرَاوِيلٌ} *braccae*, quod proprie collectivum eoque ipso fem. est, ut vestimentum singulum nonnunquam msc. esse dicit Kam.

295 2. Foemininum cum debilius denotet, terminatio foem. saepe *uni* ex copiâ multorum indistinctâ designando inservit, seu particulae ex colectivo; quod grammatici *nomen unitatis* dixere. Et inest huic dicendi generi mira quaedam tum concise et exactissime tum brevissime loquendi facultas in aliâ linguâ vix aut imitanda aut percipienda³⁾. Duplīter id se exserit: 1) multa nomina ex origine suâ genus totum expriment, ut animalium rerumque aliarum quae vulgo universe appellari solent; e quibus unum singulum seu parti-

1) in linguâ vulgari major nominum ambigui generis numerus fuisse videtur, ut in hebraicâ (v. gr. p. 305 sqq.); quare Hariri in Secyi anth. p. ٣٠ usum nominis ^{بَطْنٌ} *venter* fem. improbat, quanquam Hebraeis etiam ^{בֵּטָן} fem. Communia eadem fem. terminatione distinguunt, ut ^{زَوْجَةٌ} *conjux* f.

2) causam miram foem. profert Kam.

3) cf. G. de Humboldt über den Dualis. Berol. 1828.

Similiter ^٥خطبةً *peccatum* خطبًا ^٥زاويةً *angulus* زواياً ^٥نقاوةً ^٥نقابةً ^٥pars *selecta* نقاباً eadem prorsus ex lege; cumque collectivi flexio ita ad duas tantum priores syllabas proxime pertineat, tertia radic. و in quibusdam restitui potest, ut ^٥هراويةً *fustis* هراوي ^٥فلو vel ^٥فلوةً *equuleus* نلاوي.

- 320 Substantiva quae post tres leves radicales ^٥يـ, ^٥يـة (§. 259) habent *res* (vel animalia) significantia, similiter collectivum quadriliterum flectunt. Nam in quartâ syllabâ manet simplex ا, ut ^٥بختي *camelus persicus* بخاتي et dein nunatione accedente ^٥بختات, ^٥سريةً *pellex* سراري Freyt. chr. p. 32, ^٥ذربةً *posteritas* ذراري, nisi quod nonnulla ut ^٥كرسي *solium* ultimam syllabam non mutant, quippe quae ad radicem pertineat, ^٥كراسي (cf. ^٥اغنيةً §. 316 et §. 339). Sed potest et hic terminatio feminina ^٥يـ substitui, ut ^٥مهري *cameli species* مهاري, ^٥بريةً *deserta terra* براري; بخاتي Kos. chr. p. 117.

- 321 Stirps quinque vel plures complectens consonantes, si collectivum formandum est, semper ad quatuor redigatur necesse est; nam plus quatuor syllabis amplecti haud potest nova haec et acuta formatio. Hinc idem coll. quadriliterum ad omnes longiores voces ita transfertur, ut ex radice quinqueliterâ e lege ultima, saepe penultima, raro antipenultima praecipue si mollior est, excidat, ut ^٥خمرش *mulier procera* ^٥خزرن *id.* خزرني vel ^٥عنكبوت *aranea* عناكب ^٥حامير

عَصَافِرُ *leo* عَضَنُفَرٌ , فَرَارِقُ v. فَرَارِدٌ nom. propr. فَرَزْدَقٌ , خَزَارِقُ

ex nominibus autem verbalibus una vel duae consonantes quae simplici radici accesserunt avellantur, manente, si licet,

ut notâ participii, ut مَطَّالَتٌ *dimissus* مُنْطَلَقٌ

مُدْحَرَجٌ , تَخَارِجٌ v. تَخَارِجٌ *exactio* اسْتِخْرَاجٌ , مَخَارِجٌ *exactor*

locus volvendi دَحَارِجٌ , مَحْرَمٌ nom. mensis مَحَارِمٌ . In sub-

stantivis fluctuat quoque formatio ultimum inter sonum, si terminatione vocali §. 318 continetur, et penultimum vel antepenultimum sonum mollem aut vocalem longam, ut inter du-

plicem formationem optio detur, velut بِلَاهِنٌ *socordia* بِلَهْنِيَّةٌ

vel بِلَاةٌ , حَبْنَطِيٌّ *tumens* , قَلَانِسٌ vel قَلَانِسٌ *pileus* قَلَنْسَوَةٌ , بِلَاةٌ

قَهْوِيَّةٌ , عَفَارٍ v. عَفَارِنٌ *leo vehemens* عَفْرِنِيٌّ , حَبَاطٌ v. حَبَانِطٌ

حَبَارِيٌّ , قَهَابٌ et قَهَابٌ vel قَهَابٌ *telum trisulcum* (قَهْوِيَّةٌ =)

nom. avis حَبَائِرٌ et حَبَارٌ . Similiter nomina quae in mediâ

stirpe duas vocales vicinas habent, ut جَرَائِضٌ *crassus*

جَرَائِضٌ , جَرَائِضٌ *columna* اسْطَاطِينٌ . Si quatuor inter radica-

les vocalis primae vel secundae longa syllaba est, ea tollatur

neccesse est, ut ex عِلَابِطٌ *obesus* عِلَابِطٌ , عَيْسَجُورٌ

عَسَاجِبِرٌ *audax* camelâ عَسَاجِبِرٌ .

Si coll. quadriliterum ita ex stirpe plurium literarum oritur, unius duarumve jactura ita quodammodo compensari potest ut in tertiâ syllabâ i contra legem producat, ut

قَلَانِيسُ pilei, حَارِيمُ menses Muharram; nonnunquam etiam distinctionis causâ a part. IV. praecipue fem., ut مَطْلٌ liberos habens fem. مَطَانِبٌ. Alioquin hoc i, ut supra descriptum est, sic tantum producitur ut stirps ipsa in syllabâ, quae collectivi tertia fit, vocali longâ pronuncietur. Quodsi contra haec collectivum ad stirpem quadrilateram haud quadrat, causa in vocali stirpis ancipite et variâ quaerenda est, sicut مَخْلَبٌ unguis format مَخَالِبٌ, دِرْهَمٌ drachma دَرَاهِمٌ et دَرَاهِيمٌ, quia in formis hujus generis a habitu suo in sonum longum inclinat (§. 255), similiterque قَوَالِبٌ ex قَالِبٌ §. 317; et contra جَلَامِدٌ saxa Sacyi corresp. des Samar. p. 65 a جَلْمُودٌ pro quo et جَلْمِدٌ. In paucis vocalis ob praecedens à gravissimum et in totâ voce praevalens corripitur potest, ut دَوَاحِينٌ et دَوَاحِينٌ (§. 317) دُحَانٌ, عَصَافِرٌ passer عَصْفُورٌ. Semperque ea corripienda est ante terminationem fem. suffixam (v. §. 162). Rarius haec colectivo quadrilatero adhaeret nec nisi ita ut hominum seu animantium ratione praedictorum copia et societas quaedam describatur, ut صَيْقَلٌ politor صِبَاقِلَةٌ, مَلَايِكَةٌ angelus مَلَايِكٌ et مَلَايِكَةٌ, مَلَايِكَةٌ ابْلِيسُ diabolus مَلَايِكَةٌ et مَلَايِكَةٌ, تَلْمِيذٌ discipulus تَلْمِيذَةٌ, itaque e more ab adjectivis relativis gentem vel sectam significantibus, ut بَغْدَادِيٌّ Bagdadita بَغْدَادِيَّةٌ, حَنْبَلِيٌّ Hambalita حَنْبَلِيَّةٌ;

porro imprimis a nominibus peregrinis, ut gentium, populorum, sectarum, dignitatum, ut ^{5 5} فرعون *Pharao*, ^{5 5} فراعنة *Qäsur*, ^{5 5} قېصر *Qäsur*, ^{5 5} Caesar ^{5 5} قېاصرة *Caesar*, ^{5 5} برمكي *Barmakida*, ^{5 5} برامكة *Barmakida*, ^{5 5} صقلبي *Slavus*, ^{5 5} يعقوبي *Jacobita*, ^{5 5} يعقوبية *Jacobita*, ^{5 5} مرزيان *princeps persicus* (*Marzwächter*), ^{5 5} مرزانية *philosophus*, ^{5 5} فلاسفة *philosophus*, ^{5 5} بطريرك *patricius*, ^{5 5} بطارقة *patricius*, ^{5 5} بطريرك *patriarcha*, ^{5 5} بطارقة *episcopus* (^{5 5} اساقفة *episcopus*).

Multa tamen ex nominibus hujus generis quae ex ad-323

jectivis relativis oriuntur, terminationem fem. ⁵ ـة, quae per se jam collectivi notionem suppeditare potest §. 297, ita sibi adjungunt ut sine omni maneant flexione, quae est formatio levissima, ut ^{5 5} حرامي *latro* ^{5 5} حرامية *Kos. chr. p. 74*, ^{5 5} السامرية *Samaritani*, ^{5 5} حشيشينية *Assassini* *Ros. anal. III. p. 15, 3*, ^{5 5} اموية *Omaijadae*, ^{5 5} صوفية *Çufii*, ^{5 5} mystici, ^{5 5} شيعية *Schiitae*, ^{5 5} الكوفيون *grammatici Cufenses*.

Si quae collectivi forma reperitur ad singularem ex 324 omnibus his expositis haud quadrans, ea ex alià quadam stirpe similis notionis derivata putanda est; id quod rarissi-

1) in ^{5 5} كسري *Cosroes* ^{5 5} اكاسرة notes a praepositum, quod in trilateralibus frequens (§. 310), in Aethiopismo omnino frequentissimum, in quadrilatero rarum est.

mum est, ut ^{حَسَنٌ} *pulchritudo* ^{مَحْسِنٌ} a ^{مَحْسِنٌ} *inusitato*;
^{حَاجَةٌ} *necessitas* ^{حَوَائِجٌ} (1) ex ^{حَاجَةٌ}. In ^{أَمْرًا} *foemina*,
^{نِسْوَةٌ}, ^{نِسْوَانٌ} et ^{نِسَاءٌ} *foeminae* radices duae diversae ita
 junctae sunt, ut illi collectivum, huic sing. perierit. Neque
 ex lege collectivi forma eadem est ac stirpis. In quadrilitero
 id raro ferunt ipsi flectendi limites, ut ^{عَجَاسِيٌّ} vel ^{عَجَاسَةٌ}
agmen camelorum in coll. ad eandem formam redit. Ex
 trilatero vero tot pullulant collectivi formae ut casu tantum
 et rarissime quaedam stirpis in colectivo ad eandem formam
 redeat, ut ^{هَجَاجٌ} *nobilis camelus* ^{هَجَاجٌ}.

325 Inter multa coll. trilatera grammatici Arabum quatuor
^{فَعْلَةٌ} ^{فَعْلَانٌ} ^{فَعْلَانَةٌ} ^{فَعْلَانَةٌ} nomine ^{جَمْعُ الْقَلْبِ} *plurales pauci-*
tatis distinxerunt, quae non adhibenda sint nisi de tribus ad
 decem usque, aliis grammaticis porro formas ^{فَعْلَةٌ}, ^{فَعْلٌ}, ^{فَعْلٌ}
 his adjungentibus; ceterae iis sunt ^{جَمْعُ الْكَثْرَةِ} *plurales*
multitudinis. Nec tamen id omnino verum est habendum;
 nam saepissime et illae formae numerum denario majorem
 notant. Ubi plures ex unâ stirpe usitantur coll. formae, non-
 nunquam id discriminis valet, ut formae illae pronunciationis
 levioris numerum minorem describant, ut ^{دَارٌ} *domus*, ^{أَدْوَارٌ}
 coll. pauc., ^{دَوْرٌ} Taal. n. 31 et ^{دِبَارٌ} coll. mult. Porro ex col-
 lectivis a praeposito formati saepe novum coll. quadrilite-

1) improbatum Haririo in Sac. anth. p. ٤٢.

rum prodit, numerum majorem notans, poetis tamen vel metri solius gratiâ licitum, ut ⁵فَعْلٌ ⁵opus, ⁵أَفْعَالٌ ⁵opera multa, varia Henz. fr. p. 77; ⁵قَوْلٌ ⁵verbum, ⁵أَقْوَالٌ ⁵verba multa, sermocinatio; ⁵أَعْدَاءٌ ⁵hostis, ⁵أَعَادَ Exc. Ham. p. 330; ⁵سَوَارٌ ⁵armilla, ⁵أَسْوَرٌ ⁵poetice; ⁵أَوَانٌ ⁵vas, ⁵أَنْبِيَاءٌ.

Ex quibusdam haud usitatur nisi collectivi forma derivata, ut ⁵أَحَادِيثٌ ⁵narratio (أَحْدَاثٌ).

Potestque omnibus collectivis denuo pluralis terminatio suffigi, eaque ut ex §. 304 intelligitur, necessario feminina, variis ex causis. Potest enim collectivum aliquod, quamquam per se plures res notat; res tamen *uni* tantum aptas designare, quae si ad plures pertinere dicendae sunt, pluralis terminatio accedit, ut ⁵سَرَاوِيَلَاتٌ ⁵braccae unius hominis, ⁵سَرَاوِيَلٌ ⁵braccae plurium; ⁵فَتْوَحٌ ⁵ex usu de *expugnationibus* unius terrae dicitur, ut ⁵فَتْوَحٌ ⁵Mصر ⁵expugnatio Aegypti, unde ⁵فَتْوَحَاتٌ ⁵generalius est *expugnationes* Not. et Extr. T. XI. p. 42. Porro ex colectivo certo sensu usitato pluralis vel dualis ita derivari potest, ut notio oriatur derivata et translata, ut ⁵بَيْوتَاتٌ ⁵domus, ⁵بَيْوتٌ ⁵familiae Sac. chr. 1. p. 122; ⁵رَسَائِلَاتٌ ⁵epistolae apostolicae, ⁵رَسَائِلٌ ⁵epistolaria; ⁵أَصُولَانِ ⁵fundamenta duo summa (theologia et jus) ex termino philosophico ⁵أَصُولٌ ⁵radices, *fundamenta* doctrinae. Denique in paucis pluralis terminatio ob notionis similitudinem cum formâ

collectivâ coaluit, ut ^{س و} ذَنْبٌ *peccatum* ^{د و} ذُنُوبٌ et ^{د و} ذُنُوبَاتٌ; ^{س و} طَرِيفٌ
via ^{س و} طَرِيفَاتٌ; ^{س و} جَزْرٌ *mactatum* ^{س و} جَزْرَاتٌ et ^{س و} جَزْرَاتٌ.

327 Ubi pluralis terminatio juxta collectivum quodcumque e lege formatum usitatur, ea grammaticis Arabum haud prorsus frustra paucitatem innuere sumitur; nam, si omnino discrimen faciendum est, collectivi est omnia uno complecti, pluralis singula plura notare, ut ^{س و} حَاجَةٌ *res una* ^{س و} حَاجَاتٌ *res plures*, pauciores, ^{س و} حَاجٌ (ex §. 295) *res omnino*. In pronomi- nibus et adjectivis fem. sing. collectivi vices explet, nec non in verbo, ad cujus constructionem eadem regula traducitur, ut ^{س و} أَرْبَعٌ ^{س و} خَلَوْنَ *quatuor (noctes) transiere* et contra ^{س و} أَحَدِي عَشْرَةَ ^{س و} خَلَتْ *undecim (noctes) transiere*. Cf. Hariri in Sac. anth. p. ٤٤٠. ٤٢٠. ٤٧٠.

328 Tantum ambitum usumque frequentissimum cum collecti- vorum formae breviores et concisiores nactae sint, pluralis terminatio §. 300 rara facta est. Neque invenitur nisi in formis certis, iis maxime e quibus coll. forma brevis haud facile derivari possit. Potiora haec veniunt notanda: 1) ex stirpium verbi derivatarum nominibus, participiis et infinitivis, coll. ob ipsam formationis difficultatem (§. 321) rarissime derivatur; frequentius ex inf. brevioribus et frequentioribus, ut ^{س و} تَرَكَيبٌ - ^{س و} تَرَكَيبٌ, et si quae in substantiva abierunt; 2) ob similem formationis difficultatem ex nom. diminuti- vis, ut vocalium distinguentium sonus maneat, coll. haud formatur, nisi forte unum alterumve in nomen fere pro- prium transierit, ut ^{س و} كَمَيْتٌ *equus spadiceus*. 3) porro nomina mediam rad. geminantia rarius coll. for- mant, adjectiva potissimum, ut ^{س و} صِبَادُونَ *venatores*, ^{س و} مَلَا حُونَ

nautae; طِبِيَّاتٌ *bona*, مَبِيَّنَاتٌ *manifesta*; خِصْمُونَ : خِصْمٌ 1).

4) omnino cum coll. sine generis discrimine ideam det abstractam, participia et adjectiva si de ratione praeditis adhibentur, quo actionis singulorum notio et generis discrimen magis eluceat, plerumque pl. terminationem habent, ut

أَخْرَجُوا *alii*, أَجْمَعُونَ *omnes* Sur. 43, 54. 58; خَصِمُونَ *litigantes* 57;

adject. formae قَتَلٌ *rarae* §. 239, ut مَالُونَ *divites*;

nec non عُرْيَانُونَ *nudi*, قَائِلُونَ *dicentes*. Eadem tamen

si in substantivorum vim transeunt, ut كَاتِبٌ *scriba*, collectiva potius formant, ut supra vidimus; unde nonnunquam

formatio est anceps, ut أَقْرَبُونَ *Kos. chr. p. 104* et أَقْرَبٌ

propinqui ex أَقْرَبٌ *proximus*. 5) porro ab adject. relativis

§. 259 saepe pl. derivatur, ut بَغْدَادِيُّونَ *Bagdadenses*; cf.

§. 322 sq.; 6) denique nomina et ea quae collectiva bene formant, pl. terminationem nonnunquam servarunt. Sed hic

notatu dignum, pl. fem. terminationem in singulis substantivis, praecipue nominibus unitatis (§. 295), multo esse frequentiore

quam msc., adeo ut paucissima tantum ex priscà linguà hanc servarint:

أَرْضُونَ *terrae*, أَهْلُونَ *populi* (Tebr. Ham. p. 65, 2)

عَبْدُونَ *servi*, quibus coll. etiam substitui possunt, عَالَمُونَ *mundi* et aeternitates ex ipso

عَالَمُونَ *domini* ex دُونِ.

1) ex مَبِيَّتٌ *mortuus* tamen etc. derivantur coll. مَوْتِي, مَوْتِي, quin

est e formà مَبِيَّتٌ.

329 Nomen proprium si in pl. dicendum est, id quod raro fit, pl. terminationem habet, ut مُحَمَّدُونَ *viri Muhammad dicti*. Ex duobus si constat nominibus statu const. (§. 335) junctis, prius tantum, ut per se ex constructione patet, numerum distinguit, ratione ceterum omnibus nominibus suetâ, ut أَبْنَاءُ أَوِي *hylax* (pr. filius clamoris) du. أَبْنَاءُ أَوِي, pl. quia fem. e sensu est nomen epicoenum ذَوَاتُ الْحِجَّةِ; بَنَاتُ أَوِي ut nomen mensis *femininum*, pl. ذَوَاتُ الْحِجَّةِ^١). In quibusdam tamen nominibus ex alterutro tantum nomine coll. formatum est; de quo lexica consulantur.

330 III. De nominum juncturâ et declinatione.

Priscam constat Semitarum linguam casuum nominis, quales indo-germanicae ingenium fert, prorsus esse ignaram. Hinc nomini pro diversâ in enunciatione integrâ notione et vi diversus locus tributus certis e legibus. Nam nomen in vocum juncturâ a nullo pendens (in casu recto, nominativo) semper ab initio positum; nomen huic oppositum (in casu obliquo) ei semper postpositum voci a quo logice penderet. Posterius hoc duplex. Nam nomen a nomine pendens (in genitivo) intime nomini priori ita subditum est, ut prius ad posterius tanquam complementum suum statim et necessario sine mediâ quadam voce secuturum properans brevius pronuncietur; unde prius nomen ante *genitivum* quem nos di-

1) nom. pr. ex integrâ propositione compositum, quia per se pro numero non potest variari, sine flexione manet, subjuncto كَلَامُ
 ambo ii ad du., et كَلَامُهُم ^{وَهُدُون} omnes ii ad pl. signandum. Tradunt grammatici posse quoque in ذُو i. e. articulo graeco sequenti genitivo praeposito numeri variationem indicari, ut G'auhari in Sacyi anth. not. p. 163.

cimus in *statu constructo* poni dicitur. Et nomen verbo vel toti enunciationi subditum (in *accusativo*), quanquam liberius per se stans, e lege tamen ante verbum vel enunciationem poni nequit. Ceterae autem nominis relationes quae ex hac positione nominativum, genitivum, accusativum suo modo distinguente haud possent perspicue exprimi, ut relatio quae nobis *dativus* casus dicitur, *praepositionibus* erant indicandae ¹).

Haec prisca linguae semiticae et nativa facies indolem ³³¹ suam totam in arabicâ dialecto tam parum mutavit, ut integra servata sit totiusque enunciationum structurae fundamentum. Nam nominum positio primum eadem mansit: nominativus ubi plura sunt nomina praemittendus, accusativus postponendus est, genitivus nunquam per se, ut ab initio enunciationis, sed semper nomini tantum vel quod ad idem redit praepositioni sine ullâ voce mediâ postponi potest. Quâ in re ingens quantum arabica lingua ab indo-germanicâ distat, quippe quae casus primitivos et multos habeat, qui quovis enunciationis loco dilucide possunt collocari. Deinde eadem causâ praepositionem vis et usus ob casuum defectum latissime patens in arabicâ dialecto mansit fideliter; neque est Arabibus dativus aliisque casus similis ortus.

Sed quanquam fundamentum haud est in dialecto cultis- ³³² simâ et uberrimâ labefactum: at multo tamen distinctiora omnia in eâ sunt facta. Nam vocalium nomina terminantium varietatem, quae oriri potest, satis magnam ad diversas, quibus nomen in enunciatione poni potest, rationes et notiones probe distinguendas traduxit lingua cultissima, ut omnino vocalium finalium varietas formarum notioni e juncturâ pendenti notandae inservit (§. 162). Atque sic *casus* orti sunt, si ita hanc pro nominis juncturâ diversam pronunciationem

1) cf. gr. hebr.

vocare lubet, a nostrae linguae casibus alienissimi. In formis nominum multis non sunt ita nisi *duo casus distincti: nominativus et casus obliquus*; hic vero in formis et frequentioribus et varietati aptioribus distinctius rursus in *accusativum et genitivum* (eâ quâ §. 330 diximus genitivi positione necessariâ) sese diremit; ultra tres autem casus tales distinguendos lingua secundum indolem suam §. 330 progredi haud poterat. Possisque casuum duorum declinationem apte *simpliciore*, alteram *perfectiorem* dicere.

333 Perfectior declinatio in *singulari* locum suum invenit, tum sueto singulari, tum fem. sg. ـة , tum collectivi formis similibus, cum collectivum per se sg. esse e §. 304 constet. Hae enim formae linguae frequentissimae sunt et maximam partem consonante forti terminatae. In his igitur nominativus vocali *u* distinctus est; *a*, qui in paucis, quae duos tantum casus discernunt formis, casus obliqui sonus est (§. 338), in perfectâ declinatione *accusativo* ita mansit, ut in genitivo pro eo *i* compareat. Atque ita duplex declinatio sing. ita habet: plurimae formae trium casuum sunt: *u* nom., *i* gen., *a* acc.; pauciores duorum: *u* nom., *a* cas. obl.

334 In *pl.* autem et *du.* semper simplicior declinatio casuum duorum regnat, pro terminationum indole variâ varie efformata: 1) fem. pl. ـات consonantem finalem firmam habet vocalium varietati maxime idoneam; igitur post *t* in nom. *u* est, prorsus ut in sg. §. 333, at in casu obliquo nunquam *a*, sed *i*, antecedenti scilicet à ex §. 156 bene oppositum. 2) sed in terminatione msc. pl. et du. cum ـن finale ut litera post vocalem longam admodum debilis et fluxa varietati illi notandae haud aptum sit, vocalis potius prior longa variata est. Scilicet in pl. nominativus hic quoque sono *u* distinctus est, ـون , casus obliquus sono *i* ـين ; in du. ـان

nominativum notat et ^و — casum obliquum (de *i* in ultimâ v. §. 156) ¹).

Sed huic pro casibus diversis vocalium variationi accessit distinctio terminationis nominum *plenioris* et *contractioris*. Pro juncturâ enim variâ nomen aut plenius et sonorius aut brevius et contractius in fine pronuciari potest; idque duabus ex causis diversis neque idem prorsus efficientibus:

1) nomen in statu constructo (ante genitivum) ob celerem ad complementum necessarium transitum rapidius pronucietur necesse est §. 330. Quae rapidior pronuciatio in ceteris quidem linguis semiticis magnas movet et difficultates et mutationes; in Arabismo ob vocalium constantiam et ubertatem uni legi constantissimae et facillimae obtemperat. Nam in terminationibus pl. msc. et du. ^و debile post vocalem longam ita in stat. constr. excidit, ut reliqua vox integra maneat. In reliquis, quae vocalis casuum mutationem post ultimam literam habent, haec vocalis si vox per se stat, plenius et sonorius cum sono nasali postposito seu *nunatione* (§. 81) effertur; qui ipse deest in statu constructo; ut nom. *أنا*, in st. c. *أ*. Quae levissima et constantissima mutatio reliquam vocem intactam sinit.

2) *articulus* ^و nomini cui praeponitur tam arcte inhaeret ut toni partem in se trahat et ob augmentum initio accedens finis vocis vicissim brevius et levius sonet; accedit quod nomen articulo junctum per se non adeo solitarie ponitur quam eo vacuum. Hinc eodem quo in st. const., modo

1) dialectos et linguam Arabum vulgarem comparanti patet, in his omnibus nominativi pronuciationem esse novam et sedulo distinctam. Nam in pl. msc. *in* (*im*) est terminatio hebr. aram. et arabismi vulgaris; in du. similiter *ain*. In sg. vocalis proxima esset à §. 71.

nunatio post articulum semper deest ¹), ut nunatio tantum nomen prorsus solitarie positum distinguat, ut الرَّجُلُ ^ر *ô avh̄o* et رَجُلٌ ^ر *avh̄o*. At eo usque non valet articuli vis ut ن e terminatione du. et pl. msc., ut in stat. constr. fit, auferat; id enim ad ipsam terminationem ex origine pertinet neque nunationis instar sonori tantum et plenioris exitus causâ adjectum.

337 Nunationem literâ quâdam in scripturâ haud exprimi supra jam §. 81 dictum est. Sed accusativi tamen terminatio *an* in scripturâ jam antiquissimâ vocali | in fine scriptâ distincta est, quanquam sola vocalis brevis *a* sine nunationis sono longiori non poterat per | scribi (§. 77) ²). Et accusativus potissimum ita quod dilucidius scriptus est, factum haud dubie inde quod cum nominativus semper praepositus, genitivus ex nominum juncturâ intimâ perspicuus sit, accusativus multo est difficilius sine scripturae ope dignoscendus, saepeque adverbiali usu adhibitus casus est gravissimus et qui distinguatur dignissimus ³). Etsi in term. sg. f. ^ا nunquam | scriptum est, scilicet ne ita pro ^ا mediâ in voce scribendum esset ^ا ex lege §. 62.

1) satis memorabile nobis prorsus similem esse nominis cum articulo juncti rationem: *Blinder, der Blinde*.

2) In solo nomine proprio ^ا *Amrun*, quo a ^ا *Omaru* distingueretur, scriptura vetus vocalium signorum ignara sonum pleniorrem *an* similiter per ^ا dilucidius expressit. In genitivo scriptura haec integra servatur ^ا *Amrin*; in accus. ^ا *Amra* sueta scriptio per | (sine ^ا) sufficit quâ a ^ا distinguatur.

3) hinc arabismus vulgaris ceteros casus ignorans accusativum tamen adverbialem et pronuunciatione et scripturâ servavit.

Sed singularis quoque, cui e regulà perfectior trium 338 casuum declinatio propria est, in formis nominibusque certis duos tantum casus distinguit, nom. per *u*, casum obl. per *a* §. 333. Quae simplicior in sg. declinatio iis propria mansit nominibus quae *nunationem* non habent; non habent autem quia aut justo longior in vocis fine visa est aut inutilis et superflua. Ea praeter term. fem. *ي*— omnino casuum ignaram §. 285 varias quidem complectitur formas et nominum genera; sed non omne hic regnat arbitrium; imo causae apparent universae quibus nunatio (nam ad hanc hic omnia redeunt) in iis omittenda videretur: 1)

1) nunatio omittitur ob vocalem *a* fortiolem praevisam, 339 quae tonum detinet; fitque id 1) continuo in collectivis quadriliteris, formae *قَتَالٌ* in quâ à illud secundae syllabae regnat, ut supra §. 315-17 in singulis omnibus semper observatur. — Si tamen contingat ut ob *ي* ultimam radicalem duae syllabae extremae brevius in unam coalescant (§. 102), vocalis ita oriens *t* nunationem potest recipere, ut *جَوَارٍ*, *أَغَانٍ* et alia supra §. 318 enarrata. Inveniturque frequenter haec formatio in appellativis nominibus, quae articulum frequentius patiuntur. Potest tamen et novo modo *i* sic servari, ut ante terminationem casus accedentem in semivocalem simul condensetur (§. 96), ut *عَدَارِي* *virgines* Kam. quam formam poetae novarunt. At si in fine *ي*— pronunciatur, quia feminini simul terminationis instar habetur, nunatio locum habere nequit. — 2) similiter post à terminationis fem. *ا* §. 285, cujus exempla plurima supra obvia fuere. — 3) in adjectivis formae *أَقْتَلٌ* omnibus §. 251 sq., quippe in quâ *a*

1) Arabum grammatici quantum in his hallucinentur et inaniter desu-
dent, v. in Sacyi anth. p. 96. et not. p. 235-8.

praepositum gravissimum et notione et tono; si tamen adjectivum ejusmodi obliteratâ formae memoriâ in substantivum totum abit, velut nomen animalis, in suetam declinationem

transire potest, ut ^{و-و-ع}أجدل et ^{س-و-ع}أجدل *accipiter*; ^{و-و-ع}أخبل et ^{س-و-ع}أخبل

picus; ^{س-و-ع}أرمل *viduus* f. ^{س-و-ع}أرملة neque ex origine¹⁾ neque ex

hac fem. formâ huc pertinet. — 4) in adject. formae ^{و-و-و}قتلان; nam in his quoque â fortius est ante terminationem, ita ut omnino hanc paullatim deteri et evanescere videas §. 287. 316.

18; quare adjectiva nunationis expertia simul in fem. et coll. formando terminationem abjiciunt. In quibusdam cum suetis fem. et pl. formis mansit in m. sg. quoque nunatio, ut

^{و-و-و}عربان f. ^{و-و-و}عربانة, pl. ^{و-و-و}عربانون. Quaedam fluctuantur, ut

^{و-و-و}ندمان f. ^{و-و-و}ندمي.

340 2) Nominum priorum magna pars nunationis experta est. Nam cum nomina propria pleraque articulo careant²⁾ quaeque eum tenent semper fere servant, neque ex more sueto in stat. constr. ea jungendi sit occasio: discrimen quod in ceteris nominibus nunationem oriri fecit et sustentat, in his cessat. Igitur nunatio in his oppositi sui experta paullatim perit. Possuntque genera hic nominum priorum distin-

gui: 1) in ^{و-و-و}أن exeuntia semper nunationis experta sunt, id quod amice cum eo conspirat quod §. 339 notatum est. —

2) nom. pr. feminina externa omnia, arabica quoque praeter ea

1) nam corruptum est ex ^{و-و-و}أجلان, rad. ^{و-و-و}أجل.

2) v. syntaxin. Inde vel in nominibus exteris syllaba *al* ab initio

omitti potest, quasi ea articulus sit arabicus, ut ^{و-و-و}الاسكندر

Alexander et ^{و-و-و}اسكندر.

quorum secunda rad. vocali vacua est, ergo in formâ arabicâ brevissimâ, haec enim nunationem et ferre et amittere pos-

sunt, ut ^ص_و مصر *Aegyptus*, ^س_قر Tartarus, at ^ه_ند, ^س_و Hind

femina; porro fem. omnia in ^ة— exeuntia, ut ^م_كة, viro-

rum etiam, ut ^ط_لحة; et fem. appellativa plurilitera, si in

nominum propr. vim transeunt, ut ^ع_قرب ex ^ع_قرب *scorpio*. —

3) nom. virorum pr. peregrina omnia, nisi quod de nom.

formae ^ق_تل idem valet quod de fem. hujus formae; nam

nunationem aut ferunt aut abjiciunt, ut ^أ_برهبم *Abraham*,

^د_ود David; ^ن_وح Noah لوط *Loth*. — 4) nomina pr. quae

verbi formae cujusdam externam faciem referunt, ut in fine

quoque vocali solâ adoptatâ verbo assimilentur, ut ^ش_مر, ^ض_رب,

quae demto μ finali perfectis similia, ^أ_حد, ^ب_زيد quae im-

perfectis. — 5) denique nomina virorum formae ^ع_مر Omar

et feminarum formae ^ق_طام. — Praeterea autem cetera etiam

nomina propria, quae nunationem tuentur, si ^أ_بن *filius* (§. 134) sequitur, ob faciliorem cum hoc juncturam eam omit-

tunt, ut ^ع_بد الله ex ^ع_مد (Not. T. 9. p. 82).

Nomen proprium ex integrâ enunciatione compositum, 341

ut ^ت_أبط ^ش_را, per se declinationem subire nequit. Nomina duo sensus incerti si nomen proprium constituunt, posterius solum declinationem, eamque ut ex §. 340 patet simplicem, ita recipit, ut prius in accusativo, id vero est nominis ad-

verbialis seu declinatione expertis casu praecedat, ut **بَعْلٌ بَيْكٍ**

Baalbec; cas. obl. **بَعْلٌ بَيْكٍ**; **حَضْرٌ مَوْتٍ**, cas. obl. **حَضْرٌ مَوْتٍ**

Had'ramaut. Potest tamen et utrumque status constructi ratione jungi, ut prius proinde (§. 344) tres casus recipiat, posterius jam necessario in genitivo sit, eoque declinatus, qui et

in priori est, perfecti, ut **بَعْلٌ بَيْكٍ**, gen. **بَعْلٍ بَيْكٍ**, acc. **بَعْلٍ بَيْكٍ**.

Ex quâ ratione in **مَعْدِي كَرِبٍ** *Ma'dikarib* posterius nomen nunationis est expertis eoque ipso genitivum in *a* format; nam et prius casus non admittit. Licet tamen ex priori ratione nominativum **مَعْدِي كَرِبٍ** efferre. Quae autem nomina

pr. in **وَيْدٍ** exeunt satis multa, ob terminationem peregrinam et singularem ¹) declinatum omnino non admittunt; nam *i* in fine non nisi pronunciationis arabicae causâ adjectum est;

ut **بَوَيْدٍ**, nom. grammatici celebris, **عَبْدُوَيْدٍ**, **عَمْرُوَيْدٍ**, **بَوَيْدٍ**, quanquam poetae declinatum perfectum novare possunt (§. 346). Raro et serius haec ita in arabicam terminationem transi-

erunt, ut femininis similia facta sonent **سَبَبُوَيْدٍ**, **عَبْدُوَيْدٍ**, quae duos casus recipiunt.

342 Denique nomina quaedam solitarii *adverbii* instar in enunciatione posita, quia semper sine articulo et nunquam in st. constr. obvia sunt, nunationem simili ex ratione ac nomina propria haud admittunt, ut 1) adverbia spatii, ut **بَعْدٌ** *post*,

1) persica videtur et ex origine relativa arabici **بَيْنِي** instar, quam dein et ad arabica nomina traducta; cf. Sac. anth. p. 50. 152.

postea; 2) in numerativis distributivis (§. 362), ut أَحَادٌ v.

مَوْحِدٌ unus unus, singuli.

Diminutivum ex his omnibus singularibus duorum casuum 343 factum et ipsum duorum casuum manet. Tamen diminutiva formae

فَعَالٌ numeralibus distributivis propriae cum contractionem

subeant, trium sunt casuum, ut أَحَادٌ ex أَحَادٍ.

Eadem tamen haec nomina, quae in sg. duorum casuum 344 esse vidimus, si in stat. constr. collocantur aut si articulum praepositum habent, id quod in primae tantum classis §. 339 nominibus e more continuo fieri posse patet, semper in formatione et positione novâ nominum trium casuum similitudinem ita sequuntur, ut acc. vocali *a*, gen. voc. *i* distinguant;

ut بِالْأَحْمَرِ per rubrum, بِعَمْرٍو per Omarum vestrum.

Ita hac quidem occasione una tantum omnium singularium (exceptis fem. ة — §. 285) fit declinatio perfectior; nempe jam cessat, quae nomina solitaria diremit, nunationis ratio. Atque omnino duorum in sg. casuum declinationem lingua haud valde amat.

Possuntque vel nomina propria nunationem eoque ipso 345 perfectiorem declinationem adoptare, si contra morem indefinita ponuntur, ut رِبُّ إِبْرَاهِيمَ رَابِتُّ saepe Ibrahimum quen-

dam vidi ¹); quanquam ea per se excipiuntur nomina propria, quae si appellativa essent, ex legibus §. 339 nunatio-

1) hic est sensus verborum Motarrazii in Sacyi anth. p. 96, 15: si quem vocas Lug'am (frenum) vel Firind (ensis), nomen declinatur (perfecte), quia nomina peregrina indeterminata exinde non habent quod declinationem impediat.

nem respuerent. Similiter differunt ^أأمس quae est vox sueta heri et ^أأمس indefinitius: die quodam recens praeterlapso; quanquam *i* vocis hujus proprie ad stirpem ipsam pertinet.

346 Denique adeo vicina sunt omnia duorum casuum nomina declinationi perfectae, ut poetae semper hanc debiliorem declinationem in fortiorem mutare possint et perfectiorem. Idque frequentissime fieri quaevis poetarum pagina docet. Contra perfectiorem declinationem in debilem mutare haud iis ita licet.

347 Grammatici Arabum nominativum appellant ^ررفع *elevatio* soni i. e. *o*, *u*; genitivum ^خخفض *depressio* seu ^ججر *infirmum* soni i. e. *i*; accusativum ^ننصب *erectio* i. e. *a*; cf. nomina similia §. 78. Patet nomina esse a declinatione singularis fortiori ut frequentissimâ desumta.

Jamque omnium conspectum exhibere tempestivum fuerit:

Status absolutus.

c. obl.	nom.	acc.	gen.	nom.	
أسود	أسود ²⁾	عَالِمًا	عَالِمٍ	عَالِمٌ ¹⁾	sg.
سوداء	سوداء	عَالِمَةٌ	عَالِمَةٍ	عَالِمَةٌ	— fem.

Status constructus³⁾.

acc.	gen.	nom.			
أسود	أسود	أسود	عَالِمٍ	عَالِمٍ	عَالِمٌ

Cum articulo.

الأسود	الأسود	الأسود	العالم	العالم	العالم
--------	--------	--------	--------	--------	--------

1) sapiens. 2) niger. 3) statum hunc statim sequatur genitivus
 necesse est, ut ^أعالم الأرض sapiens terrae.

Status absolutus.

c. obl.	nom.		c. obl.	nom.	
عَالَمِينَ	عَالَمَانِ	du. m.	عَالَمِينَ	عَالَمُونَ	pl. msc.
عَالَمَتَيْنِ	عَالِمَتَانِ	— f.			

Status constructus.

عَالِمِي	عَالِمَا		عَالِمِي	عَالِمُوا
عَالِمَتِي	عَالِمَتَا			

Cum articulo ut in stat. absol.

	c. obl.	nom.	
Status absol.	عَالِمَاتٍ	عَالِمَاتٌ	pl. f.
— constr.	عَالِمَاتِ	عَالِمَاتُ	
Cum articulo	عَالِمَاتِ	عَالِمَاتُ	

Praeter has nominis cum perfectâ enunciatione juncturas 348. varias nomen solitarie quoque in enunciatione pronuciari potest, ut vocando, condolendo, interrogando. De quibus dicendi formulis seu *interjectionibus* leges quaedam in lingua invaluere omnia subtilissime distinguente et exacte describente. Nam et interjectiones plures atque pro dictionis vi diversae ortae sunt, quibus ad vocativum signandum Hebraei prorsus carent, et ipsa nomina pro interjectionum varietate varie pronuciata.

1. Appellare aliquem v. vocare licet duobus modis. No-349 men licet simpliciter effari, praesentem scilicet vel quasi praesentem rectâ viâ alloquendo; aut oblique ad aliquem sermonem dirigere, eum innuendo et nutu appellando. Illâ ratione *nominativus*; hac *accusativus* vocativo inservit, qui

casus duo Arabibus acque atque aliis populis hunc in finem inserviunt. Quos quidem primum ita diversos esse posse patet, ut accusativo eum appellemus quem nutu significare placet, ut admirando, detestando fit. Sed deinde hoc quoque discrimen interest, quod accusativo tranquillior et sedatior inest appellandi vis quam nominativo rectâ viâ vocanti. Et ab hoc quidem potissimum discrimine proficiscens Arabum sermo nominativo non utitur nisi in sermone breviori, ubi *unum*

tantum nomen idque singulum appellandum est, ut *بَا زَيْبِرْ*

o Zobair! Henz. fr. p. 50. بَا نَبِيُّونَ o prophetae!

o vos homines! بَا سَمَاءَ o coelum! Si vero nomen in longiore est juncturâ, ut si substantivum sequitur in genitivo vel cum praepositione vel in accusativo alioque nexu interiore, semper accusativo utendum, ut *بَا بَنِي عَمِيْنَا o filij*

avunculi nostri! بَا عَمِدَ اللّٰهِ o Abd-allah! رَبَّنَا domine

noster! (v. de causâ §. 366) بَا خَيْرًا مِنْهُمْ o qui melior est

quam illi! بَا طَاعًا الْجَبَلِ o qui ascendis montem! Si nomen

in appositione vel adject. sequitur quae est junctura media, prius in nominativo pronunciatum appositio aut in nominativo aut in

accusativo sequi potest, ut *بَا مُحَمَّدَ النَّبِيِّ v. — النَّبِيِّ o Muham-*

hammad propheta! Quanquam et accusativus per se potest

poni in singulo nomine, ut *بَا رَجُلًا o virum!* Ceterum inter-

jectio *بَا* plerumque vocativum signat, ut post hanc articulus absit, cum appellare non possis nisi eum qui per se vocanti certus constat. Quod si articulum adjungere placet, ut in

بَا النَّاسِ homines adstantes, هَا ex هَا demonstr. (quicumque

hic sit,) vel despectus هَذَا hic interponitur, ut يَا أَيُّهَا النَّاسُ

o quicumque hic estis homines! يَا هَذَا الرَّجُلُ o hic homo!

o tu quem hic video. Potest tamen etiam يَا ubique omitti,

ut يَا بَنِي عَمِّنَا Ham. p. 54. يَا رَبَّنَا Sur. 40, 8. 9. 12.

cf. 41, 29. 44, 18. nisi ubi nomen appellativum ut نَبِيٌّ propheta singulum et sine articulo pronunciatum obscurum foret.

Hoc autem nominativo sic in compellatione rapidâ posito proprium est, ut quam brevissime pronuncietur. Hinc

nunatio semper reticetur, quo ipso vocativi fere forma peculiaris ita existit ut in linguâ indicâ, graecâ, latinâ litera s nominativi reticetur; porro vocalis i suffixi (§. 367) corripitur,

ut يَا قَوْمُ o popule mi! يَا رَبِّ domine mi! ¹⁾ et quaedam voces, nomina praecipue propria, ob usum frequentissimum

integram syllabam in fine abjiciunt, ut يَا صَاحِبِي pro يَا صَاحِ

o amice mi! يَا مَنْصُورُ o Mançûr! يَا مَرْوَانَ o Marvân! يَا سَعْدًا

o Sudd! pro يَا مَنْصُورُ etc.

1) Similiter يَا nonnunquam pro يَا in imperativo, qui omnino vocative

respondet, ut يَا أَتَّبِعُونَ Sur. 40, 39. 43, 59. 51, 56. Sed praeter

hanc causam haud licet i in fine in Y mutare, nisi quod Koranus saepius in fine versus ob rythmum finalem vocalem corripit ut 40,

6. 16. 33. 43, 26. 50, 13. 45 عِقَابِ poena mea; التَّنَادِ clamare

pro التَّنَادِي.

351 Sed ab alterâ parte nomen in fine sermonis prorsus solitarie positum et intentius prolatum vocali in fine fortius productâ et spiritu diductâ efferrî potest, ut يَا غُلَامِيَّةُ pro غُلَام *o puer mi!* unde in fine *dh* pronunciatur, ut يَا غُلَامًا v. غُلَامًا pro غُلَام ; cf. §. 85.

352 2. Lamentatio quâ quis lugetur interjectione أَ exprimitur, casibus iisdem sequentibus qui post يَا §. 349 locum habent. Nomen aut haud mutatum manet, aut sono *dh* in fine augetur, qui si longior est vocum junctura, ultimae voci accedit, ut وَ شَبَابًا (v. شَبَابًا) *eheu! juvenis!* Kos. chr. p. 60, 7; $\text{وَ عَبْدَ الْمَلِكِ}$ *eheu! Abdalmalek!* $\text{وَ أَمِيرَ الْمُؤْمِنِينَ}$ *eheu princeps fidelium!* Sed vocalis *i* v. *u* in fine vocis, si significationis causâ magis necessaria atque distinctior est, manere debet, in longissimum sonum producta, ut وَ غُلَامَهُو *eheu servus ejus!* ex غُلَامُهُ ; atque eadem vocalium *i*, *u* productio ubique licita est; à non potest nisi in *dh* produci, ut وَ غُلَامَهَا ex suff. fem.; ex مُوسَى *Moses* alii formant مُوسَا , alii مُوسِبَا . Nunatio ex quorundam grammaticorum mente servari potest, ut $\text{وَ غُلَامَ زَيْدَا}$ v. زَيْد - v. زَيْدِنَا - v. زَيْدِنِي *eheu servum Zaidi!* ¹)

353 3. Similis loquendi mos in interrogationibus abruptis, si quis mirando, stupendo, vel effatum alterius addubitando et

1) Gol. similia affert يَا هُنَوْنَا pl. يَا هَنَانِي du. *o feminas!*

improbando ea ipsa interrogans repetit quae stuporem moverint. Tum post interrogativum an et vocem aut singulam aut, si e re est, plures eâ ipsâ quâ in sermone obvia erant formâ repetitas *th* subjungitur, nunatione manente, ut si quis dicenti هَذَا زَيْدٌ *hic est Zaidus* respondet, nominativum servans أَزِيدِنِي , *Zaidusne? quid? Zaidusne?* et in accusativo dicenti رَأَيْتَ زَيْدًا *vidi Zaidum* respondet أَزِيدِنِي *quid? Zaidumne?* Vocalis autem vocem terminans producitur in longissimum sonum, aut *th* subjungitur post insertum *an*, quod est vehementius stupentis. Eadem vero dicendi formula ad quodvis aliud sermonis vocabulum transferri potest, ut si quis dicenti أَبِي ذَهَبْتَ *ego abii* respondet أَذْهَبْتَوُا *quid dicis? abii?* — أَنَا نِي *egone?* ¹⁾.

4. نَزَالٍ v. نَزَالٍ e stirpis formatione est infinitivus at. L ³⁴⁵ (§. 242), usu autem in interjectione tantum sine omni flexione servatum, ut vocalium in fine mutatio cessaverit. Rara haec forma infinitivi antiquioris (s. hebraici) *absoluti* vestigium habenda est, actionem totam cum vi efferens ²⁾, ut nobis *imperativum* ei substituere liceat, ut نَزَالٍ *descendere!* i. e. *descende, descendite* حَذَارِ *cave tibi* Ham. p. 29. Sac. anth. p. 97. Rarius etiam post يَا venit, ut gravis insit personae allocutio ex actione indolem ejus describens, ut يَا جَارِ *o scelus! o. e. o scelerate, sine generis discrimine.*

1) v. Sibavaihi descriptionem in Sac. anth. p. 163 - 165 et Zamakschari p. 118.

2) v. gr. hebr. or. p. 558 sq. min. §. 489.

366 IV. De nominibus numeralibus.

1. Numerorum cardinalium ratio in arabicâ linguâ hebraeae simillima mansit. 1) ^{أحد} *unus*, fem. ^{أحدِي}, de cuius formâ v. §. 288. Sed deinde nova forma ^{وَاحِدٌ} f. ^{وَاحِدَةٌ} ex radice cognatâ orta est, notionem *unius* paulo gravius effe-rens, ut innuatur *unus, singulus, nec plures, unicus*; unde simplicius ^{أحد} usum praecipuum in numeris componendis habet; porro ubi sine vi effertur *unus*, ut ^{مَا جَاءَنِي أَحَدٌ} *non venit ad me unus*, ullus, ^{أحد النبيين} *unus prophetarum*; at contra ^{مَا جَاءَنِي وَلَا وَاحِدٌ} *non venit ad me ne unus quidem*; v. quaedam in Sac. anth. p. 43. — 2) ^{اثنان} *duo*, f. ^{اثنان}, dualis flexionem integram sequitur; syllabae primae vocalis ^ت praeposita ex §. 134 sq.; fem. contractius quoque ^{اثنان} effertur, ex formâ cum ^{أبنة = بنت} *filia* comparandâ, usu tamen non nisi poetico ex vitâ vulgari sumto, ut Ham. p. 19. — 3) numeri ceteri ad denarium usque ex origine substantiva sunt cum term. fem., solique positi sine omni cum substantivo quodam nexu semper in hac fem. formâ obvii sunt, ut ^{ثلاثة نصف ستة} *tres sunt dimidium ex sex*. Hinc substantivis primitus in st. const. praeponendi sunt. Sed quia nomina haec in frequentissimo cum substantivis nexu adjectivorum sensum et vim induerunt saepiusque jam iis postponuntur aut, quod rarum, sine nexu praeponuntur, generis simul discrimen substantivis juncta sequuntur. Itaque proximâ formâ, id vero est, terminatione femininâ cum substantivis proximi generis i. e. masculini, et deinde ex opposito sine terminatione hac, quasi in sexu contrario, sub-

stantivis fem. junguntur; ut ^{ثَلَاثَةٌ} ^{بَنِينَ} v. ^{ثَلَاثَةٌ} ^{بَنُونَ}, raro

^{ثَلَاثَةٌ} ^{بَنِينَ} (substant. in accusat.) *tres filii*; ^{ثَلَاثٌ} ^{بَنَاتٍ} v.

^{ثَلَاثٌ} ^{بَنَاتٍ} *tres filiae*. Singula haec:

3	^{ثَلَاثَةٌ} ¹⁾	^{ثَلَاثٌ} f.	7	^{سَبْعَةٌ}	^{سَبْعٌ} f.
4	^{أَرْبَعَةٌ} ²⁾	^{أَرْبَعٌ} —	8	^{ثَمَانِيَةٌ}	^{ثَمَانٍ} ³⁾ —
5	^{خَمْسَةٌ}	^{خَمْسٌ} —	9	^{تِسْعَةٌ}	^{تِسْعٌ} —
6	^{سِتَّةٌ} ⁴⁾	^{سِتٌّ} —	10	^{عَشْرَةٌ}	^{عَشْرٌ} —

Plurales horum octo nominum numeros denarios expriment: ^{ثَلَاثُونَ} 30, ^{أَرْبَعُونَ} 40, ^{خَمْسُونَ} 50, ^{سِتُّونَ} 60, ^{سَبْعُونَ}

70, ^{ثَمَانُونَ} 80, ^{تِسْعُونَ} 90; ^{عِشْرِينَ} ultimum non 100 notat,

cui notando dudum radix peculiaris aderat, sed 20. Hi numeri plurales quanquam casuum vicissitudinem experiuntur, generis discriminis expertes sunt neque nexu interiori cum substantivo quod rem numeratam exprimit, sequente jungi possunt, ut hactenus statum constr. haud ferant. Praeterea stir-

pes linguae singulae duae sunt: ^{مِائَةٌ} *centum*; pronunciandum

1) scribitur quoque ^{ثَلَاثَةٌ}, ^{ثَلَاثٌ} v. §. 76.

2) *a* praepositum ex §. 282 sine vi; unde deest in derivationibus §. 359 sqq.

3) ^{ثَمَانٍ} ex ^{ثَمَانِيٌّ} §. 102 ortum ex ^{שְׁמֹנֶה}, cui fem. term. adaptata est. Raro demum ex ceterorum similitudine formatur ^{ثَمَانٍ}.

4) in derivatis, cum tres radicales postulentur, ^{سَدَسٌ} radix efformata est, ubi simul sonus *s* pro *t* ex antiquo sermone permansit.

māṭun, ut primitus ^{s. 2} مائة sonuisse, dein elisâ semivocali *j* in *māṭun* transisse putes¹); *du.* مائتان 200; pl. cum utriusque generis terminatione مئون, ميات, ubi plerumque *i*, quod alias ex veteri pronuntiatione mansit, omissum est, ut مئون من الناس *hundert von Menschen* Sac. anth. p. 183, 4 inf.; occurrit et rarius forma collectivi مائي, quae optimo jure ex ^{s. 2} مائة quod primitus fuit derivatur §. 309, 2. — ألف ^{s. 2} mille, msc. (cf. Sac. anth. p. 35), *du.* ألفان 2000; coll. ^{s. 2} ألفان et ^{s. 2} ألفان *millia.* مائة et ألف cum omnibus derivatis pleno substantivorum jure utuntur.

367 Ubi numero singulo praeposito quot sint centena vel millia significandum est, numerus is, modo omnino stat. c. patiat, nomini مائة et ألف ut aliis substantivis in stat. constr. praeponitur; et مائة quidem fem. numero fem. semper in sing. postponitur (rarissime مائة in pl. postponitur), ut ثلاث مائة vel ob usum frequentem unâ voce²) ثلاثمائة 300, أربع مائة 400 etc.; sed vocis msc. ألف collectivo generis numeri quod usu est msc. praeponitur, ut ثلاثة آلاف 3000,

1) Kam. scribit مائة, recte ad originem. Pronuntiationi *māṭ* consentanea prorsus est hebr. מֵאָה, מֵאָה. Sacyi formas مَائِي et مَائِي vereor ut sint verae.

2) causam malam quaerit Hariri in Sac. anth. p. 72.

200,000 مائتا ألف 100,000 مائة ألف 4000 etc. أربعة آلاف

300,000 etc. ubi vero singularis numero postponendus est. Pluralibus denariis quia nexum st. const. respuunt §. 356, nomen in accusativo postponendum, ut

20,000. عَشْرُونَ ألفا Cumque linguae nomen singulum numerum millenario majorem notans porro non adsit, decies centena millium (*millio*) similiter per ألف in stat. c. ante ألف

dicenda sunt, ut ثَلَاثَةُ الْآلِفِ ألفا ألف milliones duas, —

ثَلَاثَةُ الْآلِفِ ألف ألف ألف — mille.

In copulandis numeris unam summam efficientibus pluribus diversis haud unus cernitur ordo. Proximus hic, ut numerus minor praeponatur, semper 1) cernitur si numerus singularis a primo ad nonum denario jungitur; in qua junctura frequentissima duo numeri fere in unum coaluere, ut copula, nunquam interposita prius nomen et brevius semper in statu constr. efferatur, et sequentis numeri denarii arctissime juncti genus sibi subjiciat. Nam numeris generis, quod forma vel usum est, masculini nomen formae masculinae عَشْرٌ postpo-

nitur; contrariis nomen formae fem. عَشْرَةٌ. Qua ratione junctus numerus simul adverbii loco semper valet, ut flexio-

nis expers sit, nisi quod *du*. اثْنَا, f. اثْنَتَا longam suam terminationem sensu postulante in casum obliquum mutare potest. Unde eorum conspectus hic prodit:

11	أَحَدٌ عَشْرٌ msc.	أَحَدِي عَشْرَةٌ fem.
12	اِثْنَانِ عَشْرٌ — c. ob.	اِثْنَانِ عَشْرَةٌ اِثْنَانِي — c. ob.
13	ثَلَاثَةٌ —	ثَلَاثٌ —
14	أَرْبَعَةٌ —	أَرْبَعٌ —
15	خَمْسَةٌ —	خَمْسٌ —
16	سِتَّةٌ —	سِتٌّ —
17	سَبْعَةٌ —	سَبْعٌ —
18	ثَمَانِيَةٌ —	ثَمَانِيٌ — ¹⁾
19	تِسْعَةٌ —	تِسْعٌ —

2) iidem numeri simplices numero vigesimo ad nonagesimum usque semper intercedente copulâ و praeponuntur, ut

اِحْدُو عَشْرُونَ 21, سِتَّةٌ وَثَلَاثُونَ 36 etc. cum flexione perfectâ.

3) numeri centeni vel milleni si adduntur, ordo aut, quod proximum est, a minimo deinceps ad maximum adscendit, aut a maximo ad minimum, ut numeri tamen singuli denariis e lege alias constante praeponantur; utroque modo copula و continuo repetitur. — Si in numerorum maximorum serie millia plurima veniunt, اَلْفٌ vel اَلْفٌ اَلْفٌ perspicuitatis causâ continuo post numeros diversos repetitur.

359 2. *Numeralia derivata* arabicae linguae multo plura sunt quam ceteris.

1) id origine sensim plus obscurâ transit in ثَمَانِيٌ, ثَمَانِيٌ, ثَمَانِيٌ.

1) *Adjectiva* numeralia quae origine et vi sunt, vulgo *ordinalia* dicta, e numeris 2 - 10 formâ participii activi

§. 245 derivantur: ثَانٍ fem. ثَانِيَةٌ *secundus*; ثَالِثٌ *tertius*,

رَابِعٌ *quartus*, خَامِسٌ 1) *quintus*, سَادِسٌ 2) *sextus*, سَابِعٌ

septimus, ثَامِنٌ *octavus*, تَاسِعٌ *nonus*, عَاشِرٌ *decimus*, quae

fem. solitâ ratione formant. أَحَدٌ ^{s - ٤} *unus* in oratione definitâ

ceteris quae deinceps enumerantur numeris adjectivis oppositus potest et *primum* notare, ut in Sac. anth. p. 74; sed

distinctius huic notioni inservit اَوَّلٌ ^{و ٤} *primus* fem. اَوَّلِيٌّ ex §. 288,

pl. اَوَّلِيَّاتٌ, اَوَّلِيَّةٌ, اَوَّلِيٌّ, quarum formarum ultima ex fem. re-

petita est; similiter اَوَّلٌ ^{و ٤} fem. ex §. 309, 2. Id nomen primi-

tus haud dubie superlativi formam sequitur, ut *primus*, πρῶτος, sansc. *prathamas* etc. 3). Quâ quidem ex origine

1) raro brevius خَامٍ, sine nunatione خَامِي.

2) raro سَاتٍ, سَادٍ, sine nunat. سَائِي, سَادِي, quae numero cardinali سِتٌ similiora videntur.

3) radix si est اَوْلٌ = اَوْلٌ, ex اَوْلٌ oriundum putandum est.

Sed Arabum grammatici uno ore radicem esse jubent اَوْلٌ = اَوْلٌ eodem sensu *anteriorem esse*; idque penitius inspectum verum esse puto. Nam potest et اَوْلٌ ^{و ٤} *au'alu* ex §. 118 in *avvalu* transire

cogitari; fem. autem quod ex hac radice proprie اَوْلِيٌّ ^{و ٤} *wula* foret, ob soni facilitatem (cf. §. 112 not.) in *'ulla* migrare potuit. Hinc

iidem Arabes grammatici exactius اَوْلِيٌّ ^{و ٤} scribendum *vsse* autumant,

scilicet ex اَوْلِيٌّ ^{و ٤} ortum.

§. 339 nomen est nunationis expers, quae ipsi virtus mansit adjectivi loco juncto; sed si solitarie ponitur, nunationem habet, ut ^{هَذَا} ^{أَوَّلُ} *hic est primus*, ^{أَوَّلًا} *primo* adverb. “). Eodem modo numeralia haec simplicia in juncturâ cum numero denario arctâ §. 358 formantur, manentque quae hanc juncturam distinguunt reliqua omnia, ut ^{ثَانِي} ^{عَشْرَ} *duodecimus*, ^{ثَانِيَةَ} ^{عَشْرَةَ} *duodecima*, ^{ثَالِثَ} ^{عَشْرَ} *tricesimus* etc. estque hic ex ^{أَحَدٍ} ^{أَحَدِي} quoque formatum ^{عَشْرَ} ^{حَادِي} *undecimus*, ^{عَشْرَةَ} ^{حَادِيَةَ} *undecima*. Haec junctura, ut in numeris cardinalibus, flexionis est expers, nec nisi articulo accedente prior numeri compositi pars casuum adipiscitur vicissitudines.

Quibuscum iidem numeri ^{حَادِي} etc. ante numeros denarios plurales, sed sine nunatione, semper usurpari possunt; at ipsi plurales hi una cum omnibus reliquis numeralibus formam hanc nondum induerunt, ut ex nexu tantum, aut, si singuli ponuntur, ex articulo praeposito hac vi praeditos dignoscere possis, ut ^{رَابِعَ} ^{وَسِتُّونَ} *sexagesimus quartus*; ^{العِشْرُونَ} *vigesimus*. Omnino numeri cardinales ut propiores saepius pro ordinalibus ponuntur, ut tamen haec vis ex nexu eluceat, velut in annorum et dierum computatione: ^{فِي} ^{سَنَةِ} ^{خَمْسِ} ^{وَسِتِّينَ} *anno 65*.

360
†

2) Sed adjectiva relativa quoque licet derivare ex numeralibus omnibus terminatione ^ي §. 259-63. Ea rarissime obvia sunt seriusque orta, ut si ex nomine vel cognomine

1) hoc discrimen v. in Kam. p. 1558 et iisdem fere verbis utentem G'auhari in Sac. anth. p. 471.

quod quis e numero quodam nactus est, adjectivum derivandum venit. Derivandi lex eadem quae in omnibus his ad-

jectivis valet: ex اثنان^ص oritur اثني^ص vel potius ثنوي^ص; terminatio

fem. perit, unde ex اربعة^ص: اربعي^ص etc.; ex nomine composito

cum pars tantum distinctior maneat, numeri 11-19 priorem tantum sui partem derivationem subire sinunt, ut in eâ nomina haec composita a simplicibus dignosci nequeant, velut

ex اثنا عشر^ص 12: ثنوي^ص; e denariis pluralibus, ut ex عشرون^ص

20: عشروني^ص, vel terminatione expulsâ عشري^ص; ex مائة^ص: مئوي^ص

الف^ص: الفئي^ص; ex مئوي^ص.

3) Substantiva partem exprimentia formam قَتْبِلٌ in-361

duunt, ut ثَلِيْثٌ *tertium* i. e. *tertia pars rei*; vel formam

قَتْلٌ et diductius قَتْلٌ, ut ثَلْتٌ, سدس *sexta pars rei*, cf.

hebr. קַבֵּל; collect. ex omnibus formae اَقْتَالٌ. Cf. Hariri in Sac. chr. 3. p. 197.

4. Numeri distributivi vis ex antiquae quidem linguae indole numero eodem bis posito significari potest, ut repetitio numeri eodem partis numero totam copiam continuo divisam

esse cogitandam dicat, ut اثنانِ اثنانِ *singuli*, واحدٌ واحدٌ

bini; sed forma huic partis (vel partitionis) per totam copiam

continuae notioni peculiaris orta est قَتْلٌ, ex illo قَتْلٌ

§. 361 vocali à aucto, ut اَحَادٌ اَحَادٌ (vel وَحَادٌ) *singuli*,

ثَنَاءٌ ثَنَاءٌ *bini* ^١); inservitque huic usui et forma مَوْحِدٌ (singulus factus, sumtus) vel مَوْحِدٌ; quae adverbiorum instar usurpata nunationis expertia sunt ex §. 343. Adjectivi terminatio ^٢ هِـ huic partitivo numero addita adjectiva format latinis in *-plex* paria, ut رَبَائِيٌّ *quadruplex*, velut versus ex quatuor constans partibus; ثَنَاءٌ *duplex*; similiter مَثْنَوِيٌّ *distichon*.

363 5) *Stirps* قَتْلٌ ^{٣٠} numerum quandam temporis spatii continuo redeuntem complectitur, ut ثَلَاثًا vel اَلثَّلَثُ *per quodvis triduum*, v. *trimestre*, v. *triennium*; cumque quale spatium cogitandum sit facile e nexu eluceat, raro diei, mensis, anni denotatio adjicitur.

مَرَضٌ, pass. مَرَضِيٌّ; III act. مَرَأِيٌّ pass. مَرَأِيٌّ; IV act. مَرَضٌ pass. مَرَضِيٌّ etc.; infinitivi V et VI vocalem *a*, cum sonus ي tertiae rad. potior sit, huic assimilant, ut V تَرَضِيٌّ VI تَرَضِيٌّ ex تَرَضِيٌّ.

Porro in collectivis, quae hujus ditionis sunt, omnibus flexio a rad. ي aequâ ratione descendit, ut

مَرَضٌ, pass. مَرَضِيٌّ; III act. مَرَأِيٌّ pass. مَرَأِيٌّ; IV act. مَرَضٌ pass. مَرَضِيٌّ etc.; infinitivi V et VI vocalem *a*, cum sonus ي tertiae rad. potior sit, huic assimilant, ut V تَرَضِيٌّ VI تَرَضِيٌّ ex تَرَضِيٌّ.

1) fem. ex his ut ex omnibus in *i* exeuntibus حَفِيْفَةٌ. Sed pro eo in

dialectis et raro apud poetas occurrit et حَفَاةٌ, vocali *a* inimicum

i pollente. Similiter pass. بِنَاتٌ f. بِنَاتٌ pro بِنَاتِيٌّ, بِنَاتِيٌّ cf. Tebr.

Ham. p. 77.

docent; quâ in formatione idem و sono sequentis ي assimilatur vel ubi in radice primitus و est, ut عَصَا coll. §. 310, 2. (ادِلُّ — دِلُو, اعِصُّ). Cf. §. 416. — Occurrit et ي in substantivis simplicibus a verbis intransitivis derivatis, ut بَلُو attritio a بَلِي r. بَلُو.

403 Duo hinc apparet esse flexionis genera, alterum nominum in â, alterum in î exeuntium. Vocales in fine longae nunatione accedente correptae sunt, ut sonus ita oriens in sine ي scribatur (§. 103); quae omissi ي causa per se cessat ubi in statu constr. vel post articulum nunationi nullus est locus. Sonus an autem haud omissâ literâ vocali scribitur, عَصَا, بَكِّي; similiter enim accusativi terminatio sueta literâ ا scribitur (§. 337), refertque et illa flexio accusativi simul formam. Nam in nominibus in â exeuntibus casus omnes eodem redeunt, sono â quamvis vocalem brevem sequentem absorbente; sed nomina in î exeuntia, cum in nom. et gen. ejusdem sint necessario soni, accusativum tamen ob vocalium inimicarum i - a concursum distinguere coguntur (§. 102). Unde flexionis sing. hic conspectus:

Fem.	Stat. const. et cum artic.			Stat. absol.		
	acc.	gen.	nom.	acc.	gen.	nom.
عَصَا	عَصَا	عَصَا	عَصَا	عَصَا	عَصَا	عَصَا
مَرْضَاة	مَرْضِي	مَرْضِي	مَرْضِي	مَرْضِي	مَرْضِي	مَرْضِي
مَرْضِيَّة	مَرْضِي	مَرْضِي	مَرْضِي	مَرْضِي	مَرْضِي	مَرْضِي

Nec licet ab accusativi مَرْضِي formâ distinguendâ discedere nisi forte ob rythmi finalis necessitatem apud sequiores po-

1) notat tamen Kam. أحسوة et أحسبة coll. §. 309, 3 a حسوة

(haustus).

tissimum scriptores , ut ثَانِيًا pro ثَانِيًا Sacy chr. I. p. 175, 13. Sed poetae contra ob metrum formas in prosâ semper contractas nonnunquam in plenas resolvunt, ut وَادِي gen. pro وَادٍ Koseg. chr. p. 76, 2 (sic ibi legendum).

Ejusdem omnino flexionis sunt nomina similis terminationis vocalis, etsi haec ad radicem non pertineat. Terminatio fem. ي — à §. 285, quae ex antiquo ae, é originem duxit, nunationis expers casus eâdem prorsus ratione haud distinguit; et collectiva formae عَدَارٍ §. 318 - 320. 339 flexionem hanc totam sequuntur, nisi quod in accus. عَدَارِي nunationis sunt expertia. Nam nunatio eis non accedit nisi ubi syllaba ultima e contractione necessariâ periit, in nominativo igitur et genitivo; ut in accusativo forma illa ex origine primitiva maneat.

Terminatione pl. *ûna, tna* accedente sonorum contractio 405 oriatur necesse est: *a-ûna* in *auna*, *a-tna* in *aina*, ut مَرَضِي: مَرَضُونَ, cas. obl. مَرَضِي; *i-ûna* in *ûna*, *i-tna* in *tna*, ut مَرَضِي. Sed vocalis à terminationis dualis et fem. plur. cum haud possit cum vocali praeviâ coalescere, semper ita secernitur, ut inter utramque vocalem semivocalis pronuncietur; estque ea eadem quae in sing. sive ex origine sive ex permutatione, quanquam muta, adfuit, ut ex عَصَا du. عَصَوَانٍ, عَصَوَيْنِ; ex fem. غَزَاةٌ a rad. و pl. غَزَوَاتٌ; ex مَعْنِي *sensus* du. مَعْنَبَانِ Sac. anth. p. 85, 3 inf.; ex مَصْطَفِي *electus*, quamquam ex radice و est, du. مَصْطَفَيَانِ, pl. f. مَصْطَفَيَاتٍ; ex fem. مِرْقَاتَةٌ pl. مِرْقَبَاتٍ; ex دَاعٍ

et ceteris ita terminatis du. دَاعِبَانِ , دَاعِبَيْنِ , pl. f. دَاعِبَاتٌ ; raro soni commutantur, praecipue ita ut و in ي transeat, ut a رِضًا , pl. رِضَوَاتٌ et رِضَيَاتٌ . — Ejusdem flexionis sunt cetera nomina quibus ي suffixum est, ut حَبْلِيٌ *gravidā* plur. حَبْلِيَّاتٌ , (1) حَبْرِيٌ *vulnus* pl. حَبْرِيَّاتٌ ; in nonnullis longioribus vel nominibus propriis grammatici vocalem finalem elidi posse statuunt, ut a مُوسَى *Musa* (Moses) pl. مُوسُونَ e lege, مُوسِيٌّ vel vocalis primitivae *ae* vestigio manente مُوسِيٌّ .

- 406 2. Vocalis *longa* ex §. 108 immobilis manet; sed syllabarum conformatio varia est: 1) post *d* و et ي in fine vocis vocali brevi pronunciata eliduntur (v. §. 108, 1), quae pronunciatio in his radicibus ob usum frequentissimum perpetua facta est, ut سَمَاءٌ *coelum* e rad. سَمَوٌ , كِسَاءٌ *indumentum* e r. كَسَوٌ , بَكَاءٌ *fletus* e r. بَكَى , et omnes infinitivi stirpium derivatarum, quae à in penultimā tuentur, ut st. IV. اَرْضَاءٌ , X. اسْتِرْضَاءٌ ; quae voces in linguā vulgari, omissis vocalibus finalibus et proinde spiritu | has secernente, simplici à سَمَاءٌ efferuntur, id quod poetis quoque praecipue in rythmo finali haud raro usitatum est (2). Feminina substantiva, quae plurima in hac abstracti formatione per se oriuntur, ante *ae*

1) in f. قَتْلِيٌّ a masc. قَتْلَانٌ §. 287 haec formatio haud occurrit, cum à hoc in fine e terminatione *dn* decurtatum primitivum aequè ex *ae* ortum sit.

2) sed in Corano, cum à literā | haud scribatur (§. 76), scribitur potius بَلَوٌ (بَلَوٌ) Sur. 44, 33.

ultimam radicalem ex origine servant, ut عَشَاوَةٌ tegumentum

e r. غَشُو fastigium e r. نَهِي, quanquam nonnunquam

و in ي transiit, ut نَقَاوَةٌ et نَقَايَةٌ pars selecta e r. نَقُو; pauca

masculini formationi similia sunt, ut عَبَايَةٌ et عَبَاةٌ i. q. عَبَاةٌ tegumentum. Sed terminationes du. et pl. a singulari propius pendent, ut haud raro spiritus servetur, praecipue in

duali, ut كِسَايَانٍ a كِسَاءٍ; in plerisque autem semivocalis و,

raro ي inter duas vocales longas sese ingerit, ut semper

dicitur كِسَاوَاتٍ coeli; du. كِسَايَانٍ raro كِسَايَانٍ. Ante suffixa

vocalem brevem u v. i post à literà و v. ي scribi posse, §.

116 notatum est, ut ex كِسَاءٍ cum suff. هُم nom. كِسَاوَهُم

gen. كِسَايِهِم acc. كِسَاءَهُم; ante suff. minora tamen, ut هُ,

saepius vocalis ut in fine vocis haud scribitur: كِسَاءُهُ. —

Ceterum ejusdem flexionis est terminatio fem. آء §. 289 et

nomina alia similis terminationis §. 426, ut حَمْرَاءُ nom. pr.

du. جَرَّانٍ v. جَرَّانٍ; خَضْرَاءُ viride pl. خَضْرَاوَاتٍ; ex عَشْوَاءُ

lusciosa tamen melius dicitur عَشْوَانٍ ob و praecedens.

2) ù vel î e formae vi in penultimâ pronunciandum sem-406
per in sequentem semivocalem ita diffluit ut sono vocali cor-
repto haec geminetur (v. §. 108, 2); و autem et ي ex ori-
gine radicum adsunt, ut part. pass. st. I مغزوء مغزوء

adject. ^سسوي ^اaequalis ex ^سسويي , nom. abstr. §. 241 ^{دو}دنو ex

^{دو}دنو *prope esse*. Diversis sonis *u* et *i* concurrentibus sonus

i manet tam in semivocali quam vocali, ut ^سسري *nobilis* ex

^سسريو *projectus* ex ^سسرموي ; multo rarius contrarium

evenit, imprimis ubi vocalis *u* vis potior est; ut in adjectivo

^سسقول in substantivum transeunte §. 244 ^{دو}دنهو *cohibitor* a ^سسهي .

Et contrario satis saepe nec radicis nec formae origine postulante و geminatum in ي transiit: in part. pass. st. I. tum potissimum, cum و in verbi flexione jam in ي mutatum est, ut

^سسوي ex ^سسويي , raro autem ^سسويي e ^سسويي ; in abstracti formâ

^سسويي *satis frequenter utrumque usitatum est*, ut ^{دو}دنو et ^سسويي

exorbitare, in collectivi formâ ي etiam frequentius est, ut

^سسويي a ^سسويي , ^سسويي a ^سسويي ; forma abstracta ^سسويي §. 245 voca-

lis *u* tenacior est, quanquam neque hic transitus ille deest, ut

^سسويي et ^سسويي , ^سسويي et ^سسويي . In his post *u* in *i* versum

praecedens quoque *u* in *i* verti potest (cf. §. 156), ut ^سسويي ,

^سسويي , ^سسويي .

- 407 Infinitivus st. II. hic non formam ^سسويي sequitur, sed hanc terminatione femininâ auctam, ut vocalis antepenultima e lege §. 162 corripiatur, ut ^سسويي , ^سسويي . Succrevit autem his stirpibus perpetuo ¹) haec feminini terminatio, quo

1) certe poetae tantum rarissime formâ apertâ utuntur.

fortius vox in consonantem stabilem exeat; quà ex ratione aliis quoque harum radicum substantivis derivatis terminatio haec, cum notio eam fert, solito frequentius suffixa est, ut substantivis loci, ^{س-و-و}مرقاة *locus ascensus*, et instrumenti (ubi forma ^{س-و}مفعال fere tota deest) ^{س-و}مرقاة *scala*.

3. Secundà radicali mutà ultima vocalem ferens semper 408 consonantis vi pronuncietur necesse est; servaturque semivocalis quae ex origine adest sonus. Ita 1) in nominibus st. I. simplicibus, ut infinitivis ^{س-و-و}عزو, ^{س-و}رسي, fem. ^{س-و-و}حلوة *dulcitas*, ^{س-و-و}رمة *jactus unus*, ^{س-و}قدية *redemptio*; raro و in ي transiit, ut ^{س-و}قنوة et ^{س-و}قنبية *fistula*, sed de collectivis v. §. 416. — 2) fem. adject. formae ^{س-و-و}فعلية, ^{س-و-و}فعلية, ut ^{س-و-و}اقتي *hastatus* f. ^{س-و-و}قنواء, ^{س-و-و}احلي *dulcior* f. ^{س-و-و}حلوي, ^{س-و-و}حزبان *pudibundus* f. ^{س-و-و}حزبا. Sed hic notabile invaluit substantivi aut ex adjectivo prodeuntis aut similiter terminati discrimen ex ultimae radicalis, quae hic facile accedit, variatione: in substantivis formae ^{س-و-و}فعلية ultima rad. و in ي transiit, ut ^{س-و-و}دنبا ¹⁾ *mundus* (proprie *vita propior*, praesens), ^{س-و-و}علبا *coelum*; contra in substantivis f. ^{س-و-و}فعلية vel ibi و inductum est ubi ex origine non adest, ut ^{س-و-و}دعوي *quaestio* a ^{س-و-و}دعو, ^{س-و-و}تقوي (§. 280) a ^{س-و-و}تقي. Similiter substantiva abstracta ^{س-و-و}فعلان *sonum* و *adamant*, ut ^{س-و-و}رضوان *acquiescere* a ^{س-و-و}رضو, ^{س-و-و}عنوان *ra-* ^{س-و-و}rius *titulus* a ^{س-و-و}عني.

1) nomen hoc originis femin. paene oblitum in stat. abs. vel دنبا^{س-و-و} sonare posse docet Kam.

409 Sed inter substantiva simplicia haud pauca sunt quae ultimam radicalem tenuem lapsu temporis amiserunt, ob flexionem peculiarem notanda. Plurima ex antiquâ linguâ semiticâ servata extra arabicae flexionis ditionem sunt, singularia quoque et radicum suarum ignara. 1) Pauca tantum substantiva *masculina* decurtata sunt. Ex his quae primam radicalem vocali *i* (*u*) eloquuntur eam subeunt pronunciationis mutationem, ut tonus a fine sursum nitens divulsâ syllabâ priori debilem illam et instabilem vocalem *i* voci iterum quasi supplementi instar praemittat: ^س ^و ^أبن *filius* ex ^س ^و ^بني, vocali initiali Veçlae subjectâ §. 134, coll. ^س ^و ^أبنا^١); ^س ^و ^أسم *nomen* (cognatum cum v. ^س ^و ^أسم *altum esse*, ut denotet simul clarum, notum, obscuro et profundo oppositum) cl. ^س ^و ^أسم^٢); ^س ^و ^أست *nates* (prop. fundamentum; e rad. ^س ^و ^أست = ^س ^و ^أست ponere), et du. ^س ^و ^أثنان *duo* §. 355. Femininum aut ex ^س ^و ^أبن hoc ipso suetâ ratione derivatur ^س ^و ^أبنة *filia*, quae est formatio bene arabica, aut in antiquâ formâ breviori et hebraismo simili mansit ^س ^و ^أبنت = ^س ^و ^أبنت ex ^س ^و ^أبنت; neque haec forma usitatur nisi poetis frequentius; pl. et msc. et fem. semper in formâ per-

1) grammatici Arabum, ut omnino circa vocum harum singularium etymologiam plerumque errant, ^س ^و ^أبن ortum putant ex ^س ^و ^أبنو vel ^س ^و ^أبني. Sed longiorem hanc formam cur primitus adfuisse putemus causa non occurrit, nisi quod collectivi forma ^س ^و ^أفعال e ^س ^و ^أفعل potius emergit. At fortior haec coll. forma in stirpibus radicum infirmarum frequentior est §. 310.

2) Kam. qui ex ^س ^و ^أسم ortum putat, formas raras affert ^س ^و ^أسم, ^س ^و ^أسم, ^س ^و ^أسم. Radix neutiquam statuenda est ^س ^و ^أوسم; haec enim serius formata est.

mansit antiquà بَدُونٌ , بَنَاتٌ , بَدِينٌ ex بَدُو . — Contra vocalis *a* primae radicalis stabilis est, ut غَدٌ cum articulo الغَدُ mane, cras ex غَدُو ; يَدٌ manus coll. أَيَدٌ .

2) Facilius et frequentius substantiva *femininae* terminationis elisà semivocali inter duas syllabas medià mutationem hanc experiuntur. Ita حِطَّةٌ portio ex حِطْوَةٌ , unde coll. jure formatur حِطًّا (§. 309, 2) et حِطًّا ; أَرِيٌّ focus a ر. أَرِيٌّ , aculeus cll. حِجِيٌّ ex حِجِيَّةٌ , كُرَّةٌ globus a ر. كُرٌّ ; multa quae in primà syllabà *a* tenent ex antiquitate originis suae ignara manserunt: سَنَةٌ annus (dictus ab *iterando*, in gyrum eundo, ر. سَنِيٌّ), شَفَّةٌ labium, أَمَةٌ ancilla, ضَعَّةٌ arundo quaedam. Ex his multa terminationem plur. رُنٌ alias raram factam (§. 328) ex antiquitate servaverunt; semper dicitur ita سَنُونَ anni, أَرُونَ foci, كُرُونٌ globi, عَضُونٌ arbores spinosae ا عَضَّةٌ (يَطُّ), in aliis utriusque sexus terminationes licitae factae sunt, ut ex قَلَّةٌ (signa duo quibus pueri ludunt) قُلُونٌ et قِلَاتٌ, ex عَزَّةٌ coetus عَزُونٌ et عَزَاتٌ coll. عَزِيٌّ, in aliis fem. terminatio sola invaluit, ut حَاتٌ

1) pauca in sg. longiora idem sequuntur, haud dubie quia antiquitas

forma sg. brevior aderat: أَضَاةٌ stagnum pl. أَضَاةٌ , أَضَاوَاتٌ , أَضَايَاتٌ , sed et أَضُونٌ , أَضَاتٌ ; similiter قَنَاةٌ hasta.

aculei. Sed in hac novâ formatione nonnunquam plena radicis mensura denuo ita se ingerit, ut ante terminationem و audiatur, ut ^سأموات ^سancillae; a ^سهنة ^سres ^س1) هَنَات et rarius ^سهنوات (cf. Tebrizi ad Ham. p. 175), ^سضعات - ^سضعة; ^سضعات et ^سسنوات ^سanni. — Similiter formata sunt du. ^سكلان stat. constr. ^سكلا fem. ^سكلتا cas. obl. ^سكلي, ^سكلتي ^سambo, *uterque* in statu constructo usitata.

411 3) Singulare quid nominibus accidit paucis ^سأب ^سpater, ^سأخ ^سfrater, ^سحم ^سsocer, quae nomina familiae antiquissima similibus sunt flexionis et originis, et ^سهن. Haec primitus in fine vocalem longam ô, ù habuisse omnia monstrant vestigia. Sonus hinc ortus tertiae radicalis in statu absoluto, quod idem nominibus modo §. 409 explicitis accidit, amissus in statu constructo ex antiquitate servatus est. Sed si lingua semitica antiqua vocalem tantum longam in fine servavit, ut hebr. אָבִי, arabica contra, quae est singularis ejus indoles, casus nominum distinctura hanc ipsam vocalem longam pro eo, quod in omnibus reliquis nominibus obtinet, casuum et vocalium casus tres distinguendum discrimine (§. 333) ita varia-

1) rem *levem* potissimum et despectam denotat, ut scholiastae saepius monent. Videtur radix cum ^سهان = ^سهون cohaerere, ut proprie *leve*, aliquid dicat; cf. ^سهن §. 411 quod arctius de pudendis dicitur. — Ceterum Arabum grammatici in nominibus ejusmodi plurimis terminationem fem. non nisi supplere et resarcire putant tertiam radicalem amissam, ut ^سأري ex ^سأرة; sed hoc non nisi ad terminationem pluralis *una* explicandam sumsisse videntur, quanquam non negandum est, femininum in his nominibus brevioribus e causâ §. 407 dictâ frequentius esse.

vit, ut in nominativo tantum ù permanserit, in gen. autem sonus vocalis longae in î, in accus. in à transierit. Eandem flexionem praeter quatuor illa substantiva passa est vox ذُو, quae ex origine eadem ac pronomen demonstrativum, sed nominis vi substantivo rem exprimenti in genitivo annexo praeposita eum breviter notat nescio quem, qui hujus rei est, s. ad eam pertinet, eam possidet, ut ذُو قَرْنَيْيَ *ὁ διούιν κερύτιον*, qui est duorum cornuum, qui duo habet cornua ^{u. u.}), gen. ذِي قَرْنَيْيَ, acc. ذَا قَرْنَيْيَ. Simile praeterea فَوْس v. infra. — Oritur hinc substantivorum istorum quatuor flexio haec:

acc.	gen.	nom.	
أَبَا	أَبٍ	أَبٌ	in statu absol.
الْأَبَ	الْأَبِ	الْأَبَ	cum articulo.
أَبَا	أَبِي	أَبُو	in statu constr. ²).

Suffixa his iisdem status constructus casibus succedunt, ut أَبُو, أَبِي, أَبَاءُ, nisi quod suffixum primae ps. sing., quia vocali solà constat, formae decurtatae succedit أَحِي, أَبِي.

1) deinde cum articulo ذُو الْقَرْنَيْيَ *Alexandrum* fortem heroem cf.

Dan. 8. denotat. Ceterum per se ex his patet, ذُو nunquam nisi in statu constr. ante genitivum dici posse.

2) Kam. formas singulares notat ex أَخ : أَخٌ (cf. אֶחָיו), أَخُو,

أَخَا (ut الْعَصَا), quae ex formae brevioris ad radicis perfectae sonum restituendae studio fluxere. Ex حَمٌ similiter in stat. const.

حَمٌ, حَمًا, حَمُو. — دَمٌ *sanguis* similiter in lingua vulgi transit in دَمٍ.

Dualis e lege ex formâ plenâ formatur: أبوان̄ *parentes*,
 Henz. fr. p. 48, أخوان̄; notat tamen Kam. et أبان̄ e curtâ
 derivatum. Coll. آبآء̄, pl. أبهات̄ e vetere linguâ rarus, ut et
 أبون̄ quod Kam. notat; ex أخ̄ pl. أخون̄, coll. أخآء̄ quod ple-
 rumque levius simplice ا̄ pronunciatur, أخوان̄, اخوة̄, أخو̄ et
 أخوة̄. Femininum ex حم̄ prodit حاة̄ ex perfectâ flexione
 cf. §. 402; sed ex أخ̄ forma feminina orta est بنت̄ vocis اخت̄
 instar (§. 409) contractior, ut tamen tertiae radicalis pror-
 sus abolitae et quasi loco suo motae sonus u in primam re-
 pulsus sit syllabam (§. 412); pl. autem e plenâ formâ أخوات̄.

412 Omnino stirpes harum radicum brevi radicalis primae
 vocali, ut soni ultimae primitivi vestigium, vocalem u sub-
 stituere amant. Cernitur id praesertim in coll. فَعَلَةٌ pro فَعَلَةٌ
 §. 312, quod rarissimi usus est, ut سَرَاةٌ juxta سَرَاةٌ Ham.
 p. 57 cum not. Tebr. Satis frequenter u in abstractis quo-
 que obvium est, ut هَدْيٌ (raro هَدْيٌ) *ductus*, سَرِيٌّ *nocturna*
profectio, دَعَاٌ *petitio*, غَشَاةٌ *tegumentum* juxta غَشَاةٌ
 vel post à in antepenultimam remotum غَشَاةٌ. In aliis voca-
 lis i quoque sono ultimae و affinis eundem locum obtinuit¹⁾,
 praecipue femininis decurtatis (§. 410); atque nonnunquam
 notabilis invenitur vocalium harum fluctuatio, ut قَلَةٌ (§. 410),
 pro سَنُونٌ *anni* Kamus affert سِنُونٌ.

1) cf. gr. hebr. §. 386.

Quod toties observatum est stirpes decurtatas denuo 413 incrementis praecipue novâ in formatione augeri posse, idem † in substantivis quibusdam duplici ratione porro fit. Nam ex

femininis formae سِنَّة frequenter pl. fem. et exinde collectivi forma ita derivatur, ut س ipsum, quod ex origine fem. notionem ferens deinde ad radicem pertinere visum est, tertiae

radicalis loco sit. Ita Kam. ex سِنَّة pl. formas rariores promit

سِنَّات et سِنَّهَات ; ex شَفَّة pl. شَفَوَات et coll. شَفَاء (†); similiter

ex شَاة ovis coll. شِبَاء , et ex هِن diminut. هِنْبَةٌ (vel هِنْبَةٌ)

quasi e ن geminato). — Ex msc. contra paucis nova eaque longior forma prodiit e sono molli labiali m stirpi concreto:

semper ita فَم os dicitur pro ف (v. infra), et ex أَبْن poetis

raro licet أَبْنَم derivare, ut in hoc versu e Kamuso hic al-

lato: $\text{نَاكِرِمٌ بِنَا خَالًا وَأَكِرِمٌ بِنَا أَبْتَمًا}$ honora in nobis avunculum et honora in nobis filium ²).

Simile augmentum in يَا أَبْت o pater mi! ex أَب §. 411 414

reperiri videtur, quod tamen aliter explicandum est. Notan- †

dum prius de re ipsâ, pro أَبِي in exclamationibus non illam

1) quanquam ex his novum verbum et aliae formae خ servantes derivari possunt, ut شَفَّعَ labium laesit, male tamen grammatici et lexicographi Arabum خ ex origine radicale putant. — Ceterum idem in hebraismo rarum, in aramaismo frequentius.

2) Male eodem referunt e nostratibus quidem جَهَنَّم quasi id ex yisra N. T. ortum sit; sed originem propiorem trahit ex ipso גֵּיהֶנְמִם V. T., quod Rabbini eorumque ex fide Arabes brevius efferunt גֵּהֶנְמִם .

tantum vocem adhiberi, sed etiam ^{أَبْت} et ^{أَبْت}; porro haec scribi posse ^{أَبْت} quasi *t* finale ex fem. fluxerit (§. 285); denique vel dici posse ^{أَبَات}, ^{أَبَات} Tebr. Ham. p. 61 et ^{أَبْتَا} vel ^{أَبْتَا} Sac. anth. p. 126. Quas varias formulas exclamandi scriptionesque ex antiquitate servatas reputanti origo haec esse videtur. Stirpem antiquitus scimus in vocalem longam *ô* v. à abiisse §. 411. Cumque huic terminationi vocali vocalis *d* exclamationis (§. 351) vel *i* suffixi bene suffigi non posset, illa quasi vox femininae sit terminationis in *at* (*ät*, raro *ät*) transiit; cui speciei pluralis terminationem fem. ferens ^{أَبَات} favebat. Poterat ita aut *dh* exclamationis signum subjici (§. 351), aut suffixum, ut nonnunquam ^{أَبْتِي} pleno suffixo scribitur Sac. chr. I. p. 122, 6. Sed lapsu temporis hoc *î* non in breve tantum, ut fit in exclamazione (§. 350) detritum est, sed vocalis omnino correptione ita corrupta, ut distincta bene non audiretur; unde omnes vocales breves in usu, ut alias simili e causâ (§. 431). Scripturae ita inter ^ت et ^ة in fine vocis fluctuatio facile dilucida est. Hoc autem ex omnibus elucet, voces has antiquas nunc in linguâ solitarias et obscurae originis esse ¹). Sed ad earum exemplar formatum est ²) in exclamazione ^{أَمْت} vel ^{أَمْت} *mater mea!* ex ^{أَم}, quod in plurali demum in terminationem fem. inclinat ^{أَمَهَات}.

1) grammatici Arabes in his explicandis frustra multum desudant, v. Sac. anth. p. 125 - 127.

2) etiam ^{أَبْتِي} et ^{أَبْتِي} o *filiole* affert Kam.

Ceterum praeter ea quae descripsimus substantivorum ge- 415
nera ultima radicalis amitti vel vocalis longa in fine contra †
legem corripì nequit. Unum hoc licentiae poetae raro sibi
indulgent, ut vocalem finalem î nominis ob articulum praefi-
xum corripiant, ut cum articulus nominis indefiniti nunatio-
nem solam auferat cetera nil mutans, haec nomina cetera-
rum omnium flexioni assimilentur. Ita الثَّانِي pro الثَّانِي
ex ثانٍ secundus Sac. anth. p. 134. In Korano idem sae-
pius, ut التَّادِي pro التَّادِي (infin. VI) supra p. 207 not.
allatum huc pertinet. In statu constructo idem neque ob-
vium est nec facile oriri poterat.

Restat de formationibus quibusdam recentioribus de indu- 416
striâ dicere.

Ad *collectiva* non minus quam diminutiva et adjectiva
relativa, quae omnes formationes sunt recentiores, formanda
radix semper integra requiritur, aut primitiva aut redinte-
grata saltem. Id autem collectivis proprium, quod ad for-
mationem ex و prodeuntem omnia nomina conformantur,
formationibus duorum radicum generum in unam simplicem
mutatis, id quod in ceteris quoque formationibus derivatis
fit §. 402. Sunt tamen de collectivis praeter ea quae prius
exposuimus quaedam singularia notanda, ordine ex termina-

tionum diversitate instituto. 1) Forma فَعْلٌ rarissima est ob
nimiam, quae ex syllabis duabis ultimis contractis oritura
esset, vocis collectivae brevitatem; formâ contractâ §. 311

semper dicitur مَنِي sg. مَنِي semen. Eo frequentior f. ab ini-

tiō firmior أَفْعَلٌ, ut أَفْعَلٌ sg. أَيِدٌ sg. أَظْبٌ sg. ظَبِي dorcas vel

ظَبَّةٌ cuspis (pl. طَبُونٌ et ظَبَاتٌ); similiter أَعَصٌ ex عَصًا. Ex

terminatione يـ oriri يـ supra §. 402 dictum est; idemque e nomine r. و oritur, cum omnia haec in flexionem r. ي transeant. — 2) Formae & in penultimâ tenentes: رَشِي sg. رَشُو, رَشُوَةٌ donum, رَشُوَةٌ gingiva (ex رَشُوَةٌ) coll. رَشِي. Formae فعل, فعلَةٌ §. 312, b satis sunt raras, ut levioris formae similis فعلَةٌ usus praevaluerit; ut غَزَاةٌ, غَزِي, غَزَاةٌ sg. غَزَاةٌ. — 3) In formis & in penultimâ tenentibus و ultimae semper in ي transit (§. 111), id quod omnino fit in his radicibus ob ultimae radicalis sonum mollissimum et literae و transitum in ي proclivem ¹⁾); ut رَشُوَةٌ hiems رَشُوَةٌ; رَشُوَةٌ; رَشُوَةٌ. Notandum,

- 1) pauca soni و sunt tenaciora, ut رَشُوَةٌ اقْرِوَةٌ et اقْرِوَةٌ; et coll. quadril. رَشُوَةٌ et رَشُوَةٌ servi regii (Amru b. K. v. 56), quae omnino singularis est vox (sg. رَشُوَةٌ, رَشُوَةٌ, pl. etiam رَشُوَةٌ, رَشُوَةٌ indeclinabilia sunt رَشُوَةٌ et رَشُوَةٌ cf. Kam.; stirps forsan haud arabica). Ante terminationem pl. dt substantiva formae رَشُوَةٌ, رَشُوَةٌ (cf. §. 300) vocalem & vel & repetere haud amant, si sonus ante رَشُوَةٌ ي inimicus oriturus esset, ut ex رَشُوَةٌ, رَشُوَةٌ pl. رَشُوَةٌ, رَشُوَةٌ, رَشُوَةٌ, رَشُوَةٌ, non رَشُوَةٌ, رَشُوَةٌ. Similiter ex رَشُوَةٌ pl. رَشُوَةٌ, رَشُوَةٌ, رَشُوَةٌ, non رَشُوَةٌ, رَشُوَةٌ, ex رَشُوَةٌ ecclesia رَشُوَةٌ vel رَشُوَةٌ. Omnino ita in r. mediae و et ي vocalis secundae radicalis paullatim evanescit; atque رَشُوَةٌ raro dicitur pro رَشُوَةٌ horti.

coll. longiora ^{أَفْعَلَةٌ} et ^{أَفْعَالٌ} in his radicibus frequentiora esse

(§. 310, 4. 312, a), ut coll. ^{فَعْلَاءٌ} pro ^{أَفْعَلَاءٌ} rarius usitetur,

ut ^{تَقْوَاءٌ} *pius*, ^{سُرُورَاءٌ} *nobilis*, ^{نَقْوَاءٌ} *purus*, ^{نَتِيٌّ}.

Ibi ob *u* syllabae primae tertiae radicalis loco و comparet. —

4) Similiter in f. ^{فَعُولٌ} syllabà secundà praevallet sonus *i*, quan-

quam formatio haec haud est admodum frequens, ut ^{أَتْرَاقَةٌ} *atra-*

mentum ^{دَوِيٌّ}, ^{دَوِيٌّ}; ^{نَوِيٌّ} *fovea* ^{نَوِيٌّ} et deinde ^{نَمِيٌّ} ut soni

prioris *u* in *i* mutatio (§. 156 not.) conversionem literae و

in ي trahat. Raro sonus *u* penultimae manet: ^{أَخُوٌّ} *fratres*,

^{بَهُوٌّ} et ^{بَهُوٌّ} sg. ^{بَهُوٌّ} *domus ampla*, ^{قَرُوٌّ} sg. ^{قَرُوٌّ} *lacus*. — 5)

coll. ^{فَعَالٌ}, ut ^{ذَرْبَةُ} *dorcas*, ^{زَيْبَةٌ} *uter*, ^{رَيْكَاةٌ} *امةٌ*

ancilla ^{أَمَاءٌ}, haud facile derivatur a sg. ^{عَصَا} per se jam

longum à in ultimà tenente; ^{رَحِيٌّ} non tam a ^{رَحِيٌّ} *mola* per

se descendere videtur quam a femininà quadam formà (cf.

§. 294) substratà; cur e sg. ^{فَعِيلٌ} raro descendat ut ^{نَتِيٌّ}

purus ^{نَقْوَاءٌ}, ex modo dictis. Nr. 3) apparet. Sed eo frequen-

tius est coll. ^{أَفْعَالٌ} ut ^{أَحْشَاءٌ} *viscera*, praecipue e sg. ^{فَعُولٌ}

§. 310, 1. — 6) ^{صَبِيَةٌ} et ^{صَبِيَانٌ} a ^{صَبِيٌّ} *puer r.* و, ut et

hic formatio e ي exeat. — Ceterum cave collectiva hujus

generis habeas quae sine nullà flexione internà singularem

ex §. 295 terminatione fem. distinxerunt, quanquam usus in

his potissimum radicibus hanc omissà terminatione fem. col-

lectivi formationem permisit, ut ^سدَوَاةٌ *atramentum* coll. دَوِي et ^سدَوِي, ^ساَيَّةٌ *signum*, versus Corani ^ساَيِ Arabsiadis Vit. Tim. T. I. p. 443, ^سمَلَاءَةٌ *vestis mollior* ^سمَلَاءٌ Koseg. chr. p. 130.

De collectivis quadriliteris v. §. 318 sq.

417 De *diminutivis* formandis haec potissimum notanda.

† Ex stirpibus levibus و ultimae radicalis ob *ai* praecedens (ut

semper §. 108) in ي transit, ut ^سجَرَوٌ *camela* جَرِي; ^سعَصَاٌ - ^سعَصِي.

Longa vocalis post penultimam primum in *ajji* transit, quod in *ai* solutum cum sequente ultimâ rad. eâque ob *ai* praecedens

semper ي iterum coalescit (§. 108), ut ^سصَبِي in ^سصَبِي (pro

^سصَبِي, ^سصَبِي, ^سصَبِي), ^سعَدُو in ^سعَدِي¹). Sed diminutivum quadrilite-

rum ex ^سمَرْمِي prodit ^سمَرِيم, suetâ flexione pro ^سمَرِي (S.

403). Similiter terminatio fem. ^سحَبْلِي, ut ^سحَبْلِي - ^سحَبْلِي; quae

tamen post quatuor radicales prorsus perit, ut ^سحَكَجِي n. pr.

^سحَكَجِي. Firmior contra fem. terminatio ^سحَكَجِي semper in di-

minutivi fine manet. — Ex nominibus decurtatis §. 409 sq.

radix trilatera restituitur, ut ^سأَبِي, ^سأَبِي.

1) similiter vel ^سمَرِي pro ^سمَرِي ex part. pass. ^سمَرِي. Sed ex ^سمَرِي

manet ^سمَرِي. — Nonnunquam contra quo magis perspicuum et

distinctum appareat diminutivum, formatio ex literâ pronunciations

geminatâ prodit, ut ^سعَشِيَّةٌ *vesper* ^سعَشِيَّةٌ quasi ex ^سعَشِيَّةٌ.

Terminatio ـ *adjectivi relativi formis*, quae ultimâ 418 radicali semivocalis vim non tenente in vocalem exeunt, multis per se jungi nequit nisi ita ut vocalium concursus evitetur. Igitur aut semivocalis intercedit aut terminatio haec vocalem praecedentem pellit. Illud propius est et omnino frequentius. Secernendis autem vocalibus non ultimâ, quaecumque fuerit, radicalis restituitur, sed continuo ultimae radicalis loco و intercedit, cujus sonus ob geminum ـ quod sequitur aptior est; rarissime ـ manet e stirpe. Praecedit autem semper *a* (§. 260) huic sono و simul oppositum. Ita 1)

رحي , رحوي , رحاة n. pr. حوي , مرمي , مرموي ; similiter ex

عم , عموي , ex نبوي , نبوي , ex عدي n. pr. عدوي et عدي Kam.

ex عدوي , عدوي , ex أموي , أموي 1) in quibus vocalis praevia *i*, *u* vel *ai* ex §. 260 in *ā* transit. Qui terminationis exitus tam facilis est et pronus, ut ex aliis quoque stirpibus levibus

derivetur, velut بدوي *campus* بدوي et بدوي , رشوة رشوي , رشوي

et raro ظبوي , et formis contractis

(§. 441) solutis طوي , طوي , حي . — 2) Vox longior

vocalem ultimam a terminatione pelli sinere potest, ut قاضي

ex ratione prioris قاضي , soletque semper

si integris syllabis tribus constat, ut مرامي , مرامي

مصطفي . — 3) Part. pass. st. I. مهدي igitur iterum format مهدي ,

1) nonnulli probant عدوي et أموي haud contracta.

ut in omnibus nominibus quae hanc terminationem post tres consonantes tenent (secus ac formae Nr. 1). Cf. Sac. chr.

T. 2. p. 234. T. 3. p. 183. — 4) Vocalis ي — vocem terminans sonum suum *a* ante terminationem cum و accedentem productam servare potest, quo ipso hoc *a* primitivum simulque per se longum a reliquis distinguitur, ut عَدِي n. pr. عَدَاي Kam.

— 5) Si *â* in stirpe longum (ut in formâ فَعَالٌ) praecedit, post vocalem hanc quae semper maneat necesse est, aut manet spiritus (Elif) in stirpe hoc *â* sequens (§. 405), aut eodem, quo in ceteris formis, modo post ipsum *â* statim و interponitur; raro spiritus in ي vocali sequenti respondens transiit, ut ex كَسَاي كَسَاي كَسَاي vel كَسَاي raro كَسَاي; eodem modo ex fem. سَتَاي سَتَاي سَتَاي et سَتَاي.

Easdem flexiones cetera quae in vocales exeunt nominum genera sequuntur: 1) nomina in ي —, ut ex أَحْرِي nom. pr. أَحْرِي fem. (§. 288) أَحْرِي rare أَحْرِي (Reinaud mon. mus. T. 2. p. 442), مَوْسِي Moses مَوْسِي; دُنْيَا mundus دُنْيَاي دُنْيَاي et دُنْيَاي, ex طُوبِي beatitudo طُوبَاي et طُوبِي; عَكْبَرَا nom. pr. عَكْبَرَاي et عَكْبَرِي; in longioribus potius excidit vocalis, ut حَبَارِي حَبَارِي. — 2) nomina in *â* sequente spiritu, in quibus fem. *â* saepius و interponit, ut حَرَاي حَرَاي et rarius حَرَاي; sed trisyllaba et longiora vocalem hanc vel amittere

possunt, ut جُلُولَاءُ n. pr. جُلُولِي. — 3) feminina rariora et
 exotica ita terminata, ut ab his radicibus derivari videantur:
 عَرَقِي عَرَقِي vel عَرَقِي عَرَقِي *tabernium* حَانَوِي حَانَاةٌ vel حَانَوْتٌ
 هَرَاتِ حَانِي n. pr. هَرَوِي بزده *Bezde* urbs بَزْدِي
 et بَزْدِي Kam.

Nomina in fine decurtata §. 409 sq. in novâ hac formatione 419
 ad radicis aut primitivae aut integrae saltem exitum redeant; †
 quaedam tamen, praesertim si perspicuitati prodest, e formis
 substitutis ipsis prodire possunt. Ita ex اَبُوِي أب, ex لَغَاةٌ
 لَغَوِي; ex غَدَوِي غَدِي et غَدِي غَدِي ex دَمَوِي دَمِي vel دَمِي دَمِي, ex
 اَبْنِي v. بَنَوِي (Kam.) et اَبْنَارِي اَبْنِي, ex اَسْمِي v. سَمَوِي اَسْمِي
 اَخَوِي, sed etiam distinctus اَخْتِي
 اَخْتِي *frater* et اَخْتِي *soror*, sed etiam distinctus اَخْتِي
 اَخْتِي *sororius*, ut et ex اَبْنَةِ et بَنَوِي بِنْتٌ et saepius بِنْتِي. Ex شِبْتِي
 inf. r. وشَوِي *pinxit* simul prima rad. redit وشَوِي.

2. De radicibus hamzatis.

Gutturales literas in Arabum linguâ in universum fortio- 420
 res et stabiliores esse supra dictum est: omnibus enim com-
 mune et a suetâ flexione abhorrens hoc unum tantum ex
 antiquâ linguâ semiticâ mansit, ut in imperf. st. I. secunda
 radicalis ob gutturalem sive praecedentem sive sequentem vo-
 cali æ pronuncietur, nec tamen omnibus in radicibus v. §. 47.
 230. Sed eo plures mutationes litera ʾ in radicibus, quas

cum Arabibus breviter hamzatas dicimus, subit supra §. 113-123 descriptas. Flexio tamen harum radicum ipsa prorsus eadem est quae radicum firmarum; quaeque deinde mutantur aut a solâ soni | tenuissimi mollitie permagnâ pendent, aut a scripturae ratione singulari. Illa vero soni mollities et inconstantia hic illic latius serpit et in vulgi sermone multo videtur major fuisse quam in cultiori linguâ et scripturâ.

421 1. Spiritus $\dot{\text{h}}$ a vocis initio vocali brevissimâ pronunciatus facile avelli et evanescere potest. Fit tamen id in arabismo satis raro nec nisi in vocibus frequentissimi usus quibusdam: 1) Imperativus, qui per se vocis celerem decursum juvat, st.

I. verborum أَخَذَ cepit, أَكَلَ edit, أَمَرَ jussit, أَتَى venit, primam radicalem e flexionis vi per se vocali vacuam, priusquam vocalis brevis ei praeponatur (§. 223), prorsus amittit, ut خَذَ, مَرَّ, كَلَّ, تَدَّ (§. 443), fem. خُذِي, pl. خُذُوا, خُذْنَ;

poetae formas plenas أُخَذَ, مَرَّرَ, كَلَّلَ, تَدَدَّ restituere possunt. Sed ubi prae fixum per se vocali firmâ instructum و v. وَ accedit, semper plena forma et pronunciando et scribendo redit, ut فَاخَذَ, فَاخَذُوا, فَاخَذْنَ. Atque etiam post aliam vocem intime junctam

haud raro, ut in verbis p. 76 citatis لَقَاءَنَا أَدَّتْ adversus

nos veni. — 2) nomen أَنَسٌ^s 1) quod hebr. אָנָשׁ respondeñs humanum genus, homines in universum notat (sg. أَنَسَانٌ cum terminatione adjectivâ humanus quis, homo sin-

1) respondet aramaeo اِنْس (ܐܢܫܐ) eodem modo detritum. Vocalis primae syllabae brevissima ante ā (ō) nonnunquam u est.

gulus), vulgo in نَاس detritum est; haud raro tamen plena vox poetis potissimum in usu est ¹).

Post syllabam compositam spiritus hic facile eliditur, 423 vocali ejus brevi, quae per se facile propellitur, consonanti priori fortiori se subjiciente. Raro autem id pronuntiatio et scriptura elegans prorsus permittit, ut in voce frequenti et etymologiâ arabicâ carente مَلَك ^س angelus ex ملاك ^س, unde coll. quadril. ملائكة ^س et saepius fem. ملائكة ^س. Vulgarem contra linguam hanc pronuntiationis licentiam multo saepius sibi permisisse scripturae antiquae vestigia testari videntur. Nam 1) in nominibus levissimis radicum ult. | post consonantem vocali vacuam tertia radicalis haud scribitur, haud dubie pronuntiatione distinctâ haud audita: grammatici tamen diligentius radicalem pronuntiandam eoque ipso hamza scribendum censuerunt ²), ut خَطَا ^و error, جَزَا ^و pars, gen. خِطَاء ^و, acc. خِطَا ^و, جَزَا ^و Sur. 43, 14 (st. constr. دَرَجَاتٍ Ham. p. 14) in quâ scriptione ء tertiae radicalis locum supplet; fem. et plenâ et mancâ scripturâ جَزَاة ^و, جَزَاة ^و; omnes derivationes ex integrâ formâ, ut coll. أَجْرَاة ^و. Reperitur tamen et plene scriptum, praecipue nunatione deficiente: كُنُو ^و, acc. كُنَا ^و, كَسُو ^و. Una vox frequentissima مَر vir similibus instar e

1) nominis دَم ^س sanguis quod idem videtur ex דָמָה ortum, origo linguae tam parum mansit, ut derivationes a rad. ult. و instituuntur, ut adj. rel. دَمَوِي ^و.

2) Kam. مَرَّة ^و pro مَرَّة ^و femina dici testatur.

rad. ult. و ى derivatarum (§. 411) vocalem brevissimam (Vezlam §. 134) sibi praemittere potest soni simul labialis mollitie adjuvante; quo ipso cum radicalis stirpis princeps vocali vacua fiat, ut secunda vocali pronuncianda sit, haec vocalis adscitua tam levis est et fluxa, ut semper e vocali sequente spi-

ritu leni vix diremptà pendeat: nom. امرٌ, gen. أمري, acc.

امرأ^ا); similiter fem. ob a vocalem terminationis امرأة^ا.

Usu tamen fem. forma haec frequentior quam امرأة^ا; contra

msc. امرٌ et امرٌ rariores voces sunt et poetis usitatae, cum

virum in prosà رجلٌ vocitent. — Pro coll. et pl. feminae

alia radix usitata: نسوة, نساء, نِسوان; نِسُون pl. mansit ex hebr.

423 2) | secunda radicalis in imperf. st. I. post consonam vocali vacuam scripturà omitti potest, ut pronunciando quo-

que haud distincte semper audita fuisse videatur; ut يمينٌ a

مان resperit, يسأل et يسأل, a ob gutturalem tenens a سال

rogavit. Hoc سال ob usum frequentissimum imperativum

(cf. §. 421) fere semper ita format, ut spiritu prorsus eliso

et vocali a protrusà vocalis lenis imperativo praemissa dec-

dat; neque enim ea pendet nisi a primae rad. vocali vacuae

pronunciatione jam sublatà: ex اسأل, deinde اسأل et

1) eandem vocalis hujus variationem grammatici docent in nomine

أينم pro أين (§. 413), gen. أينم, acc. أينما. Alii vocalem a

in omnibus casibus probant.

saepius ^سس؛ post copulam tamen plena forma ^ووأسل redire solet Sur. 12, 82. 43, 43. 1).

Similiter explicandum, unde in collectivis sonorum transpositio oriatur: ^سبسر coll. ^سأبور et ^سأبر, ^سأبار et ^سأبار; et ex simili radice ^سدار *domus* coll. ^سأدر et ^سأدر. Scilicet difficilius | post syllabam compositam spiritum suum servat; facilius spiritu hic eliso duo | collecta colliguescunt.

Semper autem et lege verbum frequentissimum ^عرأي *vidit* spiritum in formis quae primam radicalem vocali privant, amisit, ut imperf. st. I. ^عيرى pro ^عيراي, pass. ^عيرى st. IV. ^عأرى pro ^عأراي, imperf. ^عيرى, pass. ^عأرى, imp. ^عيرى. Poetis tamen metri gratiā formas plenas restituere licet. Subst. ^عمرأي et adj. intens. ^عأراي plenā formatione. Sed post ^عأ interrogativum poetae nonnunquam vel habent ^عأريت pro ^عأرايت *an vidisti?*

2. ^عأ geminandum, cum spiritus mollissimus aegre geminationem vix distincte audiendam ferat, eo facilius in semi-

- 1) Omnino in hac ipsā radice spiritus in aliis quoque formis solito mollius et levius pronuntiatur. Nam vocalis *a* cum hoc spiritu post consonam mutam ex linguae veteris ratione (v. gr. hebr. p. 450. min. §. 401.) vel in *ā* (ex *ē*) vocalem molliorem transiisse videtur, quod scriptura literā ^عي exprimit, pronuntiatio autem subtilior hamzā imposito improbat, ut ^عيسل Sur. 47, 36. 37, 37. Sac. anth. p. 123, 12. ^عتسلون passivum, et impera. ^عوأسل (lect. var. ^عوسيل) Sur. 43, 42. 43. edit. Petropol. etiam in substantivo ^عمسئلة *quaestio*. Ant sumendum est, ^عesse non nisi scripturae notam levem ad ^عeo facilius imponendum; ut Kam. scribit et ^عمكافئة.

vocales ء vel و transit, quo major est inter radices mediae hamzatae et radices mediae و ي necessitudo. In verbi st. II. ء comparet, ut سَبَلَ , pass. سَبِلَ ex سَالَ , pass. سَيْلَ mendicavit; in nomine potius و , ut لَوَالٌ et لَالٌ margaritarum (دودو) venditor, سَوَارٌ et سَارٌ Tebr. Ham. p.57. — Kam. affert رَاي , V. تَرَاي , n. رَاي .

- 425 3. أ syllabam finiens, si a praecedit, manet, ut يَانَسُ imperf. a أَنَسَ consuevit; أَقْرَأَ voca imperat. a قَرَأَ : sed sono praecedentis vocalis inimicae i v. u cedit (§. 115), in scripturâ quoque mutandum, ut بَارٌ puteus r. بَرٌ fodit, يُوكَلُ imperf. pass. a أَكَلَ comedit, مِمَزَارٌ , pallium (coll. مَازِرٌ). In vulgi sermone spiritus post vocalem lenis tam parum auditus videtur, ut vocalis brevis cum spiritu in simplicem longam coaluerit; quare et nonnunquam scribunt رَأَسٌ , بِبَرٌ , يُوكَلُ . Sed diligentius loquentes spiritum levi gutturis punctione et vocali brevi haud multum productâ distinguunt (Not. et Ext. T. 9. p. 86 sq.); grammatici hamza scribendum volunt. In st. VIII. spiritus primae radicalis ante fortius ت collocatus hujus sono assimilari potest, ut in radicibus similibus primae و et ي (§. 377). Id tamen frequentius non fit nisi in verbo frequentissimo أَتَّخَذَ , بَتَّخَذَ *sumsit sibi*, raro أَتَّخَذَ , بَاتَّخَذَ a أَخَذَ ; rarius transfertur ad أَتَّزَرَ *cinxit se* et أَتَّجَرَ *mercedem cepit*, quae frequentius sonant أَتَّزَرَ , أَتَّجَرَ ; cf. Sac. anth. p. 128.

4. ^ء vocali ita instructum ut vocalis praecedat, quam 496
 varias scripturae variationes subeat §. 116 - 122 dictum est.
 Restat hic singularia quaedam enucleare. 1) praecedente *a*
 brevi ^ء vocali *a* pronuntiatiatum manet, ut ^ءسَاءَ, ^ءرَأِي, ^ءنَبَأَ
nunciavit; sed sequente à longo saepius vel pro | radicali ex
 §. 50 و pronuntiatur (quanquam non eà lege, quàm in formis
 fit ceteris, in quibus | non radicale mutatur), ut st. VI.
 تَأَخَوْا ^ءأَمْرًا et تَوَآمَرُوا ^ء (§. 122) *consultarunt inter se a*
 et تَوَآخَوْا ^ء *fraternitatem inter se coluerunt a* ^ءأَخٍ *frater* ^ء).
 Pro ^ء brevi *a* pronunciatum post à solum hamza scribitur (§.
 122) ut st. VI. تَسَاءَلٌ ^ء *invicem se interrogare*, تَرَءَى ^ء *mu-*
tuo se aspiceret; nonnunquam tamen spiritus post à in semi-
 vocalem ي v. و abiit, ut سَأَلٌ st. III. *interrogare* Ham.
 p. 78 ²) et st. VI. تَسَاوَلٌ Kam.

1) Ex st. VI. radicem pr. ^ء أ haud raro senioribus potissimum scripto-
 ribus st. III. descendit ipsum hoc و ex ^ء أ ortum ab initio servans,
 ut sunt stirpes hae vicinae et st. III. saepe a st. VI. derivata.

Ita ^ءأَمَرَ *consultare*, ^ءوَآخَى ut *fratrem aliquem habuit*. Contra
 in pass. st. III. ex radicibus و pro و pronuncitari potest ^ء أ, quo-
 niam *wu* per se facile in *u* transit (§. 112. et p. 235 not.), ut
^ءأَرْقِعُ *oppugnatus est a* وَقَعَ.

2) verbum hoc in st. III. a notione st. I. non distat. Itaque licentius
 etiam poeta aliquis vetus quasi recentem ex hac auctà st. III.

facturus dixit (versum Kam. laudat): ^ءأِذَا ضِيقَتْهُمْ أَوْ سَاقَطَتْهُمْ وَجِدْتِ
^ءبِهِمْ عِلَّةً حَاضِرَةً sic lege (cum eos hospitium rogas vel ab iis
 petis, invenis in iis praetextum praesentem). Metrum Mutakarib.

2) Pro ^أ vocali post *z* inimicâ *z* vel *z* pronunciato ^ي vel ^و scribitur, ut ذوب^ذ et ذب^ذ (verba intransitiva a ذب^ذ) *lupo similem fieri*; in fine tamen radicis ^أ saepius manet, cum omnino vocalis ultimae rad. brevis levior sit (et cf. §. 119), ut بقرا^ب legit a قرا^ق, تفتو^ت *desines* Sur. 12, 85, نبو^ن *nuncius* Sur. 14, 10¹), alibi نبا^ن; ante suffixa autem بذروكم^{بذ} (*seminat vos*) Sur. 42, 10. Post *d* longum hae vocales *i* et *a* mediâ in voce eandem scripturae variationem efficiunt, ut سائل^س part. act. st. I. ex سأل^س, ملائكة^م coll. quadril. ex ملاك^م. In fine vocis solum hamza scribitur, ut قراء^ق, *lector gen.* قراء^ق (pl. قرأون^ق et raro spiritu in و transeunte قرأون^ق); infmit. st. IV. انباء^ا *nunciare*. Longam autem vocalem *i* vel *u* post *a* si ^أ sequitur, similiter ^ي et ^و pro eo scribitur, videturque antiquissimâ in scripturâ semel tantum ^ي vel ^و scriptum fuisse (§. 122), ut رس^ر princeps formae فعیل^ف ex رأس^ر caput, رس^ر capita coll. formae فحول^ف ex eodem; sed vulgaris et serior scriptura quo longa vocalis indicetur, duplex ^ي vel ^و introducit: رس^ر و ریس^ر. — Si contra vocalis *i* vel *u* (sive brevis sive longa, vel in diphthongo *ai* et *au* audita) ante ^أ vocali (inimicâ plerumque *a* vel *â*) pronunciatum collocatur, eadem proxime scripturae ratio exoritur, ut pro ^أ scribatur

1) ita ed. Petrop. — Marraccius imprimi fecit نبوا^ن, تفتوا^ت, puto lectionibus diversis e codice in quo scriba duplicem scripturam annotaverit, temere confusis. Sed margo ed. Petrop. plures grammaticos Arabes hoc probare docet.

a ^{س-ع} امرأة¹). 3) Concurrentibus *u* vel *i* duobus: ^{دو} پدنو imperf. ex ^{دو} دنو. Sed ubi diversi soni breves *i* - *u* vel *u* - *i* circa ^ا collidunt, sonus *i* ut distinctior et paulo fortior semper suum ^ي interponit, ut ^{س-ع-ع} بستهي imperf. st. X. *irridet*, et contra *u* ^{و-و-و} praevio ^{و-و} سئل pass. st. I. etc., quod solum ex hoc genere est. Longae autem vocales *û* et *î* semper suum sonum vocalem servant, ut ^{و-و-و} بستهيون pl. Sur. 40, 84 pro quo seriores (§. 122) ^{و-و-و} بستهيون (quae est sueta scriptura, etsi longa est vocalis *û*) pl. ex ^{و-و} بري.

Post syllabam compositam mediâ in voce pro ^ا vocalibus *i* et *u* pronunciato scribi ^ي et ^و, v. §. 117.

427 Radices hae tum origine tum flexione radicibus ^ي et ^و ad-
 † modum sunt similes. Quae similitudo vel ut illae nonnunquam harum flexionem totam sequantur effecit; etsi id praeter paucas formas rarum est et citra legem. Cernitur id 1) in rad. pr. ^ا in st. VIII. verborum quorundam, quo de v. §. 425. Videtur tamen flexio similis potius esse et ex simili causâ orta quam mutuata tantum. — 2) facilius rad. med. ^ا in flexionem v. ^و ^ي transiit, spiritu molli ita plerumque abo-

- 1) in hoc spiritu in ipsam semivocalem transitu linguam vel saltem dialectos quasdam majore etiam utilitentiâ, grammatici quidam Arabum docent. Nam e lege volunt ^ا vocali *i* vel *u* pronunciatum in ^ي et ^و transire, si praecedat ^ا, ut ^{س-ع-ع} ايمته coll. ex ^{و-و-و} امام antistes, ^{و-و-و} اوم imperf. st. I. ejusdem radicis. Porro probant collectiva qualia ^{و-و-و} e sg. ^{و-و-و} مرة inimicitia, ^{و-و-و} جون e sg. ^{و-و-و} جونة canistrum, ^{و-و-و} روي e sg. ^{و-و-و} روبا *somnium*.

lito ut ejus loco vocalis longa sit â, quae eadem in flexione

r. و ى apparere possit. Ita Kamus pro سأل, imperf. يسأل

dici ait سأل, يسأل; st. VIII. التام, التام conjugari pro التام,

يسأل poetis raro usitatum ¹). Et contrario alia quaedam,

praecipue quae originis sunt obscurioris, in flexionem ham-

zatam transeunt, ut كاس pl. كأسات poculum (= כוס) et كأس,

quare Kam. radicem origine hamzatam facit. — 3) Sed

maxima affinitas radices inter ult. ا et ult. ي و intercedit.

Ubi penultima longam tenet vocalem â, formae semper eae-

dem fiunt; si î et ù, saepe similes. Quae ratio hoc simul

effecit, ut infinit. st. II. plerumque formam fem. r. ي §. 407

sequatur: تملية reple, raro تملية, تهيبية apparere Sac.

chr. I. p. 12. Deinde feminina quaedam substantiva in a

terminata facile in similis radices formas abeunt, ut كماء,

raro كماء tubera terrae, لبوة et لبوة vel لبوة, deinde لباة

et hinc لباة et لباة leaena. Denique in ipsam verbi flexio-

nem totam latissime haec radicum similium confusio proser-

pit, ita ut quo recentior lingua et corruptior, eo plus flexio

rad. و ى totam rad. ا flexionem absorbeat. Sed in vetere

linguâ in paucis tantum verbis quaedam fuit confusio praeci-

pue e dialectorum varietate pendens; poetis paulo major li-

centia data est. Ita برآ creandi notione nonnunquam pro

1) Kam. affert versum Omari chalifae: لَبْنِكُمُ الرَّجُلُ لَمْتَد (ita lege

pro vulgari الرَّجُلُ) ducat vir sibi parem (feminam), ubi ى fem.

in لَمْتَد ا abjectum resarcire vult (cf. p. 282 not.), a r. لَمْتَد.

برأ ^{بـ}، بدى ^{بـ}، بدت ^{بـ}، بديت ^{بـ} etc.) *inceptit pro* بدأ ^{بـ}، ابتدا ^{بـ}; cf. Zohairi M. v. 39. Amruk. M. cum Zuzen. not. p. 24. Borda carm. v. 16. Abulala 1, 11. et alia multa.

428 Ex his flexionum omnium conspectum dare haud necessarium esse patet. Sufficiat verbi flexiones quasdam exempli causà proponere:

Passivum.		Activum.			
Imperf.	Perf.	Imper.	Imperf.	Perf.	
بـوثر	أثر	أثر ¹)	بـاثر	أثر	st. I.
بـوثر	أثر	أثر	بـوثر	أثر	— II.
بـواثر	أوثر	أثر	بـواثر	أثر	— III.
بـوثر	أوثر	أثر	بـوثر	أثر	— IV.
	تـووثر		etc. تـواثر	vel تـاثر	— VI.
بـوتثر	أوتثر	أوتثر	بـاتثر	أنتثر	— VIII.
—————					
بـسال	سـل	2)	بـسال	سال	st. I.
			بـذوب	ذوب	intr.
			بـذاب	ذـب	
بـلام	لـم	لـم	بـلام	لام	— III.
بـلام	الم	الم	بـلم	الم	— IV.
بـلنام	التم	التم	بـلتم	التم	— VIII.

1) sed cf. §. 421.

2) v. §. 423.

قري	قري	اقرا	بقرا ¹⁾	قرا	st. I.
			بير	برا	
		ابرا	ببرا	بري	intr.
		ادنو	بدنو	دنو	
برا	بري	بري	ببري	برا	— II.
		تبرا	بتبرا	تبرا	— V.
ببرا	ابري	ابري	ببري	اببرا	— VIII.

III. De radicibus contractis.

Radices quae radicalem secundam geminant seu tertiae 429 simul vice repetunt, ut قَلَّ, cum ambae radicales in plurimis formis uniantur, contractae dici possunt, nisi geminatas appellare praestat. Quarum de origine si quaeritur, ultimâ aetate unam tantum syllabam duabus consonantibus cinctam, ut قَلَّ, مَدَّ, effecisse videntur. Accedente autem in linguâ, quae exulta nomen hoc tulit, semiticâ radicalium trium lege continuâ (§. 149), consonans ultima semper ita geminata est, ut radix ita oriens trilatera ceterarum radicum flexionibus adoptandis idonea fieret. Nec tamen primitus nisi vi maximâ cogente litera geminata in duas vocali diremtas divelli se patitur. Nam praeterquam quod ita origo postulat, literae eadem solâ vocali brevi in duas syllabas diremtae pronuntiatu tam sunt ingratae et difficiles, simulque tam parum sono forti distentae, ut per se in unam syllabam, si fieri potest, libenter confluant (cf. §. 132). Quare flexiones, in

1) v. §. 426, 2.

quibus vocales duae breves secundam radicalem ita cingunt ut tertiam rad. denuo vocalis sequatur, priusquam in tres syllabas firmas vox abeat, radicales geminas elisà vocali secundae iterum coalescere sinunt, uti verbum trans. مَدَّ (مَدَد)

extendit, intrans. قَلَّ (قَلَل) *paucus fuit*, (لَبَّب) *cordatus fuit*. Nec longà vocali (vel diphthongo) praecedente arabica lingua contractionem respuit, consonantem scilicet duplicem, quae est ejus singularis vis (§. 40), post longam

vocalem ferens, ut part. مَادَّ (مَادِد) , coll. quadril. مَطَّانٍ (مَطَّانِي)

cogitata sg. مَطَّنَةٌ , diminut. خَوَّصَّ (خَوَّصِّص) sg.

privatus. Deinde eadem contractio invaluit, ubi syllaba composita praecessura esset, ut vocalis brevis secundae

radicali propria primam occupet, ut imperf. st. I. مَدَّدْ (مَدَّدُ)

adj. intens. أَقَلَّ (أَقَلَّل) *paucior*. Atque haec duo flexionum genera, ut plurimas linguae veteris flexiones complectuntur, ita sola contractionem admittunt.

430 Tollitur enim haec omnis contractio 1) ob vocalem longam (et stabilem) secundae radicali postponendam, quae literas geminas necessario divellit diremtasque tenet, ut أَمَامَ

antistes, part. pass. st. I. مَمْدُودٌ . — 2) si e formae vi secunda radicalis ipsa geminanda est, ut tertia necessario se-

cernenda sit, ut st. II. مَدَّدْ . Quales formas antiqua lingua evitare potius duxit aliis formis substitutis (§. 437): sed arabica, ut omnino flexionis aequalitatem et amat et restituit, plurimas formavit. — 3) sed vel ubi e prononciationis primae et secundae radicalis habitu contractioni nil obstat, haud potest ea institui nisi ultimam vocali sequente. Nam

alioquin geminatio literae duplicis audiri nequit; est autem ea Arabum lingua exulta, ut summam pronunciationis subtilitatem aequae ac perspicuitatem affectet. Quare in omnibus ejusmodi formis radicales duae vocali brevi distantiae apparent. Sed manserunt tamen praecipue in vulgi sermone minoris diligentiae vestigia haec. In fine vocis, ubi geminatio literae duplicis vel vocali haud sequente in linguâ antiquâ semiticâ permissa audituque facilior est, formae contractae in culturâ quoque linguâ ita manere possunt, ut vocalis brevissima et tenuissima sono contracto succedat, e pronunciationis bene arabicae necessitate introducta. Mediâ autem in voce syllabam literâ duplici claudi omnino ferre nequit lingua culta; ut semper radicales duae vocali divellantur. Sed vulgi lingua, cujus ratio in dialectis quibusdam mansit sola, vel hic contractionem aequamque per omnes verbi personas flexionem ita admisit, ut post literam contractam vocalis intrudatur; rarissime tantum et citra legem haud inductâ vocali hac contractae literae sonus duplex in simplicem abiit, id quod linguae corruptae est et negligentiae vulgaris.

Contractio, ubi licita est, in verbi flexionibus levibus et constantibus semper legis instar est; sed inter nomina, in quorum formatione et major stirpium varietas et vocales haud ita breves, nonnulla contractionem haud subierunt; quaedam formae serius ortae ob formationis perspicuitatem ab eâ prorsus sunt alienae.

1. Verbi stirpibus et personis flexiones semper radicem 431
firmarum omnes subsunt. Pauca notanda singula. 1) stirps

intrans. st. I. ab act. distingui nequit, ut لَبَّ pro لَيْبٍ vel لَيْبٍ; imperf. st. I. saepissime *i* tenet vocalem ante geminationem

tenuissimam, ut فَرَّ *fugit*, بَقِرَّ *paucus est*, saepe et ambi-

guâ flexione, ut طَبَّ et طَبَّ *medetur*, عَدَّ *iterat*, in

aliis solum *u* in usu mansit ^{مد}مد; intrans. ^{بكر}بكر *amarus est*.

Pass. st. I. ^{مد}مد ex ^{مدد}مدد, rarissime vocalis *i* potius in primâ

rad. redit (ut ^{رد}رد *reduci*), quod potissimum ob similitum radi-

cum med. ^يي sonum ^{قيل}قيل factum videtur. Neque hae formae

omnes contractionem in duas syllabas resolvunt nisi poetis

metri gratiâ, facilius autem ^{مددوا}مددوا in ^{مددوا}مددوا resolvitur quam

^{مدد}مدد in ^{مدد}مدد et formae similes a syllabâ compositâ incipientes.

Paucissima tantum intransitiva eaque derivata vel a formâ contractâ ob sensum distinguenda contractionem de industriâ

semper vitant, ut ^{صاعق}صاعق ^{ضبت الارض}ضبت الارض *lacertis* (ضب) *scatuit terra*,

^{ال}ال *foetuit*, ^{لحج}لحج de oculo palpebras *cohaerentes* tenente,

^{قطط}قطط *crispus fuit*, quae tria in formâ contractâ diversa omnia

significant. — 2) Sed si ultima rad. ante personas a con-

sonante incipientes e flexione radicum ceterarum vocali caret, in linguâ cultâ, quo flexio sibi constet, literae geminae vo-

cali divelluntur, ut ^{مددت}مددت, ^{بمددن}بمددن, IV. ^{أفرتت}أفرتت, atque hic in-

transitivi pronuntiatio perspicua fit: ^{لببت}لببت, ^{مللت}مللت (a ^{مل}مل *hor-*

ruit). Sed in linguâ vulgari geminatio, ut in ceteris verbi

personis, et in principali tertiâ sg. msc., ita mansit haud dirempta, ut vocalis longa intrudatur *ai*, ex similitudine ra-

dicum ult. ^يي ducta, ut ^{مدبت}مدبت, quae similitudo porro eo

usque valet, ut et geminatio possit tolli et in flexionibus verbi reliquis flexio e rad. ult. ^وو et ^يي naturâ desumí, praecipue

in stirpibus derivatis, ut in X. ^{استقرت}استقرت, ^{استقروا}استقروا etc. pro

استقرت, استقرت; in V. تظنا pro تظان. Quales flexiones nunc in vulgi sermone semper usitatae antiquitas etiam in vulgi lingua notae erant, ut Koranus et poetae jam prisci saepius iis utantur¹⁾. Rarissime contra eadem vulgi lingua geminationem prorsus sustulit, ut radices hae cum rad. med. و ي sono fere confundantur; in Korano et poetis saepius ita legitur unum saltem verbum frequentissimi usus ظَلَّ (durare cum praedicato, i. e. diu in statu quodam morari): ظَلَّتْ, ظَلَّتْ, ظَلَّتْ²⁾; edit. Petropol. hic illic plenas formas ظَلَّتْ emendatura reposuit. — 3) Eadem formationis difficultas in personis modi g'ezmati obvia est, quae in radicalem exeunt. Nam cum ultima vocali privetur, geminata litera in fine vocali vacua fit. Quod haud ferens lingua culta formam plenam restituit ut vocalis inter duas ultimas radicales maneat: ظَلَّتْ, ظَلَّتْ. Sed in vulgi sermone vocales in fine haud curante forma contracta mansisse videtur, quae in culta quoque saepe ita sustinetur, ut vocalis tenuissima quae ob pronunciationis difficultatem necessario se ingerit, in fine audiat. Proxima inter has est *i*, fluctuante tamen sono molliissimo fertur et *a* praecipue post gutturalem, sed praecedente *u* hic quoque sonus reciprocari potest (cf. §. 161);

1) v. inter alia Hamakeri not. ad Expugn. Memph. p. 120 sq. Tribus

Arabum alias vocalem ā inserere مَدَات, quae est hebraea prorsus flexio, alias vocalem brevem literae contractae postponere, ut

مَدَّتْ, مَدَّتْ et intrans. مَدَّتْ, مَدَّتْ, vel مَدَّنْ geminare مَدَّنْ,

مَدَّنْ, grammatici Arabum tradunt.

2) Kamus et ظَلَّتْ et intrans. ظَلَّتْ pronunciari dicit.

ut بِفَرِّدَ, تَعَدَّدَ, لَمْ تَعَدَّ (non numerabatur) Sac. anth. p. 5, 16. Eàdemque prorsus ratione imperat. hinc derivatus sonat aut
 اَمَدَدَ ex اَمَدَدُ, aut اَمَدَّ (Henz. fr. p. 90, 3). Nam ex formis
 g'ezmatis تَمَدَّ, fem. تَمَدِّي, pl. m. تَمَدُّوا imperativum necessa-
 rio oriri مَدَّ, مَدِّي, مَدُّوا haud praepositâ vocali, ex §. 223
 cll. §. 384 apparet. In fem. pl. rarissime geminatio simul sub-
 lata est eàdem quâ Nr. 2) dictum est causâ, ut قَرْنٌ *subsiste*
Sur. 33, 32 Marr. ubi ed. Petr. قَرْنٌ.

432 **Conspetus stirpis simplicis, unde ceterarum flexio facile patet, hic est:**

Imperfectum.			Perfectum.		
بَرَدَ	بَرَدَ	بَرَدَ	رَدَّ pass.	مَلَّ intr.	رَدَّ sg. 3 msc.
تَرَدَّ	تَمَلَّ	تَرَدَّ	رَدَّتْ	مَلَّتْ	رَدَّتْ — fem.
تَرَدَّ	تَمَلَّ	تَرَدَّ	رَدَدَتْ	مَلَلَتْ	رَدَدَتْ 2 msc.
تَرَدَّبْنَ	تَمَلَّبْنَ	تَرَدَّبْنَ	رَدَدَتْ	مَلَلَتْ	رَدَدَتْ — fem.
أَرَدَ	أَمَلَّ	أَرَدَ	رَدَدَتْ	مَلَلَتْ	رَدَدَتْ 1.
بَرَدَانِ	بَرَدَانِ	بَرَدَانِ	رَدَا	مَلَا	رَدَا du. 3 msc.
تَرَدَانِ	تَمَلَانِ	تَرَدَانِ	رَدَتَا	مَلَتَا	رَدَتَا — fem.
تَرَدَانِ	تَمَلَانِ	تَرَدَانِ	رَدَدَتُمَا	مَلَلَتُمَا	رَدَدَتُمَا 2.
بَرَدُونَ	بَرَدُونَ	بَرَدُونَ	رَدُوا	مَلُوا	رَدُوا pl. 3 msc.

پرددن	بمَلَلن	پرددن	رِدِدن	مَلَلن	رِدِدن	pl. 3 fem.
تردون	تَمَلون	تردون	رِدِدتم	مَلَلتم	رِدِدتم	2 msc.
ترددن	تَمَلن	ترددن	رِدِدتن	مَلَلتن	رِدِدتن	— fem.
نرد	نَمَل	نرد	رِدِدنا	مَلَلنا	رِدِدنا	1.

Modus *naçbatus*: پَرِد etc.; *g'ezmatus* پَرِد (پَرِد), 2 m.

پَرِددن f. پَرِدوا, pl. پَرِدوا, du. پَرِدا, 1 (اَرِد) اَرِد, 1 تَرِدِي, f. (تَرِد) تَرِد

پَرِددن f. پَرِدوا, pl. پَرِدوا, du. پَرِدا, 1 (رِد) اَرِد, f. رِدِي, du. رِدَا, pl. (نَرِد) نَرِد, 1

Ceterae personae ex his facile formantur.

Stirpes reliquae:

Passivum.		Activum.		
پَرَاد imperf.	رُود perf.	پَرَاد imperf.	رَاد perf.	III.
پَرِد	اَرِد	پَرِد	اَرِد	IV.
		پَرَاد	تَرَاد	VI.
پَنَمِد	اَنَمِد	پَنَمِد	اَنَمِد	VII.
پَرِتَد	اَرِتَد	پَرِتَد	اَرِتَد	VIII.
پَسِتَرِد	اَسِتَرِد	پَسِتَرِد	اَسِتَرِد	X.

Imperat. st. III. رَاد, IV. اَرِد, VII. اَنَمِد etc.

Eandem prorsus flexionem stirpes verbales subeunt ul-

nam radicalem geminantes variae (§. 173. 192), ut اَسُود f.

اَسُودت, 2 msc. اَسُودت etc. imperf. پَسُود, pl. 3 f. پَسُوددن

اطمان f. اطمانت, 2 msc. اطمانت etc. ¹). Est enim omnia una ratio, eademque geminationis origo.

- 434 2. In nominum classibus variis major est formationis varietas: 1) stirpes simplicissimae ^سفعل literam geminam per se haud directam habent, ut ^سمد *extensio*, ^سمدة *spatium* temporis, ^سضد *contrarium*. — 2) nomina contra simplicia, quae secundam rad. vocali efferunt, ne cum illis confundantur, a contractione abhorrent, ut aut vocalis producta sit, ut ^سقليل *paucus*, aut brevis sine contractione, ut ^سسبب *causa* (^سسب notat *conviciari*), et multi infinitivi e stirpe intransitivâ, ut ^سدبب, ^سسد, ^سعلل; ^سضيب *lacertis scatens*, ^سلحم *arctus*; rariora sunt adjectiva contracta ^سحي *vivus*, ^سحر *liber*, ^سحب *amicus*. Sed formae a syllabâ compositâ incipientes non nisi contractae audiuntur, ut adj. intrans. ^ساقل *paucior*, subst. a ^سم incipientia ^سمظلة *umbraculum*, tabernaculum,

1) hinc nomen abstractum inserto ^سا طمانينة *quies* vel inserto ^سا infinitivi ^ساطمِئنان. Simile ^سسودد, ^سسود *nigredo* (vel *principatus* ex ^سسبب) v. §. 249. 389, quod e formae vi comparandum formae ^سترادد §. 434. — Alia brevi vocali animata derivata sunt, ^سجللب *induit vestem amplam*, ^سقردد i. q. ^سقردود *locus altior*.

مَذْبُ *muscarum locus* مَذْبَةٌ *muscarium*; formae instrumenti مَفْعَالٌ forma post brevem vocalem terminationem fem. tenens praefertur, ut saepius تَغْرَةٌ etc. i. q. تَغْرِيرٌ *decipere* inf. II. Part. act. st. I. رَادٌ ex رَادِدٌ. In quibus omnibus forma soluta poetis solis rarissime novatur, ut Kam. e versu affert اَظْلَلٌ pro اَظْلٌ *ungula*. — 3) Quae vero formae vocalem longam post secundam radicalem eloquuntur, omnes hac intercedente contractionem admittere nequeunt, ut قَلْبٌ *pau-*
cus, فَرَارٌ *fuga*, part. pass. st. I. مَرْوَدٌ, inf. stirpium derivatarum IV. اَرْدَادٌ, VII. اِنْمِدَادٌ, VIII. اِرْتِدَادٌ, X. اِسْتِرْدَادٌ. Nec non infin. st. VI. تَرَادٌ contractionem plerumque vitat تَرَادِدٌ, quippe in quo vocalis *u* ex *o* correpta videatur §. 278.

Sunt autem inter nomina formae quaedam recens exor-
 435
 tae, quae cum secundam radicalem vocali brevi post syllabam simplicem efferant, contractionem e naturà suà semper evitant. In iis pronuntiatio vocalium certarum acuta et perspicua cernitur. Ita 1) formae *habitum* agentis notantes, ut فَرِزَةٌ *fugax*; 2) collectiva hujus ditionis omnia, ut حَبِيبَةٌ sg. حَبٌ §. 312, اُمَّةٌ sg. اُمَّةٌ, عَدَدٌ sg. عَدَدَةٌ §. 309, سَرٌّ pro quo et سَرٌّ quo minus syllabae duae ob similem vocalis sonum colliquescant, §. 311 (cf. simile §. 260). Sed quae formae collectivae a syllabà composità ordiuntur † praeposito insignes, contractionem quae formae perspicuitatì haud nocet,

semper subeunt, suntque formae hae longiores in radicibus his frequentius obviae §. 310.

Collectiva quadrilitera citra difficultatem contrahuntur, ut ^ءدَوَابٌّ pro ^ءدَوَابٍ e ^ءدَابَّةٌ *bestia* ^ء); nec non diminutiva, ut ^ءدَوِيبٌ pro ^ءدَوِيبٍ, quae sola est ratio quâ diphthongus ante literam geminam collocetur. Ex ^ءأُمَّةٌ coll. e sg. ^ءأُمَّةٌ *an-*
tistes diminut. ^ءأَرِبْمَةٌ pro ^ءأَرِبْمَةٌ.

436 ^ءأُمٌ *mater* (raro ^ءأُمٌ Kam.) pl. ^ءأُمَّهَاتٌ, ex similitudine stir-
pium similium ult. rad. و ^ءliterâ * radici brevi subjunc-
tâ §. 413; ^ءأُمَّاتٌ de matribus haud intelligentibus dicitur.
Sg. femininâ terminatione auctus ^ءأُمَّةٌ atque vel ^ءأُمَّةٌ ex pl.
deductus rarissimi usus est; Koseg. chr. p. 107, penult. le-
gendum ^ءبَا أُمَّةٌ ex §. 414.

437 Stirpes secundam radicalem geminantes in cultâ linguâ
e ceterarum radicum lege omnes formantur, ut ^ءحَدَدٌ (inf.
^ءتَحْدِيدٌ) *acuit*, ^ءحَدَادٌ *faber*; quae autem ex vetere linguâ
supersunt stirpes radicales duas diversas simul repetentes,
paulo rariores factae a grammaticis radicum singularium jure ad

1) sed cum geminatio in vulgari linguâ haud audiatur, collecti-
vis his serius ^ءأ praepositum est e magnâ collectivorum trilitere-
rarum ita formatorum copiâ deductum, ut ^ءأَعْوَامٌ pro ^ءأَعْوَامٍ
sg. ^ءعَامَةٌ *plebs*.

quadrilateras referuntur (cf. §. 191), ut زَلَزَلَ *commovit* inf. زَلَزَالَ, Sur. 2, 209. 99, 1, فَرَفَرَ *levis fuit* (pedibus) subst. فَرَفَرَةً, حَلَّحَ *mansit loco suo* cf. حَلَّ *haesit*. Inter quas nonnullae sunt e r. med. و ى derivatae, pro magnâ quae ubique cernitur, radicum harum necessitudine, ut طَلَّطَ *projectit* cf. طَالَ *longus fuit* (projectus). Grammatici tamen Arabum id haud agnoscunt.

Praeter radices has literarum aut ejusdem aut similis 438 soni contractio cultâ in linguâ rara est, ut exempla prorsus sint singularia, velut عَدَّانٌ coll. pro عَدَّانِ sg. عَدَّوْدٌ *hircus* Kam. In Korano linguâque vulgari contractio paulo frequentior, v. supra §. 132. 125. 185-187. Sed contractionem ex mollietate literae ن aliarumque liquidarum oriundam in radicibus ipsis ignorat prorsus lingua Arabum; in flexione extra radices pauca sunt ejus vestigia supra enarrata.

IV. De radicibus multifarie infirmis.

Plures ex his infirmitates si radix complectitur, flexio- 439 nes infirmae in eadem plures simul oriuntur. Unde nova quaedam et singularia sequuntur. Sed ne omnes omnino quae cogitari possint infirmitates radici inhaereant, radicum jam prohibuit formatio (§. 150). Neque sibi ubique et semper constant nisi infirmitates ex flexionibus radicum hamzatarum et geminatarum manantes, quippe quae e literarum pronnciatione necessariae sint; sed litera و vel ى mediâ in radice ante literam et ipsam infirmam constituta, quo firmior fiat flexio radixque plenior, facile in semivocalem abit continuo in omni flexione manentem nisi ubi leges sonorum vetant summae.

1. Si circa mediam radicalem firmam et prima et tertia 440 sunt infirmae, utraque suas subit infirmitates per se usitatas,

diremtas utrinque simul ac toleratas mediâ firmâ manente. Ita si prima و, tertia ي est, in plurimis formis duplex flexio infirma concurrit §. 377-381 et §. 393-419. Juvat exemplum proponere radicem *cavit*: imperf. *بَقِيَ*, *تَقِيَ* etc. ejusque forma g'ezmata *بَقِ*, *تَقِ* etc. unde imperat. *قِ* (cum suffixo, ut *قَهْم* Sur. 40, 8. 10; pro solitario ex §. 85 scribitur potius *قَد*, ut in omnibus his imperativis brevissimis ¹⁾), *قَبَا*, *دَقِيَ*, *قَبَا*, *دَقِيَ*; infinit. *قَبَا* (pro quo tamen *دَقِيَ* invaluit; sed ita *دَقِيَ* ex *دَقِيَ* imperf. *دَقِيَ*). Intransitivum *doluit* (ungulam): imperf. *دَوَجِي*, f. g'ezm. *دَوَج*, imperat. *دَوَجِ*, *دَوَجِي* etc.

- 441 Secunda radicalis و vel ي ante tertiam radicalem و vel ي ex §. 439 continuo in semivocalem abiit ²⁾ in omnibus formis manentem nisi ubi summae sonorum leges vetant. Itaque secunda radicalis firmæ loco est, nec nisi tertia infirmitates suas suetas subit. Ut *شَوِي* *assavit*, *شَوْت*, *شَوِيَّت* etc. imperf. *يَشَوِي*, f. g'ezm. *يَشَو*, imperat. *اَشَو* etc. partic. *شَاو*, pass. *مَشَوِي*, subst. *شَوَا* *tostum quid*, ubi و vel post *i* manet. Ex *طَوِي* *torsit* IV. *اَطَوِي*, VII. *اِنطَوِي*. Intransitivum *قَوِي* *fortis fuit* ex *قَوَو* §. 396, *قَوِيَّت*, *قَوِيَّت* etc. imperf. *يَقَوِي*,

1) neque aliae hujus generis dantur formae adeo decurtatae.

2) idem ante ceteras literas molles, gutturales dico, rarissime nec constantiâ fit; ut *اَرَّاح* et *اَرَّاح* §. 391.

f. g'ezm. بِقَوِّ, imperat. اِقْوِ; similiter حَبِي vixit ex حَبَوِّ, حَبِيَّتْ, حَبِيَّتْ etc. imperf. بِحَبَا, quo a nomine pr. بِحَبِيَّيْ *Joannes* distinguatur, semper in fine post ي scripto | pro ي

cf. §. 319 not., (sed Kam. scribit بِحَبِيَّيْ) pl. بِحَبِيَّوْنِ, f. g'ezm. بِحَبِيَّيْ, imperat. اِحْيِ, substant. حَيَوَّةٌ *vita* ex veteri scripturâ

§. 402, pro quo saepe حَبَاةٌ¹). Ex اَرِي subst. مَارِي et quod alias in his forma non fert (§. 402) مَارِ. Sed ubi secundam

radicalem vocali vacuam esse jubet flexio, و et ي post vocalem vim semivocalis tueri nequeunt, ut necessario in sonum vocalem soluta cum sequenti و vel ي colliquescant, ex

§. 100. 108. Ita substantiva قُوَّةٌ *vis* ex قُوُوَّةٌ formae فَعْلَةٌ, صوتٌ *cumulus lapidum* coll. قَوِي, صوتي ex §. 309. 416; et

concurrentibus و et ي, ut sonus hujus ي fortior maneat, شِي ex شَوِي *assatio*, لَبِيَّةٌ vel لَبِيَّةٌ *plicatura* ex اَوِيَّةٌ, ضِي *macilentia*

ex ضَوِي, طِي *plica* ex طَوِي; contra ex adj. coloris اَدْوِي

fem. حَوَاةٌ coll. حَوِي ex حَوِي (§. 391). In paucissimis vocabulis

etymologiae remotioris ut اَبِيَّةٌ *signum* (أبِي) ex اَوِيَّةٌ, طَابِيَّةٌ

tectum, غَابِيَّةٌ *fastigium*, نَائِي *peregrinus* (cf. §. 108) sonus *au* in *o* transierat, ut Arabes pro eo *d* pronuncient (§. 70).

Adjectiva relativa ex his اَدْوِي, طَوِي, contractione ob *a* ante

1) Kam. vel حَبَاةٌ dici posse testatur.

terminationem intrusum sublatâ. — Nota ^{س-و-ن} حَيَّوان animal sine contractione manens; atque ex ^{س-و-ن} مَعْبُوتَةٌ nom. pr. diminut. ^{س-و-ن} مَعْبُوتَةٌ ^{س-و-ن} مَعْبُوتَةٌ et dein ^{س-و-ن} مَعْبُوتَةٌ.

Possunt tamen duae ultimae radicales, si ejusdem sunt soni, priusquam ultima literae mollis naturam induat, contractione jungi, coll. §. 429. Rarius tamen ea formatio obtinuit, 1) in verbo ^{ح-ي} حَيٌّ pro ^{ح-ي} حَيٌّ vixit, f. ^{ح-ي} حَيَّتْ, pl. ^{ح-ي} حَيَّوْا, du. ^{ح-ي} حَيَّيْنِ, in ceteris personis simplex formatio est ^{ح-ي} حَيَّتْ etc. Imperf. ^{ح-ي} حَيِّ; adject. semper ^{ح-ي} حَيٌّ vivus ex ^{ح-ي} حَيٌّ. In ceteris autem stirpibus contractioni non est locus ²), ut IV. ^{ح-ي} حَيٌّ vel ^{ح-ي} حَيٌّ, atque in st. I. quoque formatio vulgaris frequens est. Infin. st. II. tamen, cum semper terminationem fem. ferat, a contractione non alienus est ^{ح-ي} حَيَّةٌ salutatō, nec non coll. ^{ح-ي} حَيَّةٌ et ^{ح-ي} حَيَّةٌ a sg. ^{ح-ي} حَيٌّ vivus, ^{ح-ي} حَيَّةٌ et ^{ح-ي} حَيَّةٌ a sg. ^{ح-ي} حَيَّةٌ pluvia; contra ex part. act. IV. ^{ح-ي} حَيِّ f. ^{ح-ي} حَيِّتٌ, cum terminatio forte fortunâ accedat, haud est contractum. In st. X. molle ^{ح-ي} حَيٌّ post literam vocali vacuam elidi potest vocali suâ protrusâ ^{ح-ي} حَيِّ ex ^{ح-ي} حَيِّ (§. 109), quod sin-

1) quidam grammatici ^{ح-ي} حَيٌّ quoque probant; Kam. tacet.

2) grammatici quidam probant tamen pass. ^{ح-ي} حَيِّ, III. ^{ح-ي} حَيِّ, IV. ^{ح-ي} حَيِّ,

X. ^{ح-ي} حَيِّ.

gulare huic verbo est. — 2) similiter عَيْ et عِي *fessus, impeditus fuit*; sed imperf. يَعِبًا, f. g'ezm. يَعِي Sur. 46, 33; st. IV. اَعْبًا.

Stirps IX. radicis حَوو colorem ex rubro viridem notantis contractionem ultimae ob soni mollitiem fugit, ut oriatur اِحْوَوِي, st. XI. اِحْوَوِي; Kam. affert quoque اِحْوَوِي. Subst. حَوو, adj. اِحْوَوِي, cujus diminut. اِحْوَوِي v. §. 268.

Ceterum radicem non posse a gemino و vel ي ordiri multo minus ex solis his sonis constare, e radicem formationis indole §. 150 apparet; ut frustra de talium flexione cogites. Laudant tantum grammatici nomina literarum وَاو et اِبَاء, atque hinc verbum deductum activum اِبِي *scripsit Jd.* — Et a fronte rarissime in nominibus aliquot antiquis concurrunt: وِين (vinum) *uva*, وِيوم *dies* coll. اِيام §. 108.

Pauca radicum obsoletarum nomina graviora passa sunt 442 detrimenta et novas formationes: 1) قَا *os* ex antiquo قَا, ut utraque vocalis ultima in meram vocalem *ai, ae, e* abierit, deinde Arabum lingua *d* pro *é* ex §. 73 dixerit. Sed قَا hoc in vulgari tantum lingua ¹⁾ usitatur; cultior arabismus in longâ, quae nomen finit, vocali casus simul ex §. 411 ita distinxit, ut nomin. sonet قَاو, gen. قَاوِي, acc. قَاو. Haec in statu constr. adhuc obvia sunt poetis maxime. Sed cum in stat. abs. ex §. 411 vocalis longa ita corripienda esset ut vox nimis brevis et fluxa foret, voci incrementa suffixa sunt: قَاو ex §. 413, gen. قَاوِي, acc. قَاوِي, unde et st. const. derivari

1) cf. pot. nostram ad Wakidii Mesopot. p. XVII.

potest ^{قَم}, ^{قَم}, ^{قَم}. Aut aliâ ratione ex §. 413 * vocali longae succrevit: ^{فَاة}, vel ^{فُوَة}, ^{فَيْد} et fem. ^{فُوَهَة}; atque ex his derivationes succedunt, ut coll. ^{أَفْوَاء} vel ^{أَفْهَاء}, novum coll. ^{أَنَاوِيد}, pl. ^{فُوَهَات}, verb. ^{فَوَّه}, part. st. II. pass. ^{مَفْوُوه} vel ^{مَفْوِي} ubi mansit ^ي pro *; dualis tamen ut semper ex sg. ^{قَمَان}, raro ^{قَمَوَان} et ^{قَمْبَان}. — 2) similiter ^{مَا} *aqua* ^{מַי}, *oujus* acc. ^{مَا} rarissime poeticus est; in vulgari tamen voce tertia rad. ^ي servata est post vocalem *a* productam: ^{مَاء}, quod ex ^{مَائ} *ortum* ex §. 108 patet. At derivationes pleraeque * radici decurtatae affixo ex ^{مَوْه}, ut coll. ^{مِبَاء} et ^{أَمْوَاء}; laudatur et ^{مَاء} pro ^{مَاء}. — 3) ^{شَاءَة} ex ^{שׂוּה} *ovis*, semper suffixâ fem. terminatione; sed coll. ^{شِبَاء}.

443 2. ^ا e radicum formationis lege semel tantum radici inesse potest. Sed quocunque modo cum ^و et ^ي radici in-sit, semper suas patitur mutationes e solâ pronunciatione pendentes, ^و autem et ^ي per se suas sequuntur leges ex §. 377 sqq. et 440 sq. judicandas.

1) pr. r. ^ا et tert. ^و v. ^ي, ut ^{أَبِي} *renuit*, imperf. ^{يَأْبِي}, imperat. ^{أَبِ}, part. ^{أَب} etc. Ex ^{أَتِي} *venit* nota imperat. ^ت ex §. 421, pro quo solo potius ^{تَد} scribitur §. 440. — ^ا tert. r. ^و pr., ut ^{وَدَّ} *increpuit* imperf. ^{يَدِي}, imperat. ^{دِي},

infinit. ^سذمّ ^عوطني *calcavit*. (ubi *i* non ex intransitivâ notione sed ex pr. r. fluxit, cf. §. 379), imperf. ^طبطأ, imperat. ^ططأ, inf. ^سطبة. Ex ^عوضو *nituit* imperf. ^عبوضو, ex ^عوثي *leviter laesus fuit* ^عبوثا.

2) ^عأ cum proximo و vel ^عي; a) | pr. r. et و v. ^عي sec. ut 444

^عأ r. ^عأوب *rediit*, ^عأبت, ^عأبت etc.; imperf. ^عيووب, f. g'ezm. ^عأوب, imperat. ^عأب; IV. ^عأب, pass. ^عأبب, imperf. ^عياب, 3 ps. ^عأوب, pl. ^عأوب manente ^عأ post *u*; part. act. st. I. ^عأب, pass. ^عأوب; subst. f. ^عمآب: ^عمآب, ex quo coll. ^عمآوب (p. 262). — Contra ^عب *desperavit* (v. §. 377) imperf. ^عبأس, vel ^عبأس, imperat. ^عبأس. Occurrit et transpositis literis ^عبأس, part. pass. ^عمبوس vel ^عمبوس, st. X. ^عبأس, forma brevior. Ex ^عأر *terruit* imperfectum ^عأر, ex ^عأر part. pass. st. II. ^عأر *capito*; inf. st. III. ^عأر *certare* ^عأ). — c) ^عأ sec. rad., و v. ^عي tert., ut ^عأر *circumvenit* (stabulum lupus) inf. ^عأر, part. pass. ^عأر; ex ^عأر *fodit* imperf. ^عأر, imperat. ^عأر, subst. ^عأر *fovea* ^عأر coll.

1) ad hanc radicem Arabes male referunt ^عأر v. ^عأر *geminus*, ^عأر *gemellus*, ex ^عأر ortum; coll. ^عأر vel brevius ^عأر formae ^عأر, ut tamen ob و vocalis *u* sit pro *i* ante *ā* cf. §. 307.

نوي (Kam. sine hamza scribit) v. نبي §. 416, أنا et deinde
 أنا ex §. 423; part. act. نا, f. نابة, pass. مني. Radicem رأي vidit literam أ post syllabam compositam amittere¹⁾
 supra §. 423 dictum est: st. I. imperf. يري, f. g'ezm. ير, imperat. ر vel potius ر; sed in formationibus recentioribus ا
 manet: adj. اري, subst. مرأي f. مرأة, part. pass. st. I. مرئي,
 et in st. IV, quae e lege اري (ostendit, imperf. يري, impe-
 rat. ر, part. مر, inf. اري et اري) sonat, اري novà notione:
 intelligens factus est. St. III. راي, inf. مرأة et راي, ا
 non puro servato sed in semivocalem verso, quod idem fit in
 راي visus nonnunquam dicto pro راي, et راي pro راي aspectus.
 راي pl. رايون et رايات pulmo ex §. 410 formatum. —
 d) radices sec. و vel ي et tert. ا exacte formationes radicum
 med. و et ي sequuntur, ut ا in fine simul e suis legibus
 pronuncietur. Ita ساء malus fuit r. سوا, f. ساءت, 2 pers.
 سوت (ut قمت), pl. ساروا etc., imperf. يسو, f. g'ezm. يسو,
 imperat. سو, st. IV. اساءت malefecit, f. اساءت, 2 pers. اسات,
 pro quo vulgus ex radicibus ult. ا cum rad. ي confusis

1) grammatici quidam omnes hujus generis radices ناي etc. ا ita extrudere posse autumant, quasi finis formarum in vocalem fortiorem exiens majori vi praecedens ا pelleret.

(§. 427) ^{أَسَاءَتْ} loquitur Locm. fab. 9, part. ^{مَسِي}, inf. ^{أَسَاءَتْ}, ubi notes femininam formam ut in aliis hujus generis brevioribus praeferri. Inf. st. I. ^{سَوَّ}, subst. ^{سَوَّ} *malum*, coll. ^{أَسَوَّ},

adj. ^{سَيَّ} §. 387. De literae mollis scripturâ parcâ in his aliisque §. 122 satis dictum est: major etiam scripturae parsimonia in adj. intens. ^{أَسَوَّ} Sur. 39, 54. 41, 27; ejus fem.

^{جِيَّت} (ut ^{جِيَّت} 2 ps. ^{جَاءَتْ}, f. ^{جَبَا} *venit* rad. ^{جَاءَ} — ^{سَوَّ} ^{سَوَّ} imperf. ^{يَجِي}, f. ^{g'ezm.} ^{يَجِي}, imperat. ^{جِي}, pass.

^{جِي}, part. ^{جَابِي}), subst. formae ^{مَسِير} ^{مَسِير} vel f. ^{مَجِيَّة}, pro quo vulgus maxime ex p. 301 ^{مَجِيَّة} pronunciat; pro inf.

^{جِي} et f. ^{جِيَّة} nota reperiri quoque ^{أَتَجَّأَ}, quasi inf. st.

VIII. ex ^{جَبَا} = ^{جَبَا}, cujusmodi radices haud raro alternant (§. 446). — ^{شَاءَ} *voluit* r. ^{شَا} flexione intransitivâ, 2 ps.

^{شَا}, imperf. ^{يَشَاءُ}, 3 pl. ^{يَشَاوُن}, f. ^{g'ezm.} ^{يَشَا}, imperat. ^{شَا},

subst. ^{شَيْئَة}, ^{مَشِيَّة} *voluntas*, ^{شَيْئ} *res*, acc. ^{شَيْئَا} vel ^{شَيْئَا},

coll. ^{أَشْيَاءَ} cas. obl. ^{أَشْيَاءَ} sine nunatione 3), ut terminatio

1) hoc ut omnia hujus generis in quibus in fine vocis hamza post longam vocalem non scribitur, in acc. scribitur ob nunationem

^{مَسِيَّ} vel ^{مَسِيَّ}.

2) sic secundâ rad. ante mollem hamzatam in semivocalem transeunte.

Nonnulli grammatici probant e contrario ^{جَاءَ}.

3) vide de causâ lites grammaticorum apud Kam. Verum vidit El-kesai.

fem. vocem finire videatur (cf. Ham. p. 503 etc.); nam ex hoc coll. saepius plur. fem. formatur أَشْبَارَاتٌ (cf. §. 405) vel eliso ي tenui أَشَاوَاتٌ eique respondens coll. أَشَاوِي (§. 319), ut lingua rursus collectivam formam his substratam terminatione fem. instructam habere coeperit. Diminut. vulgo شَوِي vel شَوِيَّةٌ, sed Kam. probat formam haud mutatam شَبِيٌّ. Pro مَشَاءَةٌ voluntas occurrit et مَشَابِيَةٌ, ut pro مَسَاءَةٌ et مَسَاءَةٌ malitia مَسَابِيَةٌ, مَسَابِيَةٌ: scilicet ultima rad. post â in ي transire potuit, ut مَسَابِيَةٌ quoque reperitur: quas inter utrasque formas illa dubia haeret. — هَبَا r. هَاءٌ paravit, intrans. cupiit imperf. هَبِيٌّ et ob gutt. sequentem هَبَاهُ; et mediâ radic. manente هَبُو pulcher fuit; adj. هَبِيٌّ v. هَبِيٌّ spectabilis.

- 445 3) ا juxta و et ي simul collocatum flexionem ex his necessariam non mutat, et ipsum mutandum: a) أَوِيٌّ mansit, imperf. هَبَاوِيٌّ, f. g'ezm. هَبَاوِيٌّ, imperat. هَبَاوِيٌّ, part. act. أَوِيٌّ fem. هَبَاوِيَّةٌ, pass. مَبَاوِيٌّ, subst. أَوِيٌّ. — b) وَاوِيٌّ promisit, imperf. (وَلَدٌ ut هَبِيٌّ), 1 ps. sg. أَوِيٌّ (§. 122), 3 pl. هَبَاوَاوِيٌّ; f. g'ezm. هَبَاوِيٌّ, 1 ps. sg. أَوِيٌّ, imperat. اِوِيٌّ vel potius اَوِيٌّ f. اَوِيٌّ, pl. هَبَاوَاوِيٌّ, du. هَبَاوَاوِيٌّ; part. fem. هَبَاوَاوِيَّةٌ. — Ex nomine هَبَاوَاوِيٌّ (fructus ad corium dependendum) ortum verbum activum هَبَاوَاوِيٌّ

(pro ^أأ) suo in genere unicum, 3 pl. ^أأوا, 2 ps. ^أأوت, imperf. ^أأوي vel ^أأوي, 3 pl. ^أأونن; imperat. ^أأو vel ^أأو, fem. ^أأوي.

3. Radicem contractam si و orditur, firmæ instar literæ 446

manet continuo, ut ^أأد amavit, imperf. ^أأود, imperat. tamen ^أأدد;

أ ab initio ejus constitutum suas subit leges, ut ^أأن gemuit impf. ^أأين, ^أأب movit imperf. ^أأوب. Ex radice particulam in vocalem ex-

euntem geminante (cujus generis multa sunt, ut ^أأأأ vocavit camelos verbo ^أأجى repetita; sed ^أأأأ coll. ^أأأجى

a r. ^أأأ = ^أأأ) et pr. rad. ^أأ prodit quadriliterum ^أأأأأ

(blanditus fuit iterando ^أأأ o!), pl. ^أأأأأ vel ^أأأأأ, imperf. ^أأأأأ, imperat. ^أأأأأ.

Ceterum radices infirmæ interdum, maxime ubi in no- 447
vam collectivi formationem aliasque transeunt, literas suas †
transponunt. Pendet tamen id plerumque e causis remotio-

ribus supra descriptis. Nota porro ^أأأ arcum formare coll.

^أأأ et diminut. eodem modo ^أأأ; fuit scilicet antiqua forma

^أأأ, ut vocalis fem. in fine audiri posset. Multae hujus
modi formae novae vulgo sunt et linguae recentiori propriae, ut

^أأأ pro ^أأأ capita sg. ^أأأ.

Arabum grammatici radicum infirmarum classes distinc- 448

turi radicem cui و vel ^أأ inest, nominant ^أأأ infirmam; †

interque eas radicem a و vel ^أأ incipientem ^أأأ similem,

cum in primâ personâ normae inserviente **وَلَدَتْ** firmæ similis sit, radicem med. **و** vel **أَجَوَّيْ** *conccavam*, cum radicalis media inter duas evanescat, vel **ذُرُّ الثَّلَاثَةِ** *triliteram*, cum in primâ personâ **قُلَّتْ** tres literas teneat pro quatuor, radicem ultimæ **و** **نَاتَصْ ي** *mancam*, porro radicem pr. **و** et ult. **ي** **لَغَيْبٌ مَّفْرُوقٌ** *complicatam diremtam* seu quæ duas literas infirmas, sed eas mediâ diremtas complectitur, denique r. mediae et ultimæ **و** **مَقْرُونٌ ي** *complicatam conjunctam*. Radix mediae geminatae iis est **مُضَاعَفٌ** *dupplicata*.

CAPUT SECUNDUM.

DE PARTICULARUM FORMA AC NOTIONE.

449 Expositis verbi et nominis flexionibus de reliquis verbis, quibus flexio aut nulla est aut minus dives et perfecta, *particularum* nomine distinctis agendum est. Beneque hactenus Arabes jam omnia linguae vocabula in tres distinxerunt classes: **فَعْلٌ** *verbum*, **أِسْمٌ** *nomen* et **حَرْفٌ** *particula*. Imperfectâ autem utuntur flexione quod *meras notiones* denotant per se varietati aut nulli aut minori subjectas. Nonnullae quidem cum ad nominum notionem et juncturam propius accedant flexionis sunt capaciores, praesertim cultioris linguae arabicae indole huic favente, aliae verbo notione suâ similes factae verbi flexionem imitantur: sed et haec haud eâ utuntur flexionis ubertate et varietate quâ vera verba et nomina, neque flexionem ex origine tuentur sed mutuatam et traductam.

Harum de origine si quaeritur, duplex cernitur. Mul- 450
 tae voces sunt primitivae, neque ex radice antiquiore neque
 ex formarum, quas flexio perfecta fert, copiâ derivatae.
 Hae brevissimae sunt voces, ex antiquissimâ linguae aetate
 servatae eoque ortae tempore quo flexio omnis parum ex-
 culta esset. Quo pertinent tum interjectionum et pronomi-
 num, uti particularum quae hinc derivatae sunt reliquarum
 copia; tum vero etiam radices, quae in stirpes seu verba
 et nomina aut vere abierunt aut si fors tulisset abire potue-
 rant, ipsae haud mutatae particularum notione servatae, ut
 ع^ـ radix notionem motus versus altum exprimens praeposi-
 tionis ἐπι sensu mansit. Sed aliae ex ipsis linguae formis et
 vocibus excultis, nominibus maxime, ortum ducunt, praeser-
 tim si quae vox significationem principem liberumque usum
 exuens frequenti usu in particulae notionem abiit constan-
 tem, ut ن^ـ imo!

Fert hoc vocum usus hujus atque etymologiae incertae 451
 natura, ut magis magisque deteri et decurtari possint. At-
 que ita particulae multae, praepositiones maxime; multas
 subierunt mutationes. Alia, interjectiones dico, per se bre-
 vissima. Quodsi ullâ ex causâ particula sonum unâ tantum
 literâ exprimendum continet, voci sequenti praefigenda est e
 scripturae lege constante (§. 124).

Cum hic forma potissimum particularum consideranda 452
 sit, uberiore de multis disputatione syntaxi reservatâ, brevi-
 ter nunc de earum classibus et naturâ agere placet. Classes
 autem distinguimus tres: *pronomina*, *particulas orationis*
contextae, quo adverbia, praepositiones et conjunctiones per-
 tinent, denique *interjectiones* locutionesque ex earum in-
 dole manantes.

I. De pronomibus.

453 1. *Pronomina personalia* satis explicita sunt §. 165. 366 - 373.

2. *Pronomina demonstrativa.* Quanquam radices variae *d'á, hâ, al (ul)* eorum notionem in universum exprimunt, usum tamen hae voculae sive simplices sive compositae nactae sunt certum et bene distinctum. Demonstrativi simplicis et vulgaris vim tenet *ذَا is* (ex §. 73 ex *הַי* ortum, quod alia ratione in *ذِي* vel brevius elatum *ذِ* (§. 85) transire potuit §. 458). Ex eo femininum semper quidem secretum; non tamen suetâ fem. terminatione, sed aliis rationibus singularibus. Aut *ذَا* transiit in *ذِي* (Sac. anth. p. 141, 8), ex simili vocalis variatione quâ ex pron. pers. *هُوَ* prodiit fem. *هِيَ*; aut sonus *t* terminationi fem. proprius (§. 285) in ipsam radicem ita irrepsit, ut *ذ* ab initio in hoc *ت* fem. transeat: *تَا* et ex variâ vocis primitivae *הַי* pronunciatione *תֵי*. Plurali notando diversa invaluit ex antiquitate radix *أَوِي* (male *أُولَا*) ex *הַי*, genus haud distinguens; sed plerumque fini vocalis *i* copulativa accessit *أُولَا*, ut raro et in sg. msc. *ذَا* dicitur. At dualis, quem cultior lingua efformavit, ut semper e formâ singularis prodit, ita et hic facili terminationis variatione *ذَانِ*, cas. obl. *ذَيْنِ*, fem. *تَانِ*, cas. obl. *تَيْنِ*, quas omnes formas *n* geminato efferre licet *ذَانِ*, *ذَيْنِ* etc. cf. §. 455.

1) reperitur etiam vocalis brevis origini consentanea *أَلِي* cum articulo (Kam.), et dubitante mensurâ *أَلَاك* §. 455; cf. §. 456.

Casum obliquum, quem pronomina omnia non distinguunt, hic solus dualis recens formatus facile distinxit.

Sed vocula haec rarius per se sola in usu mansit; haec enim est pronominum in omnibus linguis ratio, ut paulatim plures voculae demonstrativae componantur, quibus simplicium usus facile imminuitur. Ita Arabes vocem demonstrati-

vam هَا ex §. 76 plerumque brevius هـ scriptam simplici ita praepone consueverunt, ut pronomen compositum multo sit frequentius: هَذَا hic, fem. هَذِي (Koseg. chr. p. 147, 8), du.

هَذَانِ, هَذَيْنِ f. هَتَانِ, etiam pl. هَوْلَاءُ. Feminino autem huic sg. denuo pronomen personale * (hī, v. §. 367) ob notionis similitudinem tam frequenter suffigi coepit, ut in prosā haec tantum forma bis composita usitetur; est tamen vocalis ultimae syllabae in هَذِي ob suffixum perpetuo fere accedens

correpta: هَذِئ (1). Ex his simplicis ذَا usus rarior factus; nam praeter poetas quosdam seriores qui metri gratiā ذَا frequentius scribunt (Sac. anth. p. 136. 138. 145), ita tantum ذَا usitatur, ut minori vi post pronomen interrogativum ponatur,

velut مَنْ ذَا الَّذِي quis is qui - ? Sur. 2, 256. مَا ذَا quid

(cur) is - ? Sac. anth. p. 148, 10. 166, 9; similiter لِمَاذَا curram? (§. 466). Porro in repetitione pronominis ad di-

1) Rarissime idem suffixum sine هـ praefixo: ذِهِي v. ذِهِي; atque e

formā تِي rarā تِهِي, تِهِي. Etiam e msc. rarissime ذَاهِي (ubi hi suffixum ex hā ortum, v. §. 372). In his dialectorum variationes agnoscere licet a poetis servatas.

versas duas res signandas, ut *أَمَّا ذَا وَأَمَّا ذَا* vel hoc vel illud Tebr. Ham. p. 61, 2. ¹⁾).

455 Fuit ab initio unum hoc pronomen demonstrativum, ut cum ad notiones *hic* et *ille* e contrario affines sibi opponendas linguae 'haud ²⁾ diversae praesto essent radices ³⁾, *ذَا* idem bis positum ex oppositionis sensu per se dilucido varios seu *hunc* et *illum* notaret. Sed quo dilucidius singulus quis loquenti remotior indigitetur, lingua simplici demonstrativo pronomen secundae personae 'tibi v. vobis perpetuo suffixit, quippe quod rem hanc non loquenti, sed alteri seu alii cui-piam praesentem, remotius igitur a loquente distantem vel ad alterum potius quam ad loquentem pertinentem innuat ³⁾. Ita *ذَلِكَ* *ille*, pro quo ex antiquitate potius *ذَلِكَ* (§. 76) scribitur; pl. *أُولَئِكَ*, fem. quod *تَالِكِ* sonat, perpetuo fere duas syllabas contraxit in *تِكْ*, sono vocalis potioris *i* in contractâ syllabâ manente, nisi ex *تِي* potius venit. Et primitus quidem suffixi genus numerusque pro eo ad quem oratio tendit variandi sunt, ut si femina praesens est, dicendum sit *ذَلِكَ*, si plures, *ذَلِكُمْ* (Schult. hist. Joct. p. 168 et saepius in poesi ⁴⁾), f. *ذَلِكِنَّ*, cum du. *ذَلِكُمَا*. Sed cum certi homines loquentis animo non semper obversentur, saepissime singularis msc. ut potior

1) poetice etiam *ذَا وَذَاكَ* hoc et illud Koseg. chr. p. 57 infr.

2) ut in totius linguae semiticae indole et origine *appositio*, quae est simplicior ratio, pro *oppositione* valet e sensu tantum et verborum collocatione dilucidâ.

3) simile quid in linguâ armenicâ.

4) in Korano *ذَلِكُمْ* saepius prorsus notat *id vobis*, ut Sur. 40, 13.

forma sine discrimine dicitur. Accedit quod suffixi ut pronominis personalis notio et vis sensim obscuratur. Unde brevius quoque eliso *ل* seu potius cum simplice suffixo (§. 366 sqq.) dicitur ذَاكَ, ذَاكَ, ذَاكُمْ etc., fem. تَاكَ etc. et in pl. semper fere أُوَلَايَكَ (antiquius أُوَلَيْكَ), raro أُوَلَاكَ; in du. aut ن e contractione geminatur, cum bene ferri nequeat literarum *n* et *l* concursus (§. 187): ذَانِكَ c. obl. ذَيْنِكَ, f. تَانِكَ, تَيْنِكَ, aut tollitur geminatio ذَانِكَ etc. Cum leviori ¹⁾ ذَاكَ tamen iterum ut cum ذَا componi potest هَذَاكَ, quod ne هَذَاكَ scribatur sine causâ idoneâ vetat Hariri in Sac. anth. p. 67. — Ceterum similiter differunt هُنَا et fortius هَهُنَا hic (adverbium) et هُنَاكَ illuc Sac. anth. p. 114, 3 inf.

Ex *ذَا* derivationes quaedam oriuntur notabiles: 1) sub-⁴⁵⁶stantivum abstractum, fem. terminatione formatum ذَاتٌ vel ذَاةٌ nobis *Selbstheit*, lat. *substantia*, seu rem hoc esse ipsum quod traditur ²⁾; hac maxime juncturâ بِذَاتِهِ نَفْسِهِ per ipsum suum animum, v. per se ipsum (Kam. = بِذِي نَفْسِهِ)

1) hinc grammatici Arabum quidam لَكَ solum volunt rem remotam notare, كَكَ rem nec praesentem nec remotam, ut simpliciter sit حَرْقُ الْخِطَابِ particula compellendi. Sed tantum discrimen usui linguae non inest; nam breviores formae poetis propriae sunt. Alii dialectorem variationem hic cernunt.

2) simili et formatione et sensu Indi ex *tat* i. e. hoc derivarunt subst. neutrum *tattvam*.

et brevius بِذَاتِهِ. — 2) Antiquiori jam tempore ipsum pronomen substantivi vi sequenti genitivo junctum et in nomen flectendum versum *eum* denotat, *qui* rei hujus est, s. ad eam pertinet, eam possidet, *dominum ejus* (cf. §. 411). Ita in stat. constr. (nam hic solus in usu esse potest) ذُو fem. ذَاتُ, pl. ذَوُو f. ذَوَاتُ ut vocalis *u* in semivocalem versa sit; reperitur tamen et اُو, اُولُو^١ ex pron. اُو pl. ipso, fem. اُولَاتُ; *du.* vero semper e sg. ذَوَا, f. ذَوَاتَا. Omnia haec casuum flexiones suetas subeunt.

457 Cum pronominis اُو^١ radice cohaeret اَلْ^{٥١} *articuli* vi nomini semper ita praefixum, ut per se solum non occurrat, et ipsum omnis generis numerique variationis expers. Cujus usu frequentissimo factum est, ut ى etsi perspicuitatis gratiā vel ante ى e lege scriptum, literae sequenti linguā, gingivali vel dentati assimiletur (§. 128), neque sonus, unde orditur, vocalis firmus suoque in oratione contextā loco stabilis maneat (§. 134 sqq.). Quid vero in nunationem valeat, §. 336 dictum est. — Si nomini اَلْ^{٥١} *deus* (§. 76) praepositus est,

litera ى ejus cum sequenti ى eliso sono ا colliquescit اَلْ^{٥١}; fitque id, cum sonus hic mollis simul facile evanescat (§. 421), ob usum hujus vocis اَلْ^{٥١} deum verum significantis frequentissimum. — Vezla post articulum vocalem suam servat, اَلْ^{٥١} اِسْمِ^{٥١}; sed اَلْ^{٥١} اِمْرَاة^{٥١} *femina* semper, non e اِمْرَاة^{٥١}.

458 Pronominis *relativi* radix linguae primitus deest. Unde lingua, sicubi pronomine praemisso relationem indicare vi-

2) poetae brevem efferunt syllabam primam; videturque ex origine brevis esse nec nisi in vulgo producta, cum nata sit ex אָלֵן quod est i. q. *äl*, *el*. — Omnino mensura anceps facta est.

deretur, demonstrativis usa est huic usui facile idoneis. Ex-
 clusa tantum sunt demonstrativa exulta prorsus et distincta
 هَذَا et ذَلِكَ (ذَلِكَ) nunquam relativi notionis et positionis ca-
 pacia. Sed ذَا post interrogativum nonnunquam sic demon-
 strativi simul ac relativi partes suscipit, ut مَنْ ذَا ضَرَبَكَ quis
 is (est) qui te percussit? Voce simili ذُو Arabes quosdam
 relativo sensu (ut ٦١) uti, Kamus testatur. Eidem usui arti-
 culus quoque الّـ inservit poetis maxime (ut التَّضَيُّ حُكُومَتَهُ
 cujus iudicium placet G'erir in Sac. anth. p. 456, 15), quo
 de uberius syntaxis aget. Sed relativo distinctius exprimendo
 orta est vox composita الَّذِي frequentissimi usus et propria
 prorsus relativi notioni. Composita ea ex ذِي, quae diversa
 est pro ذَا pronuntiatio (§. 453), و et ipso demonstrativo
 et articulo per se demonstrativum est ad nomen aliud se
 referens, quod in relativi notionem perpetuo lingua transtulit.

Hoc autem relativo ex linguae indole primitivâ proprium 459
 est, ut enunciationi relativæ sine nexus, quo huic junctum
 sit, interiori praeponatur, conjunctioni similis quam nostro
 pronomini relativo. (v. syntaxin). Unde relativum sine omni
 generis numerique discrimine enunciationem ordiri et in anti-
 quissimâ solebat linguâ et nunc solet in vulgari et incultâ ¹⁾.
 At culta lingua et hic generis numerique discrimen levi ulti-
 mae syllabae variatione induxit. Ex الَّذِي formatum est fem.

1) hoc de الَّذِي notant inter alios Hamaker ad Exp. Memph. p. 80.

Habicht ep. arab. p. 38 not. Eodem modo ذُو relativo sensu
 dictum flexionis esse haud capax Kam. affirmat. Alii flexionem
 ei dant §. 456 descriptam.

462 3. *Pronomen interrogativum est مَا quid? de rebus dictum et مَنْ quis? de personis.* Haec flexionis quidem omnino sunt expertia, sed ubi مَنْ solitarie ita ponitur, ut de personâ modo dictâ incertus, *quaenam* sit, breviter hac solâ voce interrogas, omnes flexiones subit, exacte se ad numerum et genus casumque personae dictae referens. Observatur autem in ultimâ syllabâ efferendâ *pausa* (§. 145), ut vocales finales e lege auferantur: pl. مَنْوُنْ, cas. obl. مَنْبِيْ, du. مَنَّانْ c. obl. مَنْبِيْ, fem. sg. مَنَّه (§. 84) vel مَنَّت¹), pl. مَنَّات, ut casus amplius distingui nequeant; du. مَنَّانْ seu potius ob interrogationis impetum brevius مَنَّانْ, cas. obl. مَنْبِيْ; in ipsâ stirpe seu msc. sing., quo *pausa* distinguatur, contra legem suetam vocales casuum (sine nunatione, quae in pausâ semper excidit) servatae producuntur: nom. مَنْوُ, gen. مَنْبِيْ, acc. مَنَّا. Ut si quis narrantem رَأَيْتَ رَجُلًا (*vidi virum*) interrogando interrumpit مَنَّا *quemnam?* Rarissime culta lingua haud adigente hac causâ numerum distinguit, ut poeta quis dixit مَنْوُنْ أَنْتُمْ *quinam vos?* Cf. Sac. anth. p. 143 et not. p. 344. Eandemque flexionem pronomen interrogativum أَي (§. 464) tali in nexu subit, nisi quod grammatici huic pro arbitrio verba quaedam haud arcte juncta postponi posse nec proinde *pausam* post interrogativum necessariam esse autumant.

1) de مَنَّت quod grammatici simul afferunt dubito.

مَا *quid?* praepositioni ita junctam ut una prodeat vox, 463 ob interrogationis celeritatem tonique in syllabam priorem progressum vocalem corripit ¹): لِمَ (ad quid) *cur?* بِمَ (per quid) *quare?* عَلامَ *ob quid?* اَلامَ *quo?* et حَتَّامَ *quousque?* quae in pausâ ex §. 84 لِمَ etc. scribi possunt. Atque vel celerius et brevius poetis maxime pronũnciare licet لِمَ, بِمَ, quâ ex ratione semper dicitur كَمَ *quot?* haud dubie ex كَمَا *quomodo?* ortum.

Pronominis interrogativi vim nacta est praeterea vox أَيُّ, 464 quae in hebraismo interjectionis tantum interrogativae jure utitur. In arabismo vox flexione, ad quam conformata est, generis numerique ac casuum perfectâ a مَنْ et مَا distincta est, ut horum defectum suppleat; de quo fuse in syntaxi dicitur. Fem. أَيَّةٌ, pl. أَيُونَ f. أَيَاتٌ, du. أَيَانٍ f. أَيَّتَانٍ cum ceteris casibus; statum constructum semper ferre potest. — Poetae sine flexione أَيُّ dicere nonnunquam haud formidant.

Interrogativa enunciationi incertum quid quaerenti vel 465 dubitanti subjici possunt, ut quaestio hic occulta lateat; ut مَا أَقُولُ لَا أَدْرِي *haud scio quid dicam*. Deinde vero interrogativa sine omni interrogationis specie *incertam* personam vel rem ponunt, uti incertum semper id est de quo quaeritur. Medio in sermone ita مَا venit ut latinum *quid* = aliquid, gr. τί; sed post nomen ²) tantum, cujus ad numerum

1) eodem fere modo لِمَا *cur?*

2) nam si simpliciter per se dicendum est *aliquid*, in usu est شَيْءٌ *res*; si *aliquis*, رَجُلٌ *vir*.

rerum, quae eo signari possunt, rationem vagam faciat et incertam, ut قَلِيلٌ مَا هُمْ *paucum quid sunt*, جُنْدٌ مَا *copia*

aliqua, يَلْبَثُ لَبِثَةً مَا *moratur moram aliquam (paullisper)* Sac. anth. p. 70, 12; respondet quoque latino *quicumque* (et

nostro *irgend*), ubi varietatem cogitare licet, ut لَأَمْرٍ مَا فَعَلَ *ob rem quamcunque fecit hoc* Koseg. chr. p. 63, 5;

ضَرَبَ اللَّهُ مَثَلًا مَا *dat deus similitudinem quamcunque* Sur. 2, 26 et in compositione cum particulis §. 487; in enun-

ciatione negativâ rem prorsus negat, ut مَا وَجَدْتُمْ خُبْرًا مَا *non invenisti panem ullum.* — Omnia autem interrogativa

ab initio collocantur nostrum relativum, Graecorum ὅστις (cum τίς interrogativo) ita indicantia, ut semper substituere possis notionem *si quis, si quid*; licet quoque duo interro-

gativa componere أَيُّمَنْ *quisquis*, أَيَّمَ *quicquid*, quâ in voce compositâ prius nomen flexionem subire ex §. 464 apparet. Hactenus interrogativum in simplex nondum abiit relativum,

cum الَّذِي ad certum potius seu nominatum referatur, interrogativa ad incertum. Sed deinde vel nostra pronomina relativa exprimunt (ut latinum *qui* cum *quis* cohaeret), at hoc semper discrimine, ut per se ab initio ponantur, nec ad nomen

modo dictum se referant, ut أَمَنْتُ بِمَا أَنْزَلَ مِنَ آلِهِ *credo ei quod demissum est a deo.* Igitur notione suâ jam notat *is*

qui. Latius autem iterum مَا, quod varii maxime usus est et in particulam abiit multiplicem, ita usitatur ut latino *quod* simile enunciationem sequentem verbalem voci priori annectat, v. §. 486 sqq. 1).

1) falluntur prorsus qui interrogativa origine relativa fuisse censent, neque rem ipsam neque historiam reputantes; nam in antiquâ V.

Interrogativo saepe demonstrativum postponitur, ut in- 466
 terrogativum prius ad demonstrativum tantum se referat, de-
 monstrativum vero simul relativi vicibus fungatur, ut مَاذَا تَقُولُ
 quid hoc (est) quod dicis? cf. §. 458; vel relativo ipso in-
 sertō مَاذَا الَّذِي تَقُولُ. Quod non licet nisi si enunciatio
 verbalis sequitur quae dirimi possit; notatque exordium in-
 terrogationis paulo vividius. Similiter لِمَاذَا unâ voce scriptum
 vividius de re animo praesenti quaerentis est: *cur nam?*

II. Particulae orationis contextae, quas pro variâ in 467
 oratione contextâ vi et ratione adverbia, praepositiones et
 conjunctiones nominare suetum est, originis sunt et formae
 maxime variae. Nomen, e quo adverbia plurima exoriuntur,
 si ad rationem quâ res se habeat, fusius describendam enun-
 ciationi subjungitur, casu obliquo seu accusativo efferen-
 dum est; estque hic nominum usus linguae arabicae multo
 quam ceteris simiticis, quae accusativi notatione carent,
 frequentior et constantior, tam a substantivis quam adjecti-
 vis, ut يَوْمًا *die*, لَيْلًا *noctu*, بِمِئْنَا *dextrorsum*, كَرَّهَا *vi* (non
 sponte suâ); قَلِيلًا *parum*, كَثِيرًا *multum*, مُخَصَّصًا *simplici-*
ter; et in fem. عِبْرَانِيَّةً *hebraice* (quia in mente est لِسَانٌ
lingua fem.); quaedam nomina aut solo hoc adverbii usu
 sensuque manserunt, ut مَعًا *simul*, aut novum adepti sunt
 et constantem sensum, ut جِدًّا *valde* (pr. *studio*, ut latine
magnopere), فَضْلًا *praesertim* enunciationi negativae novum quid

T. linguâ interrogativa rarius demum atque ita ut interrogatio ple-
 rumque dilucidior maneat, in hunc sensum transferuntur.

et gravius addens, ut nostrum *nedum* exprimat Locm. f. 32; neque omnia pro arbitrio nomina huic usui inservire credendum est. Quae cum tanta sit adverbii casu accusativo formandi facilitas, terminationes adverbio propriae ceterum prorsus desunt (v. tamen §. 475). — Reliquae vero particulae a nominibus non derivatae si in fine vocali *a* instructae sunt, factum id quia haec vocalis omnium proxima; multae insuper adverbiorum nominalium notionem imitantur. Aliae ipsae ultimo e fonte ab accusativo nominum descenderant.

468 Nunatio accusativo adverbiorum istorum nominalium conjuncta non cessat nisi ubi duo nomina intimo sensus nexu, ut unum adverbium efficiant, juncta rapidiori pronuntiatione efferuntur, ut ^{بَيْتَ} ^{بَيْتَ} *domum domum* i. e. per omnes domos; ^{صَبَاحَ} ^{مَسَاءَ} *mane vespere* i. c. quovis mane et vespere. Ceterum v. §. 475 sqq.

469 Sed praeter haec adverbia alia sunt breviora, praepositiones potissimum et conjunctiones, quae e nexu et notione sua brevius efferuntur; aut e nominibus linguae veteris brevissimis vel decurtatis aut ex interjectionum et pronominum radicibus orta.

1. *Praepositiones*, de quarum formâ solâ hic agitur, praeter ك §. 481 omnes ex origine stirpes sunt loci rationes varias notantes, nominum et notioni et formae simillimae; sed eo a particulis et adverbis ceteris distinctae, quod usu semper ad nomen tantum proxime sequens referri eique jungi possunt. Forma varia: 1) antiquissima duo consonantem ultimam vocali praecedente sine vocali efferunt: ^{مِنْ} *ex*, ^{عِن}

a. Similiter vocali *a* et *u* fluctuante ^{لَدُنِ} et ^{لَدُنْ} *apud* 1),

1) radix notat *haerere*, cf. ^{تَلَدُنْ} *morari*. Male aliis ex ^{لَيْدِي} *ad manus* derivatur.

quorum vocalis ultima non nisi ex pronunciationis necessitate (cf. §. 432, 3) pendet; frequentius vero vocali rejectà effertur لَدَنْ (vel لَدَا, quasi accus. sit ex لَد) لَدَنْ, لَدَنْ, لَدَنْ, et literà liquidà evanescente: لَدِي (§. 470), raro contractius لَد, لَد, لَد. Plurimum detritae sunt duae ب in et ل (ex ¹ ad ¹), quae praefixa vocalem i ex origine tuentur; ex ب secretum est فِي notionis summae ejusdem, usus diversi. Post praefixa haec ب cum Vezlâ manet (§. 136 sq.); sed ب articuli post ل haud scribitur, ut بِالرَّجُلِ, لِلرَّجُلِ; nota لِلَّهِ deo ex اَللَّهِ §. 128. — Notandum مِنْ quoque et عَنْ arctius cum sequenti voculâ مَن vel مَا (§. 462) ita jungi, ut ن litterae م assimiletur: مَمَّن, مِمَّا, مَمِّن, مَمَّا. Rarissime vero poetae ن prorsus abjiciunt, nec nisi ante articulum cujus α facile perit, ut مِمَّا مَلِّحِينَ, مِمَّا مَلِّحِينَ (sic enim direntis vocibus grammatici scribunt), v. Tebriz. Ham. p. 273. 382. Schult. ad Exc. H. p. 435. Bohlen de Moten. p. 110. Dubito an idem ante literam solarem fieri possit. Praeterea in unam vocem conflari potest مِمَّا مَلِّحِينَ ex مِمَّا مَلِّحِينَ propter te v. Hariri in Sac anth. p. 58. — مَمَّن, quod porro in مَمَّن contrahitur, ortum ex مَمَّن ex quo, praepositio temporis (cf. مَمَّن simile); vocalis in fine detritae sonus in priorem syllabam fortius pronunciatam migravit; ante Vezlam post مَمَّن pronunciat i vel potius u v. §. 137.

1) radix affinis est ولي accessit et لوي flexit.

470 2) Praepositiones reliquae integrum radice ambitum complectentes, si ultima e firmis est literis, omnes in accusativo collocantur, qui casus adverbii proprius est (§. 467), statu autem, quem praepositionum notio et nexus postulat, constructo, ut *بَيْنَ* *inter*, *تَحْتِ* *sub*, *دُونَ* *sub*, *فَوْقَ* *supra*, *عِنْدَ* *juxta*, *حَوْلَ* *circum*, *قَبْلَ* *pro*, *بَعْدَ* *post*, unde simul formas hic regnare brevissimas patet. Hoc a praepositionibus proprium comparet etiam in *مَعَ* *cum*, licet id ex *עַם* ortum etymi sit incerti; poetis tamen brevius *مَعَ* metri gratiā efferre licet. Ante Vezlam articuli *مِنِ* quoque et *عَنْ* ultimam vocali *a* pronunciant, v. §. 137. In *عَلَيْ* *eni* et *إِلَيْ* *ad* brevis haec vocalis per se e stirpium formatione prodire nequit (§. 393 sqq.). — Haec omnia praepositionum tantum vim et usum servarunt. Substantiva rarius in praepositionum notionem transierunt, ut *مَقَامَ* *loco*, *pro* a *مَقَامَ* §. 387, *أَمَامَ* *coram*, *وَرَاءَ* *a tergo*.

471 Cum praepositionibus nomina in genitivo succedant, pronomina *suffixa* eas semper sequuntur. Quorum de junctura hic singularia quaedam notanda sunt: 1) *إِلَيْ* et *عَلَيْ* sonum *ai* (ae, cf. hebr. *עַלְיָ*), qui in fine ex origine erat, ante suffixa semper ex antiqua lingua servarunt: *عَلَيْكَ*, *عَلَيْكُمْ*, *عَلَيْهِ*, *عَلَيْهِمْ*, *عَلَيْهَا*, 1 ps. *عَلَيْ* (§. 369), pl. *عَلَيْنَا*; ad quorum exemplum flectitur etiam *لَدَيْ* §. 469, ut *لَدَيْ* *apud me* Exc.

Ham. p. 526 ¹). — 2) praepositio **لِ** ante suffixa paulo fortius **لِ** pronunciatur, ut **لَهُم**, **لَهُ**, **لَكُمْ**, **لَنَا**; causa cessat in **لِي** *mihi*, nec non in **ذَلِكَ** §. 455 ob **لِكَ** perpetuo suffixum. Reliquum id est ex antiquà linguà: **لِطَرَام**, **لِطَرَام** etc. Contra **بِ** vocalem *i* semper tuetur: **بِهِم**, **بِكَ**, **بِنَا** etc. — 3) **عِن** et **مِن** ultimam ante suffixum vocale *i* primae pers. sg. geminant, cum radix per se in tres radicales diduci se facile patiatur atque facilior sit haec suffigendi ratio: **عِنِّي**, **مِنِّي**; similiter **لَدُنِّي**; raro **لَدُنِي**, rarius etiam **مِنِي** et **عِنِي** poetae ob metrum efferunt. Suffixum verbale **بِي** pro nominali *i* his accessisse non est quod credamus. — 4) **مُدَّ** suffixa non admittit, cum facilius in tali nexu adverbii vice jungatur: **مُدَّ أَنَا** *ex quo ego (sum)*.

Praepositiones non nisi nominibus praeponi possunt; 472 compositionem enim cum verbis, ut omnes omnino vocum duarum compositiones, haud novit lingua semitica (v. syntaxin). Sin autem ut nominis loco enunciatio verbalis sequatur nexus sermonis postulat: praepositiones proxime particula nominalis *quod* **أَنَّ** v. **مَا** (v. §. 484 sqq.) sequitur, quae nominis vi integram enunciationem sequuturam verbalem complectens et introducens praepositioni complemento sit. Sola

1) vocalis *ā* (ex *ai* orta §. 393) in reliquis nominibus ante suffixa mansit: **هُوَي**, **هُوَاك**, **هُوَاي**; sed dialectorum varietas ferebat etiam **هُوَيَّ** *cupido mea*.

praepositio ۛ haud intercedente vocolà hac conjunctionis vi verbo jam praeponi potest, ut *finem* rei agendaë notet, latinum *ut*. Praeterea particulae, quae adverbiorum liberorum vim servarunt, facilius praepositionis aequae ac conjunctionis modo junguntur, ut *حَتَّىٰ* usque.

- 473 *خَلَا* et *عَدَا* praeter (i. e. excepto) primitus verba fuisse inde patet quod plene dici potest *مَا خَلَا*, *مَا عَدَا* cum accusativo: quod praeterit hunc i. e. praeter hunc; deinde cum iis particulae sensus maneat, sine *مَا* accusativo junguntur, denique quod praepositionibus notione suâ et positione similia sunt, nomina in genitivo sibi subiiciunt. *حَاشَا* (nonnumquam mansit *حَاشَيْ*) quod ejusdem notionis est (cf. et §. 498) eademque ratione vel accusativum vel genitivum sibi subiicit, ex origine est st. III. radice *حَشِي*: *exemit*, ut proprie sit: *exemit* (nescio quis) *hunc*, i. q. *exemto hoc, praeter hunc*. — Paulo diversa est ratio particulae *حَتَّىٰ* 1) usque, quae plerumque adverbii instar ponitur nullo cum nomine nexu, ut dicendum sit *حَتَّىٰ إِلَيْكَ* usque ad te, nonnumquam tamen poetice haud intercedente *إِلَيْ* nomini in genitivo jam sequenti praepositur, ut *حَتَّىٰ مَطْلَعِ النَّجْمِ* usque ad ortum aurorae; sed nexum cum suffixis semper respuit.

- 474 Diminutivi forma a praepositionibus spatii derivari potest, ut *بَعِيدًا هَذَا* paulo post hoc; *قَبِيلًا* paulo ante. Simi-

1) affinis radix esse videtur *آتَى* venit.

liter ex adverbii hinc derivatis (§. 475) ^{د-و-د} بعد paulo postea,
^{د-و-د} قبل paulo antea, ^{د-و-د} تحت paulo inferius.

2. *Adverbium* si e nomine derivatur praeter terminatio- 475
 nem accusativi plenam §. 467 aliam breviorē habet, voca-
 lem simplicem *u* (cf. §. 342). Vocalis haec non nominativum
 proprium seu primitivum notat, qui nec per se adverbio
 aptus est; sed ex vocali *a* accusativi nunationis expertis pro-
 dūit, ut cum hoc *a* adverbium sequenti nomini jungendum
 notet, illud *u* contra adverbium per se stans et hactenus
 nominativo similis indicet. Nunatio autem ipsa propterea
 est omīssa quod adverbium aut e breviori status constructi
 formā prodūit aut nomen frequenti usu decurtatum et in par-
 ticulam meram detritum est: 1) prior ratio maxime cernitur
 in adverbii e praepositionibus prodeuntibus. Possunt enim
 praepositiones longiores solitarie poni, ut adverbiorum vim
 tueantur; quam notionem diversam subtilissima Arabum lin-
 gua vocali *a* in *u* mutata expressit: ^{د-و-د} بعد postea, ^{د-و-د} قبل antea,
^{د-و-د} تحت infra, ^{د-و-د} فوق supra; similiter ex عي formatur عل, quo
 formam hanc adverbii propriam derivatam demum esse satis
 probatur. Contra ^{د-و-د} مع simul cl. ^{د-و-د} مع cum plenam adverbii
 formam servavit. — Simili e ratione dicitur ^{د-و-د} حسب satis
 (verbali quoque sensu *sufficit*), quod primitus nominis in-
 star in statu constr. jungitur, ut ^{د-و-د} حسبك ratio tua (hoc est)
 i. e. quantum tibi satis. — 2) alia quaedam adverbia, quia
 non nisi hac adverbii notione et vi veniunt, terminationem
 decurtarunt: ^{د-و-د} عوض et ^{د-و-د} قط unquam, hoc discrimine ut illud
 plerumque de re futurā, hoc de praeteritā dicatur in enun-
 ciatione negativā; similiter conformatum ^{د-و-د} حيث quo loco,

ubi ¹⁾); de hoc et عوض grammatici (v. Kam. et Sac. anth. p. 80) notant, posse ultimam vocali quoque *a* vel *i* pronuciari: nempe *a* hic primitivum agnoscimus, *i* inde venit quod ultima rapidissime pronuciari coepit (cf. §. 476). — In his omnibus vocalis *u* ut adverbii nota flexionis expertus est, ut vel post praepositionem genitivum postulante immobilis maneat, velut مِنْ بَعْدُ *postea* (späterhin), مِنْ قَبْلُ *prius* (früherhin), مِنْ أَيْ حَيْثُ *unde* (eo quo; pro مِنْ عَدَّ tamen dicitur et مِنْ عَيْ ex عَيْ (Tebr. ad Ham. p. 30). Praepositio contra, cum merus sit accusativi status constructus, casum mutat, ut مِنْ بَعْدِ هَذَا *post hoc*. — Posseque vocalem finalem vel prorsus abjici sequentia docebunt (§. 476-477):

- 476 قَطُّ (raro قَطَّ, قُطُّ et نُطُّ) e rad. *secuit*, notionem temporis praeteriti a praesenti et futuro secreti prorsus vel *absoluti* dat: *jam*, sed non nisi in enunciatione rem praeteritam negante usurpatur, ut nostrum *unquam* exprimat, ut مَا رَأَيْتَهُ قَطُّ *non vidi eum unquam*. Deinde notat *satis*, nempe absoluto et sufficiente eo quod praecessit; quâ notionem plerumque brevius قَطُّ (raro iterum diductus قَطَّ vel قَطِي et قِطِي ante nomen, Kam.) effertur. Id sequenti, ad quod notio ejus sese referat, nomini aut ita jungitur ut genitivus sequatur, id quod proximum est cum قَطُّ ex origine substantivum sit, aut ita ut accusativus, cum particula in no-

1) cohaerere videtur cum حَطُّ descendere, ut sit *descensus*, locus quo quis stat; cf. حَتَّح.

tionem verbi *satisfacit, sufficit, transeat*, ut **قَطَّ عَبْدُ اللَّهِ دِرْهَمًا**

et — **قَطَّ عَبْدٌ** *sufficit Abdallae drachma*; quare pronomina suf-

fixa succedunt vel nomini vel verbo propria, ut **قَطِي** et saepius **قَطِي**,

قَطَّكَ etc., etiam **قَطِي**. Ex hac autem notione denique fluxit

notio *tantum, modo* nempe i. q. *sufficienter*; diciturque

prius **قَطَّ هَذَا** *hoc et satis* i. e. *hoc tantum, non nisi hoc*,

deinde simpliciter **قَطَّ**, semper autem sine vocali finali, ut

ante *Veclam* vocalis *Y* sonet. — Cum hoc ultimà ex origine co-

haeret vocula **قَدَّ**, quae semper vocali finali caret. Notat 1)

satis, eodem modo quo **قَطَّ** constructum, ut *Taraf. M. v. 83.*

Ham. p. 486 c. schol. 1). Fluxit autem hinc notio temporis

peculiarior *satis saepe, nonnunquam*, quà haud raro im-

perfecto jungitur ut formae temporis notionis similis (§. 206),

ut **قَدَّ بِجُودِ الْبَخِيلِ** *nonnunquam liberalis est avarus*, cf.

Sac. anth. p. 340 not. — 2) *jam*, quà notione frequentissi-

me perfecto ad tempus notandum definitum praeponitur, de quo v.

§. 199 sqq. Praeterea saepe cum affirmativà particulà compo-

nitur **قَدَّ** ad affirmandam rem vere *jam* factam; venitque

nonnunquam simpliciter ad rem quandam, quae an fuerit

dubitatur, affirmandam, ut **قَدَّ يَعْلَمُ اللَّهُ مَا أَنْتُمْ عَلَيْهِ** *jam*

novit deus (ne putetis eum non cognovisse) quòd in causà

sitis Sur. 24, 63. 64. Plura v. in syntaxi 2).

1) ante genitivum tamen dici posse **قَدَّ** testatur *Kam.* Tanta est flexionis volubilitas perspicuitati inserviens.

2) cf. grammaticum arabem de hac particulà fuse nec tamen acute disserentem in *Sac. anth. p. 86 sq.* Simillima collegit *Kamus p. 405.*

477 Similiter decurtatum ^وبَد, r. ^وبلي *trivit, attrivit*; antiquiori linguae negationis vim tenuit; sed in arabicâ linguâ enunciationem praecedentem semper ita negat, ut quid verum sit corrigendo statim addatur; ut latinum *imo, quinimo*.

^وأَمْسِ heri propr. *vespere* r. ^ومَسُو (^ومسي) *tenebrae venerunt* ut palparent homines tenebras) decurtatae radici vocalem praeposuit, hac in particulâ ex vetere linguâ servatâ stabilem factam et radici annexam (v. contrarium §. 409); unde forma orta est suo in genere unica et singularis, cl. ^ושָׁמַןְ. Ceterum vocalis *i* finalis vestigium est tertiae radicalis soni. Cf. §. 345.

^وسَو, ^وسَف, ^وسَو (^وسي), ^وس v. §. 205.

478 Antiquissimâ e linguâ manserunt copula et negatio simplex. ^و et ^و), e quo facili pronunciationis variatione discrevit se ^و ita diversum, ut simul *consecutionem* temporis et sensus notet, hebraico Vav relativo (v. conversivo) simillimum, nostrum *et tum, et sic, sic*; v. syntaxin. Hae copulae vi quadam ab initio vocis pronuntiatae vocalem consonantis sequentis brevem et fluxam nonnunquam pellunt, primo in ^ووهو ^ووهي v. §. 165; deinde in copulâ ^و ante jussivum positâ, ubi per se major est vocis celeritas, ut ^وفلينعل *ergo faciat!* Idem poetae nonnunquam post ^وتُم *tum* faciunt.

Ex ^و porro secretum ^وأو *aut*; huic affine ^وأي *explicationi* verborum quae modo praecesserant inservit: *id est, estque* copula recens formata arabicoque sermoni propria.

1) radix ei substrata in semiticam abiit ^ووي *collegit*. Prorsus fallatur qui ^و e ^ו derivant.

nae affine est هَنَا et saepius هُنَا de loco *hic*; هُنَاكَ *illic*, levius هُنَاكَ quod poetis frequentius usitatur, contra هُنَا *hic loci* cf. §. 454. Cum praepositionibus sine flexione: هُنَا مِنْ *hinc*, هُنَا إِلَى *huc* etc. — E radice pronominali *ta* v. *da* (§. 453) orta quoque videtur particula تَمَّ hebr. תָּמַ, locum remotum indigitans: *istic*, *ibi*. Multo autem frequentius paullo variatâ pronunciatione تَمَّ temporis nota facta est, *ibi* i. e. *tum*, *deinde*, ut nonnunquam etiam copulae instar in enumerando occurrat: *tum*, *porro*. Temporis particulae huic poetae aliquando terminationem femininam subjungunt in accusativo et ob nexum cum sequentibus perpetuum sine nunatione pronunciatam تَمَّتْ Ibn - Doreidi Makzura v. 54. 56. Ham. p. 227. 477 cum Tebr. scholiis ¹).

481 Radix *ke* كَ interrogativi et relativi (§. 465) notione praedita in multis orbis veteris linguis culta diversissimis reperitur, communi haud dubie e fonte ultimo. Semiticâ in linguâ cum aliae insuper sint notionis hujus radices, non pronominis ea vim nacta est, sed varias reliquit adverbiorum derivationes, arabicae tamen dialecto minus quam hebraeae usitata: 1) stirps longior كَيْفَ *quâ?* *quomodo?* in-

1) Possit quis hinc facillime concludere particulam non e pronomine sed ex nomine seu radice perfectâ oriri. Sed ut omittam radicem quae huc trahi possit idoneam nullam reperiri, non mirum, quod particula e pronomine orta in flexionem perfectam abit. Suspicio etiam, fuisse antiquitus formam in fine vocali diductiore praeditam ut كَيْفَ, ut facile vocalem â finalem in fem. traducere possent poetae. — Similiter لَاتَ poetas raro dicere pro *non*, tradit Kam. cf. §. 491 et Sac. anth. p. 337.

terrogantis et mirantis; فَكَيْفَ ad prius se referens nonnunquam nobis aliter vertere licet, ut هَانَ عَلَى الْأَدْيِ فَكَيْفَ الْأَبَاعِدِ

despectus est humili et quomodo (quanto magis) *peregrinis* (Kam.). Occurrit etiam sine interrogatione, ut

كَيْفَ تَصْنَعُ أَصْنَعُ quomodo ages, agam. — 2) كَيْ hebraeo respondens ut in universum conjunctionem *quod* exprimat, non servatum est nisi subjunctivo praeposita ut finem, ad quem actio tendat, explicet, simile nostro *daß*; saepiusque

ei simul conjunctio لَ (§. 472) dilucidius praepositur وَلَكِي;

negatio suffigi solet كَيْلَا v. لَكَيْلَا ut *ne, ne*. — 3) brevissimum كَيْ semper *comparationi* inservit, quam in linguis veteribus adverbio e *relativo* derivato exprimi posse probant

latinum *quam*, nostrum *wie*, graecum *ὡς* ex *ὄς*, sanscritum *jathá*. Nec *comparationi* majoris et minoris inservit, sed similitudinis quâ res ad aliam se referat. Correlativa autem *ut-ita* semitica lingua radicibus non distinxit. Quare notiones hae compositionibus exprimi possunt: كَمَا relative *sicut*,

كَذَا (كَذَاكَ, كَذَلِكَ) demonstrative (*secundum hoc*) *ita*. Est quoque adverbium peculiare e primitivo derivatum كَيْتَّ sensu distinctiore *in hunc modum*, si sermonis verba laudantur;

dixit وَكَيْتَّ وَكَيْتَّ *sic et sic*, si cui verba ipsa laudare aptum non videtur; similiter ذَيْتَّ ذَيْتَّ a ذَا *hic* Harir. p. 203.

Vocula haec كَيْ cuius sit classis et indolis disceptari potest est multumque disceptarunt Arabum grammatici. Res tamen sic habere videtur. Vocula haec per se amplius stare nequit; est enim in praefixum detrita substantivo semper praeponendum. Quâ ratione cum praepositionibus simillima fiat,

ut hae omnes semper, genitivum plerumque sibi et e lege subjungit. Unde porro sequitur, ut ك simplex conjunctionis toti enunciationi praefixae vices explere nequeat; conjunctiones sunt ex §. 484 sqq. كَمَا sicut et كَأَنَّ quasi, diversa ut nostra so wie et als; prius notat secundum quod, quemadmodum, ut aut ad sequens ita se referat aut prius similitudine aliunde petitâ illustret; alterum simplicem comparisonem dat quâ prius describatur. At particulae liberae usus simplici ك non prorsus periit. Nam liberius poetis maxime substantivo nonnunquam praepositur, ut cum aliâ praepositione substantivo praefixa, ut كَالرِّدِّ عَنْ يَضْحَكُ ridet (dentibus) quasi e grandine (i. e. candidis et calidis), pro quo in prosâ: عن الاسنة كأنها برد dentibus quasi sint grando. Deinde nec pronomina personalia facile suffiguntur. Plerumque voci compositae كَمِثْلٍ suffiguntur, ut كَمِثْلِي secundum similitudinem meam i. e. ut ego; raro simplex ك aut pronomibus separatis praepositur, ut كَأَنَا ut ego, كَهُوَ ut is, aut suffixis, ut كِي ut ego, كَتَّى ut tu, paulo frequentius in tertiâ tantum personâ, ut كَدُّ ut is; vel quo facilius suffixa succedant, suffixis intercedente voce كَأَبَايَ, ut كَأَبَايَ ut ego, كَأَبَاكَ ut tu. — Ante substantiva quoque saepe كَمِثْلٍ vel مِثْلٍ eodem quo ك modo usitatur.

483 كَأَنَّ ita ex eâdem radice derivatum non mansit Arabum in linguâ nisi in voce compositâ لَأَكِنَّ seu potius antiquâ e scripturâ لَكِنَّ non ita, in sensum adversativi gravioris at,

veruntamen versâ; potest et copulâ praefigi cum semper ab enunciationis initio collocetur **ولكن**. Poetae particulam hanc frequentissimam sine vocali finali **لكن**, rarius brevius etiam **لاک** efferunt, simili mollis literae **ن** in fine vocali vacuae abjectione quam in **بک** p. 254 not. vidimus.

Radix **أن** non dubitandum quin ex origine pronominis 484 demonstrativi vi praedita fuerit; remotius cum demonstrativo **انت** al cohaeret, ipsaque in pronomibus personalibus etc. §. 165 not. servata est. Sed solitarie posita non mansit nisi conjunctionis relativae vi, nostro *dass*, latino *quod*, graeco *ὅτι* respondens ¹). Hac vi semper enunciationi integrae praepositur, per se nihil notans nisi ut. hanc totam complectens alii voci vel thesi jungat. Junctura duplex: 1) praepositioni cum enunciatione sequente universâ jungendae inservit (cf. §. 472), ut **كان أن** §. 482, **ألي أن** *usque eo ut, usque dum, donec*, **مع أن** *simul cum eo quod* v. c. *quam simul, similiter* **علي أن**, **لان** *in hunc finem ut* (brevius etiam **ل** §. 472) et *quia*, **بعد أن** *posteaquam* etc. Etiam post conjunctiones nonnunquam, v. §. 485. — 2) enunciationem priorem sequenti jungit exponens *quo ea tendat*, ut **أتمني أن** *opto ut edas*, **أراد أن يقتل** *voluit ut interficeret*, **لا شك أن** *non dubium est quin*. Potest etiam prior per se absoluta esse, ut sequens ad rem priorem se referens causam afferat,

1) neque hic usus in dialectis ceteris semiticis invaluit.

id quod e nexu dilucidum sit necesse est, ut latinum *quod*,

e. c. ^{اَن} ^{اَتَقْتَلُوْنَ} ^{رَجُلًا} ^{اَن} ^{يَقُوْلُ} ^{رَبِّيَ} ^{اللّٰهَ} *an interficietis virum*

quod dicit (propterea quod d.): *dominus meus est deus*
Sur. 40, 29. 43, 5. In his sequens enunciatio cum actione
prioris intime cohaeret; potestque semper cogitari: *facit*
illud respiciens hoc, quod — i. e. propterea quod. Vel

sermo subjungi potest, ut ^{اَن} *an* cum prioribus jungat introdu-
catque, exponens quae sint verba jam facta, ut *sansit vo-*
bis deus quae injunxit Noae et quae praecepit Abrahamo

Mosique ^{اَن} ^{اَقْبِمُوا} ^{الدِّيْنَ} *an servate religionem* Sur. 42, 12. 44,

18. 19, quod Graeci similiter voce *ὅτι*, Hebraei suo ^{כִּי}
etc. exprimunt. — Potest etiam vox simplex integrae enuncia-

tionis vim tenere, ut ^{اَمَّا} ^{اَن} ^{تَدْبِيْرُ} ^{اَمْرِ} ^{الْبَلَدِ} ^{وَالاَ} ^{سَلْتَنَا} *aut* (ne-
cesse est) *ut, regas terram aut nos eam servabimus.*

Pro ^{اَن} *an* pronunciatur vocali brevi accedente ^{اَن} *an* ante suf-
fixa, quae vocali facilius junguntur, et ante reliqua substan-
tiva. Negatio γ cum voce primitivâ brevi intime junctâ sae-
pissime coalescit in ^{اَلَا} *ala*, ut *ne.*

485 ^{مَا} *quod* (§. 465) eidem conjunctionis relativæ usui in-
servit, sed discrimine plerumque certo intercedente. ^{اَن} *an*
mera est conjunctio, sed ^{مَا} *ma* ad pronominis relativi coque *no-*
minis vim plenam proxime accedit. Hinc ^{مَا} *ma* ut relativi neu-
trum ante enunciationem perfectam singulae voci postponitur
quae cum per se complementum nominis statim secuturi
poscat, in ^{مَا} *ma* hoc complementum nominale ita invenit ut si-
mul hoc vinculo integra enunciatio voci priori jungi possit.

Solet ita لـ encliticae instar suffigi ¹⁾; suntque quaedam semper ita composita: حَسْبَمَا *quatenus*, $\text{فِيمَا} \text{ف} \text{ق} \text{ف}$ i. e. *quia*, بَيْنَمَا *interea quod, dum* ²⁾, فَمَا *saepe (fit) ut* ³⁾, quae omnia, si لـ non esset suffixum, nomen statim in genitivo sequens poscerent; كَاثَمَا *quasi* (§. 482), si non nomen ab initio (quod in accusativo post كَان sit necesse est), sed enunciatio verbalis sequitur, ut $\text{كَاثَمَا} \text{سَكَنْتُ} \text{نَاثَمَا}$ *quasi dormirem* Taraf. M. v. 30 et praef. p. 14, 7: edit. Vull.; praesertim notandum, verbis طَالَ *longum est* كَثُرَ *multum est*

1) nonnunquam praeter hanc causam لـ particulae praecedenti adhaerens scribitur, ut أَنَّمَا $\text{ف} \text{ق} \text{ف}$ ubi لـ verum est pronomen Sur. 40, 44. 75, كُلَّمَا *omne quod*, quae vituperat Hariri in Sac. anth. p. 67.

2) pro eo in scriptis quibusdam, praesertim serioribus, frequentius legitur بَيْنَمَا , quod grammatici arabes pro بَيْنَ vocali finali producta positum volunt (v. Kam. Sac. anth. p. 45). Sed ita nil explicatur. Putem esse vocalem productam quo adverbium seu particula per se stans a praepositione, unde descendit, distinguatur, cf. كَلَّا §. 498 et كَلَّمَا §. 475.

3) رَبٌّ prop. est *multitudo, copia*, sed usu semper enunciationi integrae praepositum transfertur ad *copiam rei gestae*, estque pro varia sententiae ratione aut *saepe* aut *nonnunquam* (cf. §. 476). Ut substantivum genitivo statim secuturo semper praepositur. Pronunciatio anceps facta est: potest etiam ا in prima syllaba esse, aut geminatio tolli (poetice Sac. anth. not. p. 200, 2), aut ultima vocalis reticeri رَبٌّ et pro hoc deinde رَبٌّ vocali priori reciprocatam; nec non fem. terminatio accedere potest رَبَّتٌ .

قَدْ *paucum s. rarum est* ما suffigi ante enunciationem de re praeteritâ verbalem, cum compositiones illae in adverbiorum vim transeant, ut طَالَمَا نَزَرْتُكَ *dudum (est quod) te visitavi*, قَلَّمَا هَجَرْتُكَ *raro te fugi*, Sac. anth. p. 46. 178, 1. 182, 5. Quaedam voces, quia paullatim non nisi conjunctionum vi veniunt, simpliciter sine ما inserto jungi possunt, ut تَنْتَسِرُ *tantisper dum* et simpliciter رَيْثَ Harir. p. 17 cum schol. Sed a tali initio usus encliticae hujus conjunctiones formantis poetis tam late patet, ut saepius metro suadente adverbii vi conjunctionum praeditis longioribus postponatur, ut مَتَى مَ *quando* Tar. M. 59. إِذَا مَا *quum* 85; لَكَيْمًا *ne* Kos. chr. p. 142, 1, quae omnia sine ما sensu eodem dicuntur; utque poetis ما post praepositiones eodem quo أَنْ sensu veniat, ut بَعْدَ مَا *posteaquam* Sur. 9, 119; لَا بُدَّ مَا *non est effugium i. e. necesse est ut* Kos. chr. p. 80, 9 ubi in prosâ ; in aliis vero discrimen est, ut بِأَنَّ *ea conditione ut*, at بِمَا, ut in Kor. ضَاقَتْ عَلَيْكُمْ الْأَرْضُ بِمَا رَحَبَتْ *angusta vobis est terra juxta latitudinem suam i. e. quam longa sit*. Rarissime poetae ما vel praepositioni ante genitivum suffigunt, ut in Korano فِيهَا رَحْمَةٌ مِنَ اللَّهِ *in misericordia a deo*; facilius toleratur كُلُّ مَا ذَلِكَ *omne (quod) hoc* Ham. p. 85. 414 et عَمَّا قَلِيلٍ Sur. 23, 42 *post breve (tempus)*, cogitari saltem potest *post (tempus quod) breve*, quanquam in omnibus his structura ما insertum non curat. Rarissime quoque duas enunciationes integras jungit prorsus simile particulae

وَأَنْ ut *cupiunt ut delinquantis* ¹⁾. Restat ut singularia quaedam adverbia hoc مَا formata enumeremus:

لَمَّا *quum* ortum ex مَا hoc et ل prepositione (§. 471) ⁴⁸⁶ propius ita junctâ, ut molle م geminatum sit; est ex origine *versus tempus quo*, respondens hebr. כִּשְׁפָרָה. Diversum prorsus לَمَّا aliud v. §. 210.

أَمَّا compositum ex مَا أَنْ e sensu est *quod attinet, quoad*; ex origine videtur ipsum أَنْ jam hanc *relationis* notionem satis innuere, ut مَا non sit subjunctum nisi ad conjunctionem sui juris et ad integram enunciationem pertinentem formandam, quae est ejus in his omnibus virtus. Nota أَمَّا ab initio epistolae librivae, si auctor post inscriptionem statim missis reliquis ad rem ipsam progressurus est: *quod attinet post, i. e. sequentia*.

Similiter أَمَّا conjunctio sui juris ex أَنْ si §. 490, ut repetita أَمَّا - وَأَمَّا exprimat *sive-sive*; rarissime poetae eo simpliciter si ab initio orationis utuntur. Prior syllaba diduci potest in أَمَّا. Poetae أَنْ eodem sensu dicunt, cf. Kam. p. 1575.

لَا سِمْيَا proprie *non simile quod* (سوي v.) in adverbium frequentius versum notat *praesertim, imprimis*; potestque vel origine usu frequenti paullatim obscuratâ لَا سِمْيَا dici ²⁾.

Adjectivum in accusativo cum مَا poni potest, si adverbii loco enunciationi praemittitur, ut كَثِيرًا مَا *multum*

1) Arabes grammatici omne tale مَا nominant زائدة *superfluum, expletivum*, rem haud ponderantes.

2) Castellus adeo لَا omitti posse dicit. Sed Kam. tacet.

vocula haec aliis quoque vocibus in oratione vividà propius jungi, ut اذ شاء الله *si voluerit deus* saepius in Kor. (ut Sur. 48, 27 ed. Petr.) et cdd. scriptum reperitur. — De ^{لَو} conditionali v. synt.

Fuit quidem ^{لَو} primitus optandi particula, sed usu semper ad conditionalem est traducta. Mansitque ejus loco لَبَّتْ optandi particulae vi (*utinam*), haud dubie ex ^{لَو} et ت suffixo (§. 480) orta, levi soni diphthongi mutatione (cf. ^{سَوْفَ} ex ^{سَوْفَ} §. 477). Poetis^o dicitur etiam لَهْتَمًا ex §. 485¹).

490 اذ ^{اِذَا} et brevius اذ ^{اِذْ} particula haud dubie cum pronomine demonstrativo اِذَا §. 453 primitus cohaerens, ad tempus notandum in usu est cll. اِذَا et اِذْ, respondens nostro *da*, latino *ibi, ubi*. Usitatur 1) demonstrative, ad rem subitam notandam, ut statum describat, aut post copulam و positum, latine *et tum, et ecce*, aut ad priorem enunciationem se referens, ut ^{اِذَا} خرجت ^{واذا} الاسد ^{بالباب} *exii et ecce leo (erat) in porta*, ^{اِذَا} زيد ^{قام} ^{اِذَا} جاء عمرو *dum Zeid stabat, en venit Amru* Sur. 9, 25. Abulf. Ann. II. p. 88, 9. 34, 4. 42, 12. 176, 2. I. p. 50, 9. Solitarie magis dicitur etiam اِذَاكَ vel اِذَّاكَ *tunc, eo ipso tempore* Har. p. 585. Potestque particula solitaria vel flexionis subtilitatem et nunationis moram induere:

1) ex ^{لَو} ايس *utinam esset* ortum putat de Sacy sine idoneā causā; nam accusativus sequens, unde argumentum sumit, aliunde pendet. Nec magis placet C. de Perceval gr. vulg. p. 81 sq: vocem ^{رَأَيْتَ} *vidisti* derivantis sententia, nam ^{رَأَيْتَ} quod seriores usurpant haud dubie ^{لَبَّتْ} depravatum est.

nam substantivis tempus in accusativo describentibus in genitivo postponi solet, quae voces paucae ita formatae intimâ compositione junctae sunt (§. 119): **حَبْنِدٌ** (die Zeit von damals) *tum temporis* **وَقْتِيذٌ** idem, **يَوْمِيذٌ** *die illo*, **سَاعَتِيذٌ** *hora illa*. Et in apodosi vel responsione si conclusio fit, dicitur **إِذَا** *tum* i. e. si hoc fiat, *bene, tum*; scribitur quoque distinctionis gratiâ **أَذْنٌ** (v. Ham. p. 5 c. schol. Sac. anth. p. 114.); sed in pausa semper sine nunatione **إِذَا** pronunciatur (Kam. p. 1717). Etiam insertum *tum* Sur. 15, 9. — 2) *relative* dicitur, enunciationi relativæ praeposita, ut sit *quum*. De quibus omnibus uberius in synt.

Incertissimae originis est **لَعَلَّ** *fortasse*. Compositam esse ⁴⁹¹ vocem et **لَ** affirmativum (§. 497) praepositum, ipsa arguit vocis facies. Sed compositionis et notionis primitivæ vis tam parum linguae constitit, ut grammatici Arabes vocem simplicem esse radicem putent (v. Kam.), utque praeter illam formam in cultâ linguâ receptam magna pronunciationis sit et depravatio et inconstantia: Kam. affert hoc ordine **لَعَلَّ**: **لَانٌ**, **لوانٌ** (quasi **لَو** veniret, quod tamen per se e notatione falsum est), **لَعَلَّ**, **لَعْنٌ**, **لَعْنٌ**, **لَعْنٌ**, **لَعْنٌ**, praeterea formas breves, quas decurtatas esse haud dubium est, **لَعْنٌ**, **لَعْنٌ**, **لَعْنٌ**. Sed cum neque **لَانٌ** (*sane ut*) sensum ex origine idoneum fuisse videatur et omnes variationes ex **لَعَلَّ** facillime fluere credendum sit, primitivum puto **لَعَلَّ**, ut proprie sit: *certe venit, offert se, ut fors dicitur a*

ferri; r. *عل* cl. *كلا* notat *introire, afferri*, unde etiam *عَلَّة* causa.

492 Hoc *لَعَلَّ* et *لِبْتَ*, *لَكَنَّ*, *أَنَّ* et *أَنَّ*, cum nomen sequens in accusativo sibi subjungant (de quo v. synt.), suffixa adsciscunt. Cum suffixa in accusativo posita cogitanda sint, in primâ personâ sg. *ني* ut in verbo comparet, fertur tamen et brevius *ي* nominibus suffixum, ut *لِبْتِي* et *لَبْتِي*, *لَعَلِّي* et *أَعَلِّي*; in particulis literâ *ن* clausis suff. pr. ps. et sg. et pl. ab eodem *ن* incipiens facilius contrahitur: *أَنْتِي* et *أَنْي*, pl. *أَنْتَا* et *أَنْتَا* et *أَنْتِي* pl. *لَكَنَّي* et frequentius *لَكَنَّي* et *لَكَنَّي*; poetae formis longioribus metri opportunitate utuntur. — Praeterea *لَوْلَا*, cum pronomini junctum integram jam enunciationem efficere possit, suffixa non respuit, ut *لَوْلَاكَ* nisi tu esses, *لَوْلَايَ* nisi essem, quanquam pronomina sejungi etiam possunt, ut *لَوْلَا أَنْتَ* v. Sac. anth. p. 78.

493 Interrogativum simplex, ex interjectione haud dubie ortum, est *أ* an, de quo praefixo v. §. 120. 140; *هَلْ* fortius, ut *هَلْ سَعَرَ الْأَرْضَ غَيْرَ الْأَشْتَرِ* *ullusne accendit terram praeter Aschtaram?* sc. nemo, Henz. fr. p. 67, 4. Rarior forma est *أَلْ*, ut *هَلْ* cum simplice *أ* cohaereat. Inde compositum *هَلَّا* increpantis est: *nonne fecisti quod facere debebas* i. e. *cur non* Freyt. chr. p. 31, 3. 15. 1). — *أَمْ* ex *أَمْ* ortum inter-

1) pro *رَأَيْتَ* etc. post interrogativa voce acceleratâ dici potest

هَلْ رَأَيْتَ, *هَلْ رَأَيْتَ* v. p. 322; cf. G'auhari ap. Sac. Har. p. 408.

rogationis disjunctivae membro secundo praeponitur, ut
 أم - أ *utrum - an*, vel هل - أم Ham. p. 267: plura v.
 in synt. — ألا et poetice أما *nonne?* saepissime affirmat simp-
 licis adverbii vice: *profecto!*

De interrogativo أي v. §. 464. Derivatum inde 1) أين
ubi? cum contra حيث §. 475 ex origine interrogativum non
 sit. — 2) أي ortum puto ex ابني, ut hebr. אבני detritum ex
 פני suffixo *d*; notat *ubi? quando?* sed plerumque *quomodo?*
 est tamen vox rarior. — 3) كإين *quot?* Sar. 3, 146 cf. كم
 simile §. 463. — 4) أبان v. أبان *quando* contractum ex
 أي *quo tempore.* — 5) أبش *quid?* in vulgo ortum ex
 أي شيء *quae res?* Frequentius demum in scriptis senioris ae-
 tatis prosaicis reperitur.

III. *Interjectiones* duplicis sunt generis, aut primitivae⁴⁹⁴
 aut derivatae. 1. De primitivis, quas omnes enumerare hic
 alienum foret, duo potissimum notanda. Primum, arabicae
 linguae ubertatem hic quoque insigniter elucere: nam inter-
 jectiones linguae sunt et plurimae et e notionum quae cogi-
 tari potest varietate bene distinctae. Sed notabilius etiam
 admirabile linguae hic quoque sonos ad flexionem perfectam
 conformandi studium; nam si quae interjectio ad notionem
 verbi nominisve accedit, flexionem imitari potest multifariam.

ها *en! ecce!* cf. נהי Freyt. chr. p. 28, 16. Kos. chr.
 p. 77, antep. Taalib. 37. Componitur cum pronomibus de-

monstrativis (§. 453-5) indeque derivatis adverbiiis: كذا *ita,*
 كذاك v. كذاك *illo modo* et هكذا *hoc ipso modo.* Est-

que inde longius أَنْ يَنْ §. 489 derivatum, quod cum frequen-
tius sit in verbi *vide* vim abiit accusativum sibi subjungens;
 هَآ contra sine nexu cum sequentibus ponitur. Sed ipsum
quoque هَآ suffixo secundae personae junctum notat *cape*
 خُذْ , ut accusativum sibi subjungat, ut هَآكَ vel هَآكَ الْكَأْسَ
en tibi poculum i. e. *cape p.* Har. p. 467; licetque post vo-
calem à vel consonantem ك omittere ut reliqua servetur ter-
minatio; هَآء f. هَآء , pl. هَآوَم f. هَآوَن , du. هَآوَمَا v. schol.
Har. p. 404 ¹⁾).

Idem demonstrativo ذَا junctum هَآذَا *ecce*, si ad femi-
nam loquimur, هَآذَا v. §. 454. — Alia vox هُوَذَا *ecce* et
demonstrativo هَآ praeposito هَآهُوَذَا .

Cum pronomine demonstrativo إِل vel هَل cohaeret porro
 هَلْم *huc!* هَلْم ; sed id in arabismo notionem obtinuit *huc*
accede! vel cum accusativo *huc rem!* i. e. *affer rem* Har.
p. 44. Ham. p. 292, 8 tam frequentem, ut cum ad verbi
notionem accedat raro sine flexione manserit; plerumque ²⁾)
personae imperativi distinguuntur f. هَلْمِي , pl. هَلْمُوا f. هَلْمِن ,
du. هَلْمَا , forma imperativi hujus emph. هَلْمِن cum reliquâ
flexione. Rarissime autem praeter hanc imperativi speciem
aliae formae derivantur, ut si quis dicenti هَلْم respondet

1) Harir. p. 405 vult هَآ تَبِكِي jam esse i. q. خُذْ تَلِكِي *accipe hoc.*

2) Kam. tamen dialectorum varietatem hic cernit. Heg'azenses flexio-
nem ait ignorare; in Korano saltem هَلْم allocutio est ad plures.
Cf. qui paulo rectius judicat Tebr. ad Ham. p. 563. Male deri-
vatur ex لَم et هَآ pro هَآ .

أَمْ أَمْ *quo accedam?* Kam. alia quaedam laudat, ut acti-
vum ex هَلَمْ ب *vocavit eum* Harir. p. 437.

Acclamantis est praefixum أ et آ *oh!* porro هَيَّا, هَيَّا, هَيْس! *age!* Kos. chr. p. 88, 9. Har. p. 44. Sac. chr. I. p. 120. Idem fere هَيَّا, هَيَّا, هَيَّا hincque composita هَيَّا هَيَّا هَيَّا هَيَّا هَيَّا eademque non tantum unâ voce scripta sed etiam contracta in هَيَّا et هَيَّا, omnia denotant *adcedum!* Sed هَيَّا (raro هَيَّا, هَيَّا, et ا pro * ab initio) contrarium notat *procul*, etiam *procul est!* estque saepius aversantis Ham. p. 251. 452. 790.

أَفْ interjectio fastidientis, ut أَفْ لِدُنْبَا! *phy mundo!* 495 Ham. p. 534. Sur. 46, 17. Varias ejus pronunciationes Kam. quadraginta affert: أَفْ, أَفْ, أَفْ, أَفْ, أَفْ, أَفْ, etc.

Dolentis et condolentis est وَا *eheu* §. 352, وَا *vaeh*, suffixa assumens, ut وَا *vaeh te!* (tibi); inde longiora in radice ambitum crescentia eoque cum flexione وَا v. وَا ut suffixa succedere possint Har. p. 598; etiam وَا et وَا v. الويل, aut cum genitivo sequente in accusativo وَا; notandum, sequens أَمْ cum hoc intime jungi, ut vocalis u priorem pellat: وَا vel junctim وَا et longius (cf. §. 414) وَا *vaeh mater!* v. Ham. Tebr. p. 239 sq. 534. Est hic Veçla praeter voces supra §. 134 enumeratas.

— Remotius inde descendit verbum **أَهْ** st. V. **تَأْوَهُ** *doluit*;

• **أَهَا** **أَوْهَ لَكَ** *malum tibi!*

Sueta *vocativi* particula **بَا** v. §. 349; nominis sequentis decurtati (§. 350) exemplum insuper est **بَا نَدُ** ex **فُلَانٌ** *aliquis* ¹⁾, si nomen ejus quem vocamus nescimus; **يَا نَاتَ** *o camela* ex **نَاتَةٌ** — Har. p. 413. 517.

Admirantis est **وَاهَا** Har. p. 32. 62, instigantis **وَيْهَا** est prohibentis, ut *tace!* contra **اِهْدِ** et in pausa **اِهْدِ** est plura sciscitantis *porro!* v. Harir. p. 80. 361. 517. Ham. 647.

— **اِي** affirmat ante jurisjurandi formulam: *sane*.

Interjectiones ceterae ab omni flexione nexuque alienae ut **مَهْ**, **صَهْ**, **بَخْ** ad grammaticam haud pertinent.

496 Praefixum affirmativum est **إِنَّ** *certo, profecto*, eo potissimum ab **أَنَّ** diversum quod hoc nomen singulum ab initio insignit, illud^f veritatem praedicati affirmat, unde in Korani sermone emphasisibus hujus generis refertissimo saepe etiam **إِنَّ** **اللَّهُ** **بِالْمَنَاسِ** **لِرُؤُوفٍ** **رَحِيمٍ** **أَنَّ** **إِنَّ** componuntur, ut *en deus in homines — sane est clemens, misericors!* | articuli, ut post praepositionem, haud scribitur, ut **أَنَّ** **لِلْحَقِّ** *en hoc — sane est veritas!* Saepius **أَنَّ** conditionali praeponitur, ut vel semper **لَيْسَ** scribatur ex §. 119.

1) r. **فَا** *distinxit*, ut sit *distinctus, certus*, cujus nomen tamen aut reticetur aut nescitur; ortum ex **فَا**, **فَا**.

^u نعم interrogationem quamcunque seu sermonem affirmat *ita, sane*; pr. *bene!* (seu *placet*); ^u أَجْرٌ enunciationem ejus qui locutus est affirmat *certo!* (pr. *terminus* i. q. determinatum, certum). Haec orta ex substantivis vocativi instar celerius pronunciatis, ut ultima radicalis vocalem amiserit. Similiter ^u جِبْرِ *profecto* ¹), in juramento et in Korano frequens (compositum quoque ^u جِبْرِ أَجْرٌ) vocalem in fine tenuissimam tenet (cf. §. 475); licet tamen, si vox per se stat, ^u جِبْرِ pronunciare nunatione accedente. — بَلَى pr. *haud ita* (cf. ^u بَلَى §. 477) i. e. *imo, ne dubites*, si quod dubitatum vel dubitando interrogatum erat affirmatur. — كَلَّا *omnino* (ex ^u كَلَّا = كَلٌّ *omnis*) negativum majori vi affirmat, vocali a accusativi producta, cf. p. 355 not. 2); de omnibus cf. synt.

^u اللَّهُمَّ *o deus!* in precibus, et affirmandi causâ *per deum, mehercle*; notandus praesertim usus affirmationis hujus ante ^u أَلَا أُنَّ *sane* (hoc ita est) *nisi* Sac. anth. p. 71, 18. Ortum ex ^u اللَّهُمَّ *deus* cum augmento ei simili quod nominibus in vocativo accrescere potest §. 351 sqq.; praecipue cum nunatio denuo accedere possit (§. 413). Poetae dicunt etiam ^u لَا هُمْ Sac. anth. not. p. 275, cum articulus facile pereat, cf. §. 457.

^u بِسْمِ اللَّهِ *per deum!* (juro juramenta dei!) ab initio sonum corripere supra §. 134 notatum est; sed idem variâ

1) videtur esse ex origine *breviter!* ut rem dicam.

ratione in fine decurtatur, ut **أَبِمْ أَللَّهِ** Har. p. 24 atque vel **مِ أَللَّهِ** v. — **مِ** dici possit. Eodem fere modo orta fortasse est syllaba jurandi *ta* genitivo nominum dei praeposita ex **مِ أَللَّهِ** *juramentum* ad syllabam usque extremam detricto, ut **مِ أَللَّهِ** *per deum*, **مِ رَبِّي** *per dominum meum*; **مِ أَلرَّحْمَنِ** *per misericordem!*

حَاشَ لِلَّهِ *absit deo* i. e. absit ut deus faciat; ante nomina suffixa **حَاشَاكَ** vel brevius **حَاشَاكَ** *absit tibi*, absit ut facias. **حَاشَ** verbum puto impersonale voti causâ in perfecto pronunciatum (§. 198); vocalis in fine producta in aliis quoque vocibus in particulas abeuntibus comparat¹). — Simili sensu **مَعَاذَ اللَّهِ**, quod ut **سُبْحَانَ اللَّهِ** *gloria dei!* non nisi in hac juncturâ venit. Haec nomina ut sequentia in accusativo elata sunt (cf. §. 349). — **لِبَيْتِكَ** *praesto tibi sum*, *adsum tibi obsecuturus*, puto esse nomen e r. **لَبِي**, ut sine suffixo sit **لَبِي** simile praepositionibus **إِلَيَّ**, **عَلَيَّ**, **لَدَيَّ**; radix **لَبِي** = **لَب** notat *subsistere*, *sistere se*, Ham. p. 550. 789. Ibn-Doraidi M. v. 55. Kos. chr. p. 77, antep. — **رَوَيْدٌ** diminutivum radicis **رَاد**: *paulo lente*, si quis ad morandum, cunctandum, animadvertendum incitatur; et cum accusativo *lente rem!* i. e. *cohibe rem* Ham. p. 56.

سِرْعَانٍ *celeriter*, nota praecipue in acclamatione vel admiratione praedicati loco esse; similiter **شَتَّانَ** (r. **شَتَّ**) *diverse*

1) conferendum \مِ أَللَّهِ\ simillimum, quod cave imperativum habere.

In his: مَا بَيْنَهُمَا v. — مَا عَمْرُو وَأَخُوهُ v. شَتَّانَ مَا هُمَا, *diverse quod sunt duo!* (v. Amr et frater ejus), v. d. q. est inter duos i. e. differunt duo.

هَاتِ da Sac. anth. p. 52, 12 cum perfectâ imperativi flexione; id quamquam in meram interjectionem abiit, ex st. IV. verbi أَتَى venit depravatum est (cf. p. 99 not.); أَتَى et hinc هَاتَى est non tantum adduxit sed etiam dedit. Tradunt autem grammatici, in imperativo ut interjectione ت posse elidi: هَاتَى f. هَاتَى, pl. هَاتُوا f. هَاتِينَ, du. هَاتِيَا.

499 Sed sunt locutiones quaedam et formae perpetuae, ex interjectionum naturâ manantes. De nominibus supra §. 349-354 dictum est; nunc hoc tantum addo, poetas literam *s* terminationis *dh* suffixae vocali iterum efferre posse nominali, ut يَا رَبَّاهُ o domine! similiter يَا وَهَّاهُ o vah! Ham. p. 536 sq. De novis vero formis e verbo derivatis hic fusius dicendum est:

1) verba intransitiva نَعَم (rarius حَسَن) pulcher est, euge! et يَسْ malus est, phly! in tertiâ personâ saepissime interjectionum loco sunt, ad rem sive laudandam sive vituperandam; quare brevius ita efferuntur ut vocalis secundae radicalis, utpote quae est per se gravissima (§. 170. 189), ad primam festinet: نَعَم (حَسَن) يَسْ, fem. نَعَمْتِ; nonnumquam etiam pl. نَعَمُوا et du. نَعَمَا; in fine deficiente alio nomine مَا suffigitur cum literâ م ex نَعَم contractum, ut in secundâ radicali, quae jam vocali efferenda est, vocalis prae-

cedens reciprocetur: ^{نَعْمًا} *pulchrum quid!* cf. Kam. sub ما
et Sac. anth. p. 88. — Rarissime poetae نَعِمَ et نَعِمَ, نَعَمَ
efferunt.

Simile est حَبِّدًا ex حَبِّ 1) et demonstrativi neutro ذا,
ut proprie sit, *gratum hoc! amatum hoc!* semper in in-
terjectionem versum, nullo quod sequenti nomini est generis
numerive discrimine, ut ^{زَيْدًا} *gratus est Zeid!*
^{هِيَ} *grata est ea!* Ham. p. 679. Har. p. 30. 332.
Sac. anth. p. 146, 11. 149-150. Voces hae plerumque in
unam coaluere; raro حَبِّ simplex invenitur.

2) formae *admirandi* verbales sunt مَا أَفْعَلٌ sequente
accusativo et أَفْعَلٌ sequente praepos. ب, ut مَا أَكْرَمَ زَيْدًا et
cum suffixo مَا أَكْرَمَدُ (in pr. ps. sg. — نَبِيِّ) *quam*
honorandus est! utraeque flexionis expertes, v. Borda v. 55.
Grammatici arabes externam formam spectantes id explicant ex st.
IV: *quid honoravit eum!* et أَكْرَمُ imperativum habent st. hujus;
sed haec parum veri similia esse et e re ipsa et e gramma-
ticorum libris apparet 2). Videtur potius forma verbalis ex
adjectivi intensivi ratione (§. 251 sq.) sumta, ut tota locutio
مَا أَكْرَمَ زَيْدًا interjectionem in accusativo contineat *quam ho-*

1) grammatici ex حَبِّب contractum putant, quia omnia verba simili
sensu dicta exemplum حَبِّب sequi docent.

2) v. Sac. anth. p. 23 sq. 39. 52. 155 not. p. 380. Har. p. 30.

noratum Zeidum! indeque forma ^{و ن ع} *لَعَلَّ* vocativi instar decurtata esse. Atque formatio eadem est quae adjectivi intensivi: radices *med.* و et ي mediam consonantem faciunt, ut

^{و ن ع} *أَقُولُ* ^{و ن ع} *أَقُولُهُ*, *quam loquax est!* (§. 391); forma e st.

IX et XI. non formatur, quia adjectivum his respondens superlativae notiois non est, ut circumscribendum sit: *مَا*

^{و ن ع} *أَحْسَنَ* ^{و ن ع} *بِأَضَ هَذَا الثَّوْبِ* *quam alba est vestis haec!* (§. 262);

neque forma derivatur nisi e stirpe trilatera, raro ex st. IV, ut forma simili modo circumscribenda sit, e. g. ex st. VIII.

^{و ن ع} *مَا أَحْسَنَ* ^{و ن ع} *اِتِّقَالَ* *quam bene migrat!* Vel diminutiva inde derivantur, quae e verbis nunquam prodeunt. — Praeteritum si exprimendum est, ^{و ن ع} *مَا كَانَ* ^{و ن ع} *نَزِيدًا* (§. 202. 208):

^{و ن ع} *مَا كَانَ* ^{و ن ع} *نَزِيدًا* *quam honoratus erat Zeid!*

500

Grammatici ex particularum stirpibus sive primitivis sive

†

decurtatis nomina derivarunt varia, ut ^{و ن ع} *هُوَ*, ^{و ن ع} *قَدْ*, ^{و ن ع} *مَنْ* ex ^{و ن ع} *هُوَ*,

^{و ن ع} *قَدْ*, ^{و ن ع} *مَنْ*; ex ^{و ن ع} *مَا* adjectivum ^{و ن ع} *مَاوِي* v. ^{و ن ع} *مَوَوِي*, similiterque e lite-

rarum nominibus decurtatis (§. 68), ut ex ^{و ن ع} *رَأَيْ* ^{و ن ع} *رَأَيْ* vel

^{و ن ع} *رَأَوِي*.

APPENDIX I.

De formis in pausa mutatis.

Haec mutatio post formas demum perspectas bene describi potest, placetque nunc eam uberius quam §. 143 fieri potuit, explicare. Quaedam ex Arabum grammaticorum thesauris depromsit Lumsden p. 651 sq.

Vox in pausa quiescat oportet in sonis firmis et claris, aut consonante firmà aut vocali merà; hanc vero dico vocalem sine nunnationis tinnitu. Vocalis autem in pausa per se producitur. Igitur breves vocales finales abjiciuntur quae e solà vocum juncturà pendent, seu terminationes ca-

sum et modorum. Unde terminatio fem. ^u—, quae ob vocalem accedentem in ^z— transit, in pausa mera servatur. In reliquis autem nominibus accusativi terminatio *an* non prorsus abjicitur, sed vocalem servat jam producendam, ut

^uنريدًا ex ^uنريدًا, ^uأختًا ex ^uأختًا (*soror*), quod cur in accusativo potissimum fiat, v. §. 337. Jam vero si nomen formae ^uقنل

terminationem amittit, vocalem esse ante ultimam radicalem in pronuniationis subsidium assumendam patet. Et potest quidem proxima intrudi *a*; sed alià ratione potest et vocalis

casus quasi a fine retracta manere, ut ^uبكر e ^uبكر, ^uبكر e ^uبكر;

neque tamen bene feruntur formae quales ^uبكر, quia forma ^uبكر ab omni analogià aliena est nunquamque orta. Quodsi

ultima radicalis ^u fuerit, semper vocalis finalis retrahitur, cum

^u per se facile vocalem protrudi sinat, ut ^uخبو, ^uخبو, ^uخبو ex ^uخبو etc.

Ut nunatio nominum perit, ita sonus *n* in modo emphatico leviori (§. 225) simillimus visus, ut vocalis in fine jam producat: بقتلوا ex بقتلوا, تقتلوا ex تقتلوا, بقتلوا ex بقتلوا.

Sed vocalis brevis ad ipsam radicem pertinens in pausa cum abjici nequeat, producta notatur *x* in fine scripto, ut لمه ex لمه formà g'ezmatà. Idem fit in particulis, ut لمه ex لمه §. 465, et pronomina هبه (هبا) quoque) et هوه ex هوه §. 165, quorum vocalis finalis *x* linguae ad radicem pertinere visa est. — Pro قاض §. 402 tamen nonnunquam قاض reperitur, ut cum nunatione necessario reticendà etiam vocalis radicalis pereat.

Ceterum pausa praeter Koranum, de cujus pausa ratione singulari grammatici Arabes multum disceptarunt, praecipue in versuum fine conspicienda est notatuque dignissima.

APPENDIX II.

De scripturâ vocalium arabicâ cum persicâ comparatâ.

Vocalium scribendarum ratio, quâ in scripturâ semiticâ nihil difficilius, in formarum doctrinâ probâ nihil gravius esse potest, haud scio an ullo adjumento felicius possit intelligi et explicari, quam ex scripturâ linguarum peregrinarum ex semiticâ seu arabicâ derivatâ, qualis est *persica* potissimum¹⁾. Nam cum scriptura semitica ex ipsius linguae semiticae indole prodierit neque linguae diversae stirpis bene idonea: e scripturae in linguam peregrinam traductae ratione singulari

1) hand minore cum utilitate comparatur scriptura *mauro-hispanica*, cujus specimina dat de Sacy, Not. et Extr. T. 4. p. 628. T. 11. p. 329 sqq.

facillime intelligitur, quae fuerit scripturae tum temporis in ipsâ Arabia ratio. Operae igitur esse duxi, quae singula supra de vocalium scribendarum ratione dixi, cum persicâ scripturâ comparata eque rei ipsius rationibus considerata hic in ordinem breviter redigere, quo major inde doctrinae huic paulo obscuriori lux affulgeat.

Est in persicâ ut in arabicâ scripturâ lex summa, vocales breves non scribi (longas literis ا و ا). Nam vocalis praecedenti sono consonanti videtur intime juncta ab eâque haud divellenda esse. Quare ut hoc jure fiat, duo requiruntur. Primum, ut omnino litera praecedat, cui sonus vocali appensus et nexus, et quacum vocalis brevis scripta jam cogitari possit. Igitur si vocalis ab initio vocis est, soni cui vocalis inhaereat vicem subit ا i. e. spiritus lenis, ut ا م ب د 'em, ا م ب د 'umid, similiterque cum longâ vocali ا و ا 'u, ا م ب د 'in, quod ا simulac vox ejusmodi priori jungitur haud scribitur, ut ا م ب د 'pirem, ا م ب د 'ezin. — Eadem est scripturae arabicae totiusque semiticae ratio. و et ا ab initio vocis si in vocalem sonum emolliuntur, possunt quidem solae scriptae retineri, si pronuntiatio vocalis paulatim orta est, ut Arabes multi و ق و د pronunciant *ukûd* (pro *wukûd*), hamzâ ad pronuntiationem literae و vocalem signandam superscripto (Sac. anth. p. 17, 15); sed dilucidius ا praeponitur.

Deinde ratio tota mutatur si vocalis *vocalem* sequitur; patet enim per se, vocalem secundam necessario scripto exprimendam esse; etenim deest prorsus sonus consonantis cui vocalis altera inhaerere possit. Quare et *brevis* et *longa* vocalis post vocalem (sive scriptam, sive non scriptam, prout longa vel brevis est) scribenda est, ut pers. ا م ب د 'pâi, ا م ب د 'be'û, ا م ب د 'pâi 'em. — Semiticâ in scripturâ ob linguae concursum vocalium evitantis rationem peculiarem hoc omnino raro evenit, putoque totam scripturam vocalium semiticam

primitus aliam induere debuisse formam, si hic vocalium concursus in antiquâ linguâ frequens fuisset. Sed est tamen ubi hoc eveniat: 1) in diphthongis *au* et *ai*, ubi brevium vocalium prior post consonantem, ut alias, semper omittitur, posterior (و , vel ي) jam necessario semper scribenda est. Praeterea vocales duae breves non nisi rarissime concurrunt, ut in قَبَلٌ, cf. §. 133. — 2) Vocalis â haud raro in arabicâ linguâ ante aliam vocalem *i* v. *u* est. Atque vel brevis *i* ita in mediâ voce literâ ي scribenda est, ut قَابِلٌ. In fine tamen vocis vocalis brevis post â haud scribitur, in antiquâ scilicet linguâ haud audita, sicut omnino vocalium brevium in vocis terminatione haud usitata est scriptura §. 116. 105 cll. cum §. 81. — 3) Remotius autem ex his omnibus explicanda est scriptio و ي , de quâ §. 116-119 dubitans tum et fluctuans quaedam dixi. Potest vero res sic confici. Arabes mediâ in voce pro *ï* radicali scribunt و ي , si vocalis *u* v. *i* auditor; quae scriptio a brevibus vocalibus, ut semper, progressa deinde ad longas translata est. Fit id ab initio syllabae, sive post vocalem *a* sive post consonantem, ut §. 116. 117 dictum; cf. scripturam mauro-hispanicam. Sed vel ubi vocalis *u* v. *i* praecedit, و v. ي pro *ï* scribitur, ut sequens *â* (quae vocalis plerumque sequitur) scripturâ haud exprimitur. Etenim si *ä-ä*, *ï-ä* scribendum est, prior potius sonus vocalis hoc in nexu insuper altius auditus literâ notatur, cui sonus *ä* inhaereat, ut alias consonanti; alioquin *ï* scriptum potius â solum notaret. Ita in scripturâ mauro-hispanicâ دِي dia, اَغْوِ aqua etc.; similiterque Arabes دُنُو; sequitur هَانِي etc. Deinde ad longam id vocalem tralatum sive sequentem ut سَوَالٌ sive praecedentem, ut خَطْبَةٌ, ubi probe

tenendum est, antiquitus haec **خطبة سول** scripta esse, ut res eodem redeat; cf. mauro-hisp. **شبالش** *cielos*¹⁾. Jam in his facillime sonus *semivocalis* *j* v. *w* e priori *i* v. *u* inter duas vocales oritur: sed ubi Arabes **و** v. **ي** scribendum praecipiant, semper purus vocalium sonus cernendus est: hoc enim ipsum hamza his literis impositum notat, esse literas has ab initio syllabae ita legendas, quasi ab **ا** inciperent i. e. mero vocalis sono. Cf. §. 426.

In fine vocis Persae vocalem vel brevem scribunt, cum vocalis hoc in situ paulo productior esse possit, ut **تو** *tū*, **ک** *kē*, **جامه** *g'amē*, cum suffixo **ا**, autem **ترا** *tūrā*, **کرا** *kērā*. Atque in Arabum quoque sermone vocalium in fine vocis scriptionem paulo fortiorem esse v. §. 83-85. Persae observant et hoc, ut * vocalis (ع) loco non scribant nisi in fine vocis.

APPENDIX III.

De infinitivi formis uberiora.

De formis infinitivi §. 276 sqq. rem paulo graviolem notare omisi. Patet enim penitus scrutanti, duas esse infinitivi formis origines. Infinitivi proprii et proximi forma e formā conjunctivi s. imperfecti stirpium omnium prodit, sicut Latinis aperte cognata sunt *amare* et *amarem*, Hungarīs *seretni* et *seretnem*. Quam enim actionem *amarem* ut quae fieri possit ponit, eam *amare* similiter ut cogitatam tantum, sed sine personae notatione ponit. Sic oriens infinitivus a verbo proxime pendet neque statim omnium substantivorum instar sine discrimine est. Atque haec inf. origo

1) similiter in nominibus peregrinis **ديون** *Dion*, **لاون** *Leon*.

est in antiquâ linguâ semiticâ, ut hebraeâ; in arabicâ inde superstes est inf. ^{فَعَلَّ} ab intrans. ^{فَعَلَ}, ^{فَعَلَّ}, et ^{لَدَّ} ex ^{بَدَّ} §. 379. Sed deinde formarum abstracti usus qui in hebraismo jam incipit, adeo praevaluit, ut in arabismo multe sint frequentiores, laxatoque veteris infinitivi usu omnes et antiquae et novae formae ejusdem fiant usus liberioris; infinitivus enim arabicus pleno substantivi jure et flexione utitur. — Hae autem abstracti formae in stirpe praecipue L. maxime esse possunt variae; videsque in his novis derivationibus formas pro notionum varietate vel distinctiores quam

in verbo. Ita nec temere est quod formae leviores ^{فَعَلَّ} et ^{فَعَلَّ} ab activae, longiores inserto ù v. à ab intransitivae notionis verbis descendunt: nam illorum actio celer est et facile transiens. Solentque pro significationis similitudine formae distingui; cujus generis hic afferamus quae Lumsd. p. 229

sq. suppeditat: 1) ^{فَعَالَةٌ} a verbis *artes*, vel *munera* significantibus: ^{تِجَارَةٌ}, ^{عِبَارَةٌ}, ^{زِرَاعَةٌ}, ^{كِتَابَةٌ}, ^{صِبَاغَةٌ}, ^{خِبَاطَةٌ}, ^{سِبَاغَةٌ}

et fluctuante ^{دَلَالَةٌ} ^{ر-ا}, ^{دَلَالَةٌ}, ^{دَلَالَةٌ}. — 2) a verbis sonum

significantibus ^{صَبَاحٌ}, ^{نُبَاحٌ}, saepius per *u* ^{صُرَاحٌ}, ^{بُغَامٌ}, ^{نُعَاقٌ}, ^{نُعَاقٌ}, ^{نُعَاقٌ}. — 3) a

verbis fugae vel incitandi ^{شِرَادٌ}, ^{ضِرَابٌ}, ^{حِرَانٌ}, ^{طِمَاحٌ}. — 4)

a v. aegritudinis et morbi ^{سَعَالٌ}, ^{دَوَارٌ}, ^{سَوَانٌ}. — 5) a v.

coloris ^{حَجْرَةٌ}, ^{خَضْرَةٌ}, ^{سَمْرَةٌ}, ^{كُدْرَةٌ}; notatu dignum idem *u* apparere in collectivis §. 311. — 6) a v. agitationis, per-

turbationis ^{دَوْرَانٌ}, ^{جَرْبَانٌ}, ^{غَلْبَانٌ}, ^{نَرْوَانٌ}, ^{خَفَقَانٌ}.

Similes formarum distinctiones in substantivis invaluerunt: substantiva rem fractam, fragmenta significantia: فُتَاتٌ, قُطَاعَةٌ, قُطَارَةٌ, قَلَامَةٌ; particulam sejunctam دُقَاتٌ, حَطَامٌ, كِشَاحٌ, مِلَاطٌ; signum seu notam animali inustam قِرَاضَةٌ, سَلَالَةٌ; tempus quo res fieri solet عِرَاضٌ, جِنَابٌ. Cf. Lumsd. p. 253 sq.

§. 278. Formas infinit. stirpium derivatarum raras per à affert Lumsd. p. 245 st. V. تِكْلَامٌ, حِمْلَاقٌ, وِجْمَالٌ, VI. اِدْبِهْرَاسٌ, contractas طَطْبِرٌ تَخْبِرٌ ex V. طِبْرَةٌ خَبْرَةٌ, تَطَاعِنٌ ex طِعْنَانٌ haud dubie vocali à in خِبَارٌ correptà ob ة accedens. Idem notat pro جَوَارٌ inf. III. raro dici جَوَارٌ, formà minus dilucidà, et pro تَفَاوُتٌ inf. VI. dici posse تَفَاوُتٌ, sono scilicet و ob و consonantis loco tenendum evitato.

Ibidem moneri fusius poterat; infinitivi notationem per part. pass. ex omnibus stirpibus derivatis haud ita raro occurrere, ut مطْرَدٌ i. q. اَطْرَادٌ IV. Taraf. M. v. 70; مُتَقَلَّبٌ V. Locm. f. 19, مَنَحْدَرٌ VII. Koseg. chr. p. 147, 15; et inf. III. nonnunquam sine terminatione fem. esse, cf. Lumsd. p. 251. His respondent in st. I. infinitivi مَكْدُوبٌ et مَكْدُوبَةٌ Lumsd. p. 223. Cf. gr. cr. hebr. p. 316. — Infinit. st. II. nonnunquam respondet verbo cognato st. V. vel VI, et تَفْوِيضٌ a تَفَاوُضٌ Lemmingii spec. p. 22, 17. 18.

A D D E N D A.

P. 1. not. 1. adde Taraf. M. v. 31.

P. 6. §. 10 et 11. De linguae, quae nunc in Arabiae penetralibus inter Beduinos viget, ratione meliora et certiora tandem nos edocuit J. L. Burckhardt, notes on the Bedouins and Wahábys (London 1830) p. 211. Locum memorabilem integrum describere placet: "The Bedouin dialect is every where different from the Arabic spoken in towns and villages, even among these tribes whose territories adjoin the inhabited places, and who mix in frequent intercourse with town's-people. The Bedouins use a dialect much more correct and grammatical than the low language of the Syrian and Egyptian mob, who is wholly excluded from the encampments of the Desert. There is, however, among the Bedouins themselves, a great variety of dialects; — but they all agree in pronouncing each letter with much precision, expressing its exact force or power, which, with respect to the letters ظ ض ذ ث, is never the case among the inhabitants of towns. The Bedouins agree also universally in using, as common, many select words; which in the towns would be called 'literal terms' (كلام نحو) and in speaking always with grammatical accuracy. — I shall here venture to affirm, that by far the best Arabic is spoken in the Desert, and that Bedouins are as much distinguished from others Arabs, by the purity of their language, as they are by that of their manners. That they have preserved, during so many centuries, the purity of their language, without books or writings, may with probability to be ascribed to the frequent practise of learning by heart and reciting poetry. Young persons are thus accustomed to the use of select and elegant expressions; and there are always in the camps some old men who take delight in explaining the recondite meanings and other difficulties that may occur in the poems."

Dolendum tantum, quod haec in singulis non demonstraverit vir diligentissimus.

P. 12. not. 1. Ad haec scripta nuper accessit J. C. Lindberg: sur quelques médailles cufiques dans les cabinets du roi de Danemarck, et sur quelques manuscrits cufiques. Avec XII planches. (Copenhague 1830. Cf. Götting. Gel. Anz. 1830. p. 1742 sqq.). Liber ob exempla scripturae cuficae et plurima et diligentissime expressa qui inspiciatur dignissimus. Placet hic quaedam supplementi loco annotare.

1) §. 20-22. Lineae literarum diacriticae quae in vulgari scripturâ in puncta abiere, in cuficis aliis prorsus desunt, in aliis rarius, in nonnullis semper aspersae sunt, sed in multis a scribis serioribus et colore diverso, ut viridi et atro pallido; et § in paucissimis lineis duabus notatum est. Cf. Lindberg p. 56-66. — 2) ad p. 48. l. 12-15. Haec scribens de cuficis Sacyum gr. I. p. 52 nimis fidenter secutus sum. Nam ratio diversa est. Hamza simplice puncto vocali notatur diverse pro ratione pronunciationis diversâ posito, non autem rubri coloris, qui est vulgaris, sed *viridis*, in quibusdam codd. *flavi*; ut hamza adeo colore tantum diverso signetur; cf. Lindberg p. 56. 64. Hinc dilucidius in codd. serioribus seu africanis huic puncto aliud signum sueto colore vocalem signans apponitur. Quod autem Sacy de lineâ horizontali viridi et puncto insuper flavo tradit, quo nitatur nescio; errorem subesse puto. Nam potest quidem | ab initio vocis hamzatum eâdem quâ Veçla lineâ horizontali praepositâ notari, eâque vocalis puncti situm diversum imitante: sed hoc si fit, sonum hamzae fere veçlae instar eîdendum esse lector monetur (cf. §. 114); sic enim praecipiant docto-

res quidam Koranici, ut v. c. ^{---ع} من ^و أمر legatur *ma-namara* (cf. Not. et Extr. T. 8. p. 323). Hinc in cuficis nonnullis (Lindb. n. IX) | lineâ hac et puncto vocali caeruleo simul notatur, ut lectori optio detur. — Ex his paulum mutanda sunt quae p. 73. l. 21 de Veçlâ dixi. —

3) ad P. 50. §. 89. G'ezma in cuficis quibusdam cdd. rarissime pingitur nec frequentius nisi literae و superscriptum; est linea obliqua rubra. Lindb. p. 65. — 4) ad §. 141. Eadem e ratione in cdd. cuficis nonnullis lectiones variantes saepius notatae sunt punctis signisque diacriticis diversis coloribus scriptis; vocalium color ruber, qui vulgaris est, variatur viridi, flavo, caeruleo; nonnunquam lectio anceps puncto flavo tantum vel caeruleo notata est; v. Lindb. p. 53. 57 sqq.

§. 54. De origine literarum ظ ذ ث nunc aliter censeo. Nam in plurimis radicibus, ut in pron. ذ ذ , sonos simplices ط د ت primitivos duco; ii in molliores et tenuiores ظ ذ ث transierunt, ut hi demum soni ancipites Hebraeis in duriores ש י ף mutati sint.

§. 55. Vis nominis المطبقة diligentius investigata in eo vertitur, ut literas notet quae linguâ contractâ et palato *appactâ* pronunciantur.

§. 86. Hamza in nonnullis cdd. et edit. literae | postponitur, ut بَرَءَاتٌ. Eo. utilius igitur est signum Meddae.

§. 104. Quae hic et §. 402 de صَلَوَةٌ etc. notavi, iis comprobantur quae Lumsden p. 32. 697 dicit: Alif in صَلَوَةٌ etc. pronounced with a broad swelling sound, approaching to that of the letter Wao, the form of which it generally assumes, at least in the dialect of the people of Hijaz.

P. 59. l. 8. 9. Potest etiam vocalis *u*, si e formae *vi* minus gravis est, in *i* ante ي transire: شَبُوحٌ e شَبُوحٌ §. 391.

§. 115. Subtilius inter | mere vocale et | discrimen ita describit Lumsd. p. 20: مَالٌ is a fine flowing sound, proceeding apparently from the throat upwards; رَأْسٌ is uttered

with an effort, and seems to proceed directly from the breast. Idem discrimen vult esse in ^{بِرْ} - ^{قَبَلْ} , ^{بُوسْ} - ^{قَوْلْ} .

§. 126. Nota literas easdem, si posterior e suffixo est, cum id forte fortunâ accedat stirpique laxius jungatur, haud coalescere, ut ^{أَهْلِكُمْ} (forma g'ezmata st. IV. cum suff.), ^{أَجِبْهُم} (imperat.) et talia semper diremtis literis iisdem quamquam nullâ vocali mediâ scribuntur.

§. 129 - 131. Arabes multos ad contractionem similium literarum esse maxime proclives, ex Lumsd. p. 483 sqq. patet; ita ^{أَجَامَعْ} st. VI. ex ^{أَجَامَعْ} cum ^{مَعَهُم} ex ^{حَمَّ} .

P. 71. not. 3) oppositum est quod grammatici ^{نَمَّ} vocant, v. Mém. de l'acad. T. 50. p. 340.

§. 136 et §. 39. Diphthongi correptae exempla rarissima sunt nec nisi in particulis: ^{سَفَّ} in ^{سَوَفْ} §. 205, ^{لَسَّتْ} in ^{لَيْسَ} §. 479; ^{أَيْشَ} §. 493 in vitâ vulgari in ^{أَشْ} transire potest.

§. 137. Vocalem *u* ex Vezlâ manere posse tradit Lumsd. p. 656, ut ex ^{قَالَتْ} vel ^{قَالَتْ} : ^{أَخْرَجَ} .

§. 150. p. 82. Radicis ab iisdem consonantibus incipientis exemplum est ^{دَدَّ} vel diductius ^{دَدَا} , ^{دَدَنَّ} *voluptas* cf. ^{دَدَّ} . Hic mansit antiqua stirps inculta *dad*. Sed hoc unicum fere suo in genere. (^{دَدَا} habet Zuz. ad Taraf. v. 3; ^{دَدِّي} schol. Har. p. 83, minus bene, puto).

§. 153-162. quae de vocalium in stirpibus e soni naturâ variatione et ratione dixi, magis magisque cognovi stamina esse doctrinae lato patentis, gravissimae. Quaedam hic fu-

suis persequi liceat: 1) vocalis ante secundam radicalem brevis non diduci tantum potest ut sonus ejus in vacuâ secundâ reciprocetur (§. 155. 240. 311 etc.); sed etiam e contrario ob vim, quae in eam cadit, toni majorem brevem sequentem pellere et obtundere; nec tamen nisi *z* et *x* levioris soni pelli bene possunt. Sunt autem haec praecipue ob poetarum

licentias notanda. Ita in verbis intransitivis, ut شَهَدَ transeat

in شَهَدَ vel sono vocalis e notione formae gravissimae *z*

redeunte شَهَدَ et hinc شَهَدَ, حَسَنَ in حَسَنَ, in passivo ضَرِبَ in

ضَرِبَ; in nominibus ut فَعْدُ in فَعْدُ, فَعْدُ et فَعْدُ, عَضْدُ in

عَضْدُ, عَضْدُ ex وَعِلَّةٌ (Tebr. ad Ham. p. 96), part. VIII مَتَنَفِّخٌ

in مَتَنَفِّخٌ; etiam ubi ultima radicalis e formae vi vocali caret, ut elisâ vocali secundae brevi ultima jam necessario vocalem brevem asciscat, ut انْطَلَقَ ex انْطَلَقَ imperat. VII, يَلِدُ

ex يَلِدُ in versu أَلَا رَبُّ مَوْلُودٍ وَّلَيْسَ لَدُنَّ أَبٍ وَّوَدِّي وَّلَيْدٌ لَّمْ يَلِدْهُ أَبَوَانِ

(i. e. *nonne saepe filius est sine patre (s. ignobilis) et pater haud nati a parentibus?*); poetice vel اَهِيَّ an ea ex

هي. Rarissime a eliditur, ut poetice سَلَفٌ majores pro سَلَفٌ,

cf. §. 312. 478. Lumsd. p. 167. 348 sqq. — 2) similis est vocalis longae in antepenultimâ post fem. terminationem sub-

jectam correptio, quae plerumque haud usitatur nisi post syllabam longam tonum sistentem; hoc adde §. 162. p. 89.

— 3) vocalem minus gravem et necessariam ex vocali alius syllabae necessariâ et distinctâ, longâ praesertim, seu secundariam e primariâ oriri ab eaque totam pendere, res est in arabismo gravissima, sed in nullâ magis quam in hungaricâ lingua constans et perspicua. Nonnunquam vel latins scripit, ut

Arabes quidam formam **فَعْبِدُ**, si non nisi gutturalis vocales dirimit, efferunt **فَعْبِدُ**, ut **شَهِيدٌ**, **رَغِيفٌ**, **مَخْيِي** v. Lumsd. p. 348.

— Vocalis *ū* in primâ rad. secundaria praeter formam **فَعُولٌ**

§. 156. non apparet nisi in formis **فُعَالٌ**, in quibus à ex *ô* ortum est, ut hujus soni memoria in brevi vocali servata sit, et in nominibus r. tert. و ي §. 161 ^b.

Ad §. 163 breviter notare neglectum est, verbum pluri-literum non ultra quatuor, nomen non ultra quinque radicales excrescere posse.

§. 174 stirpis XII. exempla alia: **أَحْدُودٌ** *gibbosus fuit*, **أَمْلُوحٌ** *sale plenus fuit*; **أَذْلُوِي** *subduxit se*, cf. porro **أَثْنُوِي**, **أَفْعُوعَمٌ**, **أَعْدُودُنٌ**; **أَحْلُوِي** etiam cum objecto; adject. **ذَلُوِي**.

§. 175 stirpis XIII. unica fere exempla reliqua sunt **أَخْرُوطٌ** *implicitus, prolixus fuit*, **أَجْلُودٌ** *robustus* (cf. adject. **جَلُودٌ**) *fuit et hinc celeriter ivit*.

§. 186. Litera st. VIII. nonnunquam vel cum simili radicali *secundâ* coalescit, ut **قَدَّرٌ** corripitur ex **أَقْتَدَّرٌ** *potens factus est*, **أَحْتَسِي** ex **حَسِي**, vocalis, ne cum st. II. confundatur, plerumque est *i* in primâ. v. Lumsd. p. 85. 475. 488.

§. 191 sq. Lumsden p. 136 exempla quaedam suppeditat tertiae radice quadriliterae geminatae: **أَدْرَمَسٌ** *tacitus fuit*, **أَجْرَمَزٌ** *congregata est* (tribus), **أَدْرَمَجٌ** *intravit rem*,

أهرمع ^{أهرمع} *agilis fuit*. Sed cum in his omnibus ϵ geminetur, probabile est, formam eandem esse ac st. III. quadril. ut ϵ in ϵ transierit, cf. §. 187. Substantiva inde هرع etc. Kam.

notat. Sed in أهبيخ ^{أهبيخ} *fastuosus fuit*, tertiae geminationem eandem puto quae est quartae st. IV. Exemplum stirpis III. quadrilit. cum objecto constructae dat Lumsd. p. 195 in versu:

أني أري النعاس. يغرنديني أطردني عني ويسرنديني

video somnum occupare me, propello eum sed praeoccupat me.

§. 210. p. 123. Lumsd. p. 113. vult $\dot{\lambda}$ hoc sensu cum

secundâ quoque personâ et primâ occurrere, ut لتأخذوا مصافكم

sumite ordines vestros! Etiam $\dot{\lambda}$ pro $\dot{\lambda}$ dici posse putat p. 112. Sed volupe fuit cernere, Lumsdenium seu potius Arabes grammaticos eodem prorsus modo, quo equidem feci, de imperativi ex f. g'ezmatâ ortu (p. 110) et de formarum تقنلوا ^{تقنلوا} §. 224 ex تقنلوا ^{تقنلوا} derivatione p. 107) sentire ¹). Idem tamen male, ni fallor, discrimen sensus inter emphaticam f. gravem et levem §. 226 facit p. 105.

§. 225 not. 1) v. porro vers. in Taraf. ed. Vull. p. 45.

§. 229 sq. Lumsden. p. 127. 170 - 72 notat, imperf. st. I.

ex quocunqve verbo novum formae بقتل ^{بقتل} derivari posse, ut *subigendi, vincendi* notionem quasi recenter *activam* teneat (للمغالبة), ut بضاربي فاضربه ^{بضاربي فاضربه} *debellat me ut ego eum vincam* (bellando).

1) imperativum ex optativo ortum monstrat etiam hungarica lingua.

§. 233. Secundum Lumsden. p. 147 formae occurrunt quales تَتَقَطَّتْ 3 ps. f. sg. perf. st. V, تَشَابَهَتْ st. VI, feminino sg. duplici ت et praefixo et suffixo notato, quocum cf. תְּבַנְתָּהּ gr. cr. hebr. p. 488.

§. 239 p. 140. Cum notionis formarum distinctio quantum fieri potest servanda sit, dubitari potest, annon adjectiva talia (cf. porro ضَرَبَ Taraf. v. 83) correpta sint ex formis vere adjectivis, ut عَدَلُ ex عَدَلٌ. Certe etiam reliqua flexio adjectivorum est.

P. 143 l. 2 inf. Pro *semper lege fere semper*; nam nonnunquam & conspicitur, ut نَدَسٌ, عَجَلٌ, جَزَعٌ, بَقْظٌ.

P. 144 n. 3). Rarissime ante à vel in adjectivo ingruit, ut دَفَاقٌ Taraf. M. v. 26.

P. 145 l. 9. Femininum nonnunquam substantivi loco est, ut لَاعِبَةٌ *futilia loqui*, عَاقِبَةٌ *securitas*; similiter nonnunquam fem. ex aliis quae cogitari possunt adjectivi formis, ut سَامِرَةٌ *laetitia*. Frequentior paulo forma ejusmodi est قَتَبِيٌّ, ut فَخْرِيٌّ *gloriatio impensa* haud dubie ex adject. §. 248, دَلْبِيٌّ, دَلْبِيٌّ, فَمْبِيٌّ, (*fervor jaculandi*), قَتَبِيٌّ, حَجْرِيٌّ, خَصْبِيٌّ. Interim quaedam e st. II. et cognatis derivata sunt, ut *infinitivi* harum stirpium dici possint, ut خَطْبِيٌّ.

§. 249. Hic paulo distinctius erat dicendum, abstracto si longà vocali ante ultimam rad. insertà formatur, geminas literas divelli, v. p. 312 *not.*

§. 250. Adde ^{s-u--}عمرم *numerous* Wakidi Aeg. p. 59, 4. Ham. p. 122, ^{s-u--}عشمشم *audax* Ham. p. 104. ^{s-u--}عذمذم *ingens* p. 702.

§. 252. Lumsd. p. 306-9 formam adjectivi comparativi nonnunquam ex stirpibus verbi derivatis (ut ^{s-u--}أكرم *beneficia plura largiens* a st. IV. ^{s-u--}أكرم *benefecit*) et ab adjectivis colorum (ut ^{s-u--}أبيض *albior quam*) derivari exemplis probat.

§. 254. Nota differre posse ^{s-u--}مقبر *sepeliendī locus*, si de *unius* hominis sepulchrali loco sermo, a ^{s-u--}مقبرة *loco sepulchrali omnino*, de pluribus, coemeterio; v. Lumsden. p. 317. Formam ^{s-u--}مقعة *idem* notat *causam* quoque, *qua* quid fiat, innuere posse, ut ^{s-u--}الولد ^{s-u--}مجبنة ^{s-u--}ومبخل *liberi sunt causa animi pusilli et avaritiae*. — Forma ^{s-u--}مغفل *productā* vocali secundā est in ^{s-u--}مغلق, ^{s-u--}مغرد, ^{s-u--}مغفور, ^{s-u--}مغثور Lumsden. p. 312. — §. 257. ^{s-u--}ملتقى v. hoc sensu Taraf. M. v. 30.

§. 258. Diductiores abstracti formas offert Lumsd. p. 219 ^{s-u--}قربان, ^{s-u--}قرنان, ^{s-u--}قرکان.

§. 259. not. 1). Notandum hic, vocalem penultimae *α* si ultima syllaba levius sine vocali finali effertur, vi suā ita auctā *produci* solere, ut ^{s-u--}بماني, ^{s-u--}شامي et ^{s-u--}بماني, ^{s-u--}شامي; v. Zuzeni ad Taraf. M. v. 31. Respondent formae hebraeae ^{s-u--}במני. — Ceterum ut ^{s-u--}שיליה *adjectivum* ex ^{s-u--}שיליה *decurtato*

pro ^٢بهراني, ita ^٢بهراني Sac. anth. not. p. 149 a tribus ^٢بهراني
formâ decurtatâ e ^٢بهران et alia. — hinc ^٢صنعاي et ^٢صنعاي.

§. 265 adde, posse et levius ^٢مكوة pronunciari, et novam
fem. terminationem accessisse in ^٢جبروتي juxta ^٢جبروت; fem.
^٢جبرياء cll. §. 286 ortum puto ex decurtatâ formâ à (ò, ù)
ex *ut*; vide aliud exemplum ^٢سعاء p. 203.

P. 165 l. 1 - 6. Forma infinitivi ^٢تفعال grammaticis aliis
superlativi sensus esse videtur (Lumsd. p. 225), aliis simpli-
cis (Zuz. ad Taraf. v. 53); in paucis de superlativo formae
longioris sensu non dubito. Harir. p. 291 vult sola ^٢تبیان,
^٢تلقاء in priori syllaba *i* tenere.

P. 168 l. 1. Formam adjectivi ^٢فعله quae haud raro in-
tensivum notat, eâdem novâ formatione, cui collectiva multa
originem debent (§. 203), ortam ita puto, ut *a* secundae
radicalis actorem, *u* passivum primae cum *labore* vel *studio*
agentem notet; ab abstracto tamen haud dubie prodit forma,
ut rarius msc. ^٢فعل obvium sit, ut ^٢لهم *multum edens*, ^٢نفر
Tebr. ad Ham. p. 70, 18. Affinis huic forma à omisso no-
tat intensionem passivi, ut ^٢لومة, ^٢عدالة *valde reprehensus*,
^٢ضخرة *valde irrisus* Lumsd. p. 302.

§. 285. p. 169. Opera est notare, terminationes f. *d* et
du in substantivis saepe ejusdem sensus et usus esse, ut
^٢جلى et ^٢جلاء *grave, infortunium* Zuz. ad Taraf. 74.

§. 293 p. 173. Si ^{شَمْسٌ} sol fem. cum ^{قَمَرٌ} luna msc. comparatur, genus eorum probabile fit ex veteri religione et mythologiâ fluxisse, eâdem fere ratione quâ ducti proavi Germani genus idem distinxerunt. — §. 294 addendum, mensium quoque nomina ut aliorum temporum nonnunquam fem. esse §. 301.

§. 303. Simili modo linguae incultae pluralem notant spiritu longo suffixo, v. v. Humboldt in Abhandl. der Berl. Academ. 1823. p. 413. — Ceterum quod ordinem formarum collectivorum in grammaticis Europaeis receptum ut solâ formae externae specie nixum deserui, nunc eo minus doleo quod e Lumsdenio in his ut in multis aliis grammaticos arabes ordinem diversum sequi intellexi. Similiter infinitivi formas multo plures quam vulgo enumerantur, sed alio ordine Lumsd. exhibet. — Formae solitariae §. 313 melius ita distribuuntur, ut ^{فَعْلَانٌ} §. 310 subjungas, sono *d* suffixo; ^{فَعْلَةٌ} correptum putes e ^{فَعْلَةٌ} §. 309, et ^{فَعْلِيٌّ} referas ad ^{فَعْلٌ} §. 312.

P. 186 6. 7. 8. cl. §. 319. Nota autem, ex fem. adject. ^{أَوَّلِيٌّ}, ^{أَخْرِيٌّ} a msc. ^{أَوَّلٌ}, ^{أَخْرٌ} derivari coll. ^{أَوَّلٌ}, ^{أَخْرٌ}, ut nuntiatio eodem modo quo in sg. desit, v. schol. ad Harir. p. 599.

Idem scholiasta docet pro ^{أَوَّلٌ} hoc dici quoque ^{أَوَّلِيٌّ} transpositio literis ultimis.

§. 334. Dualis terminationem poeticam in rythmo finali ^{جَمَادِيْنِ} (genit.) affert Lumsd. p. 503. Scilicet ex origine vocalis *a* erat, ob *â* (ai) praeivium in *i* mutatum.

§. 377 p. 245. De transitu formarum ^{بَيْبِسٌ} etc. in ^{بَيْبِسِيٌّ} notandum, in dialectis multis pro ^{تَكْتَبُ} pronunciatum esse

dum, vocalem in fine longam ob usum et compositionem perpetuam detritam et correptam esse, simili paene modo quo f. g'ezmata post لم venit §. 210. — Notandum porro, pro لم ابل^ل haud *curo* e st. III. dici posse contractius لم ابل^ل (Harir. p. 105), quasi stirps III. ob usum frequentissimum notionemque, quae stirpis simplicis videtur, in st. I. transeat.

§. 422. p. 295 l. 7. Similiter لان^ل poetice (Kam. p. 1722) ex ان^ل *nunc*, cum ا articuli facile pereat atque insuper vox sit adverbialis. — l. 15. Lumsd. p. 693 notat vel scribi posse و جنر^و et ob i praecedens ذفي^ذ.

P. 297 *not.* Quod ultimo loco de ا suspicatus sum, verius esse inde quoque patet, quod in scripturâ mauro-hisp. vel legitur لردان^ل = *laorden*.

P. 302. l. 10. 11. Nota ا primam rad. nonnunquam retineri, ut v. c. in infinit. st. VII. scribatur اناظر^ا, quia recens ortus est inf. ex اناظر^ا.

§. 431. Discrimen inter vocales in مد^د hoc facit Lumsd. p. 657, ut e suffixi vocali potiori prior pendere possit, ut مد^د, مدها^د,

§. 433. Hae stirpes in imperativo contractionem saepissime haud solvunt, ut اِحْر^ا, اِحْر^ا dicatur.

§. 438. Addo nunc سَيِّدَتِي *domina mea* (et cum articulo (السَّيِّدَةُ) contractum ex سَيِّدَتِي, serioribus scriptoribus frequentius usitatum.

§. 471. not. 1). De هَوِيَّ cf. Tebr. ad Ham. p. 40.

§. 473. حَاشِي nunc potius ex st. L. derivo ut sit: *abest, deest* = praeter, cf. p. 367.

§. 496. لَ جُرَّانْتِسْ اِسْتِ پْرَاطِپِيْةٌ اِنِّ لَعْمَرِيْ *per vitam meam*, لَعْمَرِكْ *per vitam tuam!* Praeter hanc juncturam potius لَعْمَرِ notat *vitam*, cf. Zuz. ad Taraf. v. 68.

CORRIGENDA.

P. 5 l. 3 lege *lingua* — p. 7, not. lege Kopp pro Koppe —
 p. 9 not. 3) lege ^{أمي} — p. 13 l. 10 lege *prophetā* — p. 14 l. 15 lege
 د b — p. 20 l. ult. trahe س in columnaam primam. — p. 21 l. 4 inf.
 lege ^{ألف} — p. 23 l. 13 lege *praemissa* — p. 28, 9 lege ^{سار}, ^{سار}, ^{سار}
 — p. 32. l. 13 lege *sermoni* — p. 33 l. 1 lege *ante* ^ف *et* ^ل *vocis* (deest
 ل) — l. 2 lege *pingunturque* — l. 4 lege ^و ^و ^و غنة — p. 36 l. 18 lege
 فوقها — p. 37 l. 7 inf. lege *altius* pro *longius* — p. 38 not. lege
^{уагарновѣ} — p. 41 l. 19 lege ^{يوم} — p. 48 l. 6 lege *denotetur* — p. 49
 l. 12 lege ^{السماء} — p. 52 l. 15 deest ā post *longam vocalem*; nam
 de 7 et ū praecedentibus v. §. 96. 108. — p. 57 l. 4 inf. lege ^{مريمي}
 — p. 58 l. 3 inf. lege *duplicandum* — p. 64 l. 12 lege ^{مائد} — l. 16 lege
^{ادرا} — p. 62 l. 3 lege *solā* — p. 63 l. 3 lege ^{ابن} — not. lege ^{مسهلة}
 — p. 64 l. 8 lege ^{سببات} — l. 18 lege *positum* — p. 71 l. 7 lege ^{بهدد}.
 — p. 72 l. 19 lege ^{اثنان} *duo* — p. 73 l. 21 lege *ob hamzā* — p. 74
 l. 4 lege ^{في الناس} — l. 3 inf. lege *conflata* — not. lege ^{صلة} — p. 78
 l. 5 lege *uktūl* — p. 80 l. 1 lege ^{الله} — p. 80 l. 6 lege ^{عشرون} —
 p. 91 not. lege ^{انتوا} — p. 95 not. ult. lege *مبالغة* — p. 105 l. 5. 6 lege
quam quidem — *notionem* — p. 106 l. 5 ^{استقاد} — p. 109 l. 18 lege
^{توفي} — p. 110 l. 19 lege ^{بذر} — p. 112 l. 12 lege *formis distinxerit*
 — p. 113 l. 7 lege *simpliciter* — p. 115 ult. ^{قد} — p. 117 l. 8. lege
^{اذا} — p. 118 l. 1 lege ^{دناهم} — p. 119 l. 19 lege *conjunctivo* —

p. 120 l. 19 lege تَرْكُوْه — p. 121 l. 3 deest *notione* ante *notio* — p. 126
 l. 4 lege لِيَصْبِحَنَّ — p. 132 l. 11 lege خَفِيْفَةٌ — p. 134 l. 2. lege
 صِيْر — l. 8 lege بَعْدُ — p. 135 nota 1) pertinet ad 2 m. كَتَبْتَ — p.
 136 l. 13 l. 1 كَتَبْتَ pro كَتَبْتُ — p. 137 l. 9 lege بِقِيْلٍ pro اُقِيْلُ —
 p. 139 l. 3 inf. lege قَتَلَ — p. 140 l. 4 inf. lege خَبِرَ — p. 150 l. 16
 lege *quod u vocalem* pro *quod vocalem* — l. 4 inf. lege *dicitur* — p. 160
 l. 6 lege *formae* — p. 165 l. 11. lege مُقَاتَلَةٌ pro مُقَاتَلَةٌ — p. 168 l. 1
 lege كَذُوْبَةٌ — p. 172 l. 17 lege Lokmani — p. 175 l. 10 lege *cogi-*
tandam — l. 11 repono المَوْتَةَ الاُولَى — not. 2) adde كَتَبْتَ ante *habet*
 — p. 178 l. 3 inf. lege *idem* pro *dem* — p. 182 l. 21 lege كَعَابٌ — p.
 185 l. ult. lege اَمْرًا — p. 187 l. 6 lege 312 — p. 199 l. 16 lege دِهَابٌ
 — p. 202 l. 6 قَرَأْتُ — p. 203 l. 5 lege *d et* pro *d ut* — p. 209.
 l. 15. lege الكُوفِيَّةُ — p. 215 l. 20 lege *praepositionum* — p. 219 *not.*
 lege *quantum* — p. 242 l. 1 lege tertium كَتَابٌ — p. 245 l. 22 lege
 بِبَاسٍ — p. 248 l. 19 lege وَرَكَ — p. 251 l. 17 lege طُوْلٌ — p. 255
 l. 14 lege قَهْمَةٌ — p. 256 *not.* lege *primitivo* — p. 272 l. 9 lege imperf.
 act. VIII يَهْرُتْضِي — *not.* hanc notam typhothetae errore huc traductam
 trahe ad p. 273 l. 18-20. — p. 285 *not.* lege *quidam*.

GEO. HENRICI AUG. EWALD

GRAMMATICA CRITICA

LINGVAE ARABICAE

CUM BREVI METRORUM DOCTRINA.

OLth

VOLUMEN POSTERIUS

SYNTAXIN ET METRORUM DOCTRINAM COMPLECTENS.

LIPSIAE, 1833.

SUMTIBUS LIBRARIAE HAHNIANAЕ.

Digitized by Google

GOTTINGEN, typis expressum Dieterichianis.

PRAEFATIO.

Quam in prioris voluminis praefatione linguae serioris et hodiernae cum antiquâ arabicâ comparatae descriptionem promiseram, eam crescente hujus libri mole nunc eo facilius omisi, quo magis spero fore ut alio loco defectum hunc suppleam. Hoc enim in votis est, ut aliquando totius linguarum semiticarum stirpis grammaticam et historiam uno conspectu proponere concedatur, quo omnes dialecti earumque variae e temporis rationibus formæ mutuâ luce collustrentur. Ceterum cum ad libros intelligendos antiquae linguae grammatica sufficere videretur, nec qui ante me opus grammaticum condiderunt, de serioris linguae descriptione cogitaverunt.

Post volumen prius vulgatum maximamque posterioris hujus partem elaboratam altera prodiit operis Sacyani editio, in singulis multo et emendatior et auctior. Nihilominus indolem operis hujus non mutatum iri, ut facile erat conjecturâ opinari, ita experientia docuit. Ratio enim ejus mansit haec, ut Vir de literis arabicis meritissimus magistrorum arabicorum methodum sequeretur neque eam desereret nisi passim et

in levioribus; quâ eâdem mente alteri illi editioni tractatum de re metricâ adjunxit ex arabico conversum. Quae quidem studia ego haud improbo nec parvi facio; si tamen methodo illi aliam opponi posse tum veriorem tum nobis utiliore contendendo, si viam inire ausus sum magis quidem primo obtutu arduam, at digniorem et, modo caute incedamus, tutiorem simul ac faciliorem: videor mihi non alienas, sed rei ipsius rationes sequi. Quodsi quis brevem quam proposui metrorum doctrinam bene perpenderit suamque fecerit, eum totius rei metricae peritiorem fore video, quam qui sine ratione, ut fit, spissos legerit de eâ re tractatus arabicos vel ex arabico conversos.

Contigit etiam hoc novissimo tempore, ut tractatus Arabum de suâ grammaticâ et metricâ plures tum Calcuttae impressos tum manuscriptos legerem. Quorum quidem mihi egregie placet brevitatis acuta et concisa rerumque gravium ubertas, modo teneas eos scriptos esse, ut ii qui linguam jam tenerent, legum ejus diligenter memores essent. Nec eorum usum puto fieri posse meliorem, quam ut optimi ex iis integri inter nos editi a doctis legantur. Quam editionem, nisi alius vir doctus, quod pergratum mihi accideret, operam suam interponat, ipse parare constitui. Scrib. Gottingae mense Junio 1833.

ARGUMENTUM.

LIBER TERTIUS.

DE SYNTAXI.

§. 501-775.

§. 501. 502. De syntaxi universâ.

PARS PRIOR.

DE ENUNCIATIONUM PARTIBUS SINGULIS.

§. 503-654.

I. *De nomine.*

§. 503-510. De nomine universo et de articulo.

§. 511-538. 1. De statu constructo et genitivo,

§. 539-568. 2. De objecto et accusativo.

§. 569-600. 3. De praepositionibus.

§. 572-595. Praepositiones simplices.

§. 596. — — — compositae.

§. 601-614. De numeralium juncturâ.

II. *De verbo.*

§. 615-632. 1. De verbo finito.

§. 619-623. De modo imperfecti raf'ato.

§. 624-629. — — — — naçbato.

§. 630. — — — — g'ezmato.

§. 633-654. 2. De participio et infinitivo.

§. 633-645. De participio.

§. 646-651. De infinitivo.

§. 653. De adjectivo elativo.

PARS ALTERA.

DE ENUNCIATIONUM CONNEXU.

§. 655-775.

I. *De enunciatione simplice.*

- §. 655-665. 1. De enunciationis partibus, sive de subjecto et praedicato eorumque complementis.
- §. 666-679. 2. De ordine et vi vocabulorum in enunciatione.
- §. 680-692. 3. De generis numerique in enunciatione concordia.
- §. 693-711. *Variae enunciationis simplicis formae.*
- §. 694-702. 1. De negativis enunciationibus.
- §. 703-707. 2. De interrogativis enunciationibus.
- §. 708-711. 3. De enunciatione interjectionali.

II. *De enunciatione adnexâ.*

- §. 712-725. 1. De enunciationibus relativis.
- §. 726-734. 2. De enunciationibus copulativis.
- §. 735-738. 3. De enunciatione adversativâ et restrictivâ.

III. *De enunciationibus conjunctis et correlativis.*

- §. 739-741. 1. De enunciatione temporis, rationis, consilii.
- §. 742-773. 2. De enunciatione conditionali.
- §. 774-775. 3. De enunciationibus correlativis.

BREVIS METRORUM DOCTRINA.

§. 776-819.

- §. 777-788. 1. De duplicis rhythmî poetici ratione.
- §. 789-806. 2. De metris singulis.
- §. 807-813. 3. De rhythmô finali.
- §. 814-819. De linguae poeticae licentiis.

Addenda p. 343-347.

- - - - ad Vol. 1. p. 347 sq.

CORRIGENDA.

Pag. p. 11, 21. lege جِبْتِهِمْ . Pag. p. 23, penult. l. أَوْلَ . — P. 24, antep. adde fieri post saepius. — P. 47, 5 l. نَدَاءٍ . — v. 13. l. إِذَا .
 — P. 50, 17. l. جِبَلٍ . — P. 51, 11 l. مَقَامُهُ . — P. p. 55, 18 l. سَبْكَانِكِ
 sine | inserto. P. 81, 11 l. طَبِيبَةٌ . — P. 84, 17 l. tectum pro tecto. —
 P. 91, 1 l. أَرَايَتِكُمْ . — v. 15 l. pendentī et v. 20 للهِرُوبَا . — P. 101, pen.
 l. الثَّالِثِ . — P. p. 105, 3 l. لِبَيْالٍ . — P. 112, 1 l. فَتَى . — P. 117, 11 l.
 assecutus esse. — P. 119, 11 l. وِتَانِي pro فَتَانِي . — P. p. 120, 20 l. ذَا
 sine Teschdid. — P. 121, 20 l. نَفْسِكِ . — P. 128, 14 l. مَتَكْرِزَا . —
 P. 152, 13 السَّامِعُونَ sine | inserto. — P. 161, 16 l. dilucida sc. argu-
 menta, ut l. 14 mortui i. q. cadaveris est. — P. 164, 2. l. كَذَكَ
 18 l. إِذَا . — P. 165, 6 l. أَبْوَاهُ . — P. 166, 9 dele Teschdid in مُسْتَقْبِمٍ .
 — P. 173, 24 l. expandimus. — P. 213, 3 l. أَلْتَّاجِ . — P. 269 not. ult.
 l. Bhagav. — P. 274, 4 adde etiam ante praeviae.

* * *

Vol. I. p. 5, 4 l. المَجَانِزِي .

P. 12, 19 l. النَّسْخِي .

P. 109, 18 lege sicut mortuus (a deo ablatu) est ex تَسَوِّفِي
 secum abstulit eum mors, deus Sur. 3, 54. 4, 14. 6, 59. 60. 47, 27. Tab.
 p. 10, 17. 14, 1.

P. 122, 10 l. قَبِيحَةٌ .

P. 224, 19 l. سَوْدَاءُ سَوْدَاءٍ .

P. 331, not. v. 4 adde fere ante propriae,

LIBER TERTIUS.
DE SYNTAXI.

Syntaxeos arabicae quae sit indoles, e linguae universâ 501
indole §. 4 sqq. descriptâ facile jam concludere licet. Nam
in haud paucis lingua haec ad multo majorem, quam ceterae
sorores, evecta est concinnitatem gratam et sensus perspi-
cuitatem facilem. Sed simplicitatis antiquae fundamentum vel
in cultiore linguâ intactum mansit; unde nobis ad id in sin-
gulis, quantum unquam fieri possit, semper redcundum esse
per se apparet.

Argumenti vero uberrimi distributionem aptam conside- 502
rantibus nobis consultissimum visum est, prius de enuncia-
tionum partibus singulis generaliora exponere; dein de enun-
ciationis nexae ratione generibusque variis agere. Quod igitur
parte priore explicaturi sumus, ad notiones generaliores
formis expressas pertinet; poterantque haec sane jam in
formarum doctrinâ exponi, modo non ibi seriem orationis
nimis interrupissent. Placetque hac in parte a *nomine* ordiri,
quippe in quo formarum notiones cognitu faciliores ipsoque
usu propiores sunt.

PARS PRIOR.

DE ENUNCIATIONUM PARTIBUS SINGULIS.

I. De nomine.

De nomine hic demonstrandum est, quam varie pro fle- 503
xione formarum et vocum juncturâ necti possit, quasque no-
tiones nexus hi varii teneant. Igitur cum nomen aut per se
stare possit, aut aliunde pendere, prius de nominativo, de-

inde de ceteris casibus deque praepositionibus nomini junctis dicendum erit. Praemittamus tamen quaedam de articulo arabico, quae inferius exponere haud bene licebit.

504 *Articulus* §. 457 rem notam ut animo nunc obversantem repraesentat, sive quod jam nominata est, sive quod nota statim vel e nexu satis perspicienda sumitur. Usus ejus frequentissimus idem fere est qui in hebraismo ¹⁾). In lingua familiari vel frequentior est quam in poeticâ. Licetque nonnunquam nomen, quod dilucidius suffixo determinatum esset, solo articulo insignire, ut ^{شجرة الخربز} *arbor tragacanthae* et *rami nudi* (ejus), quod scholiasta pro ^{شجرة خربزها} positum autumat, Ibn. Khacan ed. Weyers p. 40, 4. In adverbia brevia abiere haecce nomina cum articulo composita, quae articuli vim demonstrativam insigniter monstrant: ^{اليوم} *hodie*, ^{الليلة} *haec nocte* Tabari ann. p. 70, pen. ^{الغداة} *mane* hoc p. 212, 3. ^{العام} *anno hoc* Taâlîbi c. 7.

505 *Nomina propria* cum per se rem certam notent, articulo facile carent; carentque hoc eo frequentius, quo minus significatio etymi formaeque aut dilucida permansit aut linguae tenenda esse videbatur; cf. §. 340. Peregrina ²⁾) maxime ab eo abhorrent, nec nisi *sectarum* vel *populorum* nomina peregrina constantius eum servant, ut ^{اليهود} *Judaei*, ^{القبط} *Copti*, ^{الانصاري} *Christiani*. Arabica quoque multa eum abjecerunt, personarum praecipue, ut ^{علي}, ^{محمد}, ^{محمد}, ^{محمد}

1) cf. gr. hebr. p. 566 sqq.

2) in peregrinis syllabam *al*, *el* initialem, quasi articulus sit, omitti posse, supra jam T. 1. p. 220 dictum est. Cf. praeterea ^{عائير} ex ^{لعاير} ^{لعاير} *μαζαρος*, ^{وايساع} forsân ex ^{Ελισαβετ} Abulf. ann. anteis. ed. Fleisch. p. 56. 58.

et locorum, ut مَكَّةُ, صِنْعَاءُ, conservarunt tamen multa locorum, cum nominum locorum origo multo sit saepe dilucidior, ut الْمَدِينَةُ Medina (pr. Urbs prophetae), الْقَاهِرَةُ Káhira (pr. victrix), الْجَزِيرَةُ Mesopotamia (pr. Insula), quae omnia vides nomina esse recens orta, porro الْوَادِيّ Vallis Jordanis, الْقُدْسُ Hierosolyma (pr. τὸ ἱερόν) et alia innumera; personarum quoque nonnulla, quorum significatio primitiva linguae constitit, vt الْحَارِثُ pr. Arator, الْعَدْلُ pr. Justus, الْفَضْلُ pr. Praestans الْوَلِيدُ etc. Sed vel in his linguae usus jam ambiguus factus est, ut articulus facile omittatur, id quod in numis saepe fit ¹⁾).

Quo melius de nominum personarum ortu et vi constet, 506 operae videtur hic brevibus varia eorum genera describere. Tria vero eorum sunt genera. Proximum, de quo hucusque diximus, nomen proprium, عَلَمٌ ²⁾ Arabibus dictum, non familiae est, sed personae, estque vel simplex vel duabus vocibus compositum, cf. §. 340. 341. Id liberis inde a teneris inditum postea per totam servatur vitam, quanquam multa quoque reperiuntur mutati serius nominis exempla. — Homo ubi adultus fuerit, agnomen كُنْيَةٌ (seu ex etymologià blan-

1) in quibusdam articulus, qui jamjam omitti coepit, post demonstrativum redire videtur, ut — رَافِعُ بْنُ رَافِعٍ Rdfi filius — sed deinde هَذَا الرَّافِعُ hic Rafi Sacy chr. I. p. 11. In alterâ editione p. 9. mutatum quidem id est in رَافِعٌ (conservatum tamen الرَّافِعُ in alterâ gr. edit. T. I. p. 160), sed nescio quâ auctoritate nixum.

2) a عَلِمَ novisse, ut lat. nomen a rád. gno, γνω.

Ceterum agnomen, si cum nomine conjungitur, semper ei proxime praeponendum est. —

His tertium accedere potest *cognomen* لَقَبٌ. Id antiquitus non ita frequens usitatum deductum erat a re quaedam mirā, quae personam distinguere videretur, sive forma sive vita et historia hominis ansam praeberet, poteratque unā vel pluribus vocibus contineri, ut جَدِيْمَةُ الْاِبْرَشِ *G'adīma*

Leprosus, اَكْلُ الْمُرَارِ *Hog'r Esor fruticis murar*, عَمْرُو بِنِ

هَرُونَ الرَّشِيْدِ *Amr filius Hog'ri Contentus*, حَجْرُ الْمُقْصُوْرِ

Harun Justus; nonnulla ex his cum origo vocum paulatim obscura fieret, nominum propriorum instar articulum amise-

runt, ut اَنْسَرٌ *Anser*, كَرْمٌ *Pera*, قَفَّةٌ *Lepus*. Talia antiquitus nomini postponi solebant. Sed serius cum Islamismus diu jam viguisset, novus hic ingruit mos. Nam cognomina

adamari coeperunt dignitatem personae vel religiosam vel civilem et bellicam denotantia splendida quam maxime et fastuosa, in quibus plerumque inanem conspicias seniorum temporum jactantiam. Haec recens omnia formata plerumque pluribus vocibus constant, neque articulum unquam

amittunt, ut فَخْرُ الدِّيْنِ *Gloria religionis*, صَلاَحُ الدِّيْنِ

Saladin, عَضُدُ الدَّوْلَةِ *Fulcimen Imperii* et plurima cum

et دِيْنِ *Veziratu utro-*

que ornatus, شَمْسُ الْمَكَارِمِ *Sol virtutum*, تَاجُ الْاِسْلَامِ *Corona*

Islamismi, نَزْوِي الْعَابِدِيْنَ *Decus piorum* etc. Inveniuntur

et longius composita, ut اَلْمُتَوَكِّلُ بِاللّٰهِ *Confidens deo*, اَلظّٰهَرُ

لَا عِزَّائِي دِيْنِي اللّٰهِ *Clarus honorando dei religionem*

بِهَاءِ الدِّيْنِ وَالْاَدْوَلَةِ *Gloria religionis et imperii*, quae tamen in sermone vulgari contrahi solent retento tantum nomine primo, uti et alias usu frequenti, v. c. *Nizam* pro نِظَامِ الْمَلِكِ *Ordo regni*. Satisque frequenter cognomen pro ipso nomine invaluit. Ubi vero cum reliquis nominibus conjungitur, et nomini et agnominini praeponitur ¹⁾).

507 Nomina propria sine articulo usitata e vi et notione suâ nomina articulo determinata prorsus aequant. Eodemque e jure pronomina demonstrativa, interrogativa, personalia et suffixa, cum semper certum quid innuant, eâdem prorsus vi valent quâ nomina articulo aucta. Quod quam grave sit in nominum nexu, infra e multis apparebit.

508 In ceteris autem, quae per se determinata non sunt, nominibus omnibus notio indefiniti articulo haud praeposito tam dilucide exprimitur, ut nullâ voce praeterea opus sit neque usus voculae numeralis *unus* ad indefinitum significandum in arabismo invaluerit, ut رَجُلٌ *vir, quidam*, اِمْرَاةٌ *femina* quaedam, مَدِيْنَةٌ *urbs* quaedam. Imo eo usque haec nominis articulo vacui oppositio valet, ut vel ad temporis definitionem translata indefinitum *aliquid* notet, vel مَرَّةً *vicem* aliquam i. e. aliquando, vel semel, يَوْمًا *die* quodam, بَعْدَ حِينٍ *post tempus* aliquod, non nimis longum; utque continuo ad *pluralem* quoque vel collectivum translata idem innuat quod Latini per *aliquot* exprimunt, Germani voce hac apprime pertinente *einige*; nam si singularis indefinitus nostrum *ein* exprimit, pluralis jure jam nostrum *einige* inde

1) cf. de nominibus propriis quae profert Elnavavi ed. Wüstenf. (Gott. 1832) p. 28. 30.

derivatum notare potest, ut ^سأبام *dies aliquot*, ^{للهند}ممالك *Indiae sunt regna aliquot*, plura, nescio quot Abulf. ann. anteisl. p. 172, 6 f. Id notatu est dignissimum. Derivandum hinc et illud, quod apud grammaticos saepe duo vocabula dicuntur esse ^{بمعني}بمعني *significatione und*, pro quo brevissime dicto distinctius alibi dicitur ^{بمعني}وَأَحَدٍ *بمعني*.

Ceterum cf. usum vocis ^{بعض}بعض §. 517 et praepositionis ^{من}من §. 576 sq.

Hactenus de articulo. Transeamus jam ad nomina ipsa.

Nominativus ponitur, ubicunque nomen per se stat, a ⁵⁰⁹ nullo vocabulo vel notione dependens, sive subjectum eo enuncietur sine praedicatum proximum, ut ^{قَالَ}قَالَ ^{الله}الله *dixit deus*, ^{الله}الله ^{أكبر}أكبر *deus est maximus*. Idem fit in enunciationibus interjectionis vi prolatis, de quibus v. §. 349 sq. Sed quousque haec nominativi vis se extendat quosque intra fines consistat, id e ceteris casibus collatis melius clucet. Infra igitur, ubicunque opus videbitur, ad nominativum simul respiciemus.

In omnibus, quae praeterea cogitari possunt, nominis ⁵¹⁰ jungendi rationibus nomen aliunde pendens ponitur. Constat vero ex §. 330, id in arabismo duplici tantum modo fieri posse. Nam nomen aut a nomine vel praepositione proxime annexâ in *genitivo* pendere potest, aut in *accusativo* liberius per se positum subjungi. Hae nominis aliunde pendentis relationes notionis sunt maxime universae et vagae, utpote quae ideâ potius quam re seu verbo distincto vertitur. At *praepositiones* relationes tum has, sicubi opus videtur, tum ceteras omnes quam exactissime describunt, ut in multis discrimen, quod juncturam nominis simplicem inter et prae-

positionis interventum intercedit, diligenter explorandum sit. Nec praepositionum usus frequens in arabismo invaluit; lingua enim nervosior et concinnior, ubicunque externâ relationis notâ seu praepositione egere potest, idéalem relationem potiore ducit. De his igitur tribus nominis jungendi rationibus sigillatim jam est uberius dicendum.

511

1. *De statu constructo et genitivo.*

Statu constructo nomen nexu intimo et necessario sequenti *genitivo* definiri et circumscribi ex §. 330. 35 constat; prius seu antecedens nomen *definitum*, sequens *definiens* dici potest, Arabes illud ^{صَدْرُ} المضاف (*annexum*), hoc ^{صَدْرُ} المضاف إليه (*id cui annexum est*), ipsam juncturam ^{عَضَائِفُ} إضافة nominant. Quâ juncturâ cum notiones duae per se diversae suique utraque juris (v. c. *rex — terra, pulcher — facies*) ita subnectantur, ut compositam efficiant notionem unicam (ut *rex terrae, pulcher faciei*), definiens seu sequens nomen semper esse debet substantivum vel substantivi vi praeditum, definitum vero maxime varium esse potest. Potestque definitum ad sequens diversum relatum definiens simul vice fungi, ut ^{صَدْرُ} دارُ مَلِكِ البَلَدِ *domus regis terrae*. Usus autem juncturae hujus quam late pateat, ut certius constet, singula, quae potissimi sunt usus, jam enumeremus.

512 I. Si substantivum substantivo circumscribitur,

1) duo *concreta* necti possunt, ut ^{صَدْرُ} مَلِكِ الارضِ *rex terrae*; e quâ ratione nomen quoque proprium alio definiri se sinit, et frequentius quidem id fit ut nomina urbium et locorum dilucidius discernantur, ut ^{صَدْرُ} طرابلس الشام *Tripolis Syriae*, ^{صَدْرُ} ايليا فلسطين *Aelia, Palaestinae*, ^{صَدْرُ} حيرة النعمان *Hira*

(sedes regia) *Nu'manis*, quâ in re linguam nonnunquam ambigere praepositionem quoque immiscentem, monstrat

رَقَّةَ الشَّمْسِ بِالشَّمْسِ Kos. chr. p. 108, 4. et

penult. Idem personarum nominibus accidere potest, ut

فِرْعَوْنُ مُوسَى *Pharao Mosis*, notus ille e Mosis historia Abulf.

Ann. anteisl. p. 70, 9. 72, 17; et data occasione, ut: cum

Ribât (tribus) haec audivisset, congregati sunt ضَبَّتْهَا

وَعَبْدُ مَتَاتِهَا *Dabbâ et Abd-menat ejus* i. e. ii ex Dabbitis

et Abdm., qui ad illam pertinebant Tab. p. 130, 11. Prae-

cipue notandum, in multis frequentius usitatis ortum e tribu

hac brevi juncturâ exprimi, ut مَعْشَى أَعْشَى قَبْسِ *Ascha*,

Ascha scilicet *Kaisi* (e tribu K.) Kos. chr. p. 139, 11,

تَغْلِبُ وَابِلِ *Tagleb Vâili*, حَاتِمُ طَيْءٍ *Hatim Tai*, Taiensis,

e Tai ortus, cf. Abulf. Ann. anteisl. p. 144, 3. 14. 18. 183,

9. 194, 9. 6. Tab. p. 188, 9. 164, 1. 2. 172, 10. Talia lo-

quendi compendia e linguae genio esse indicasse sufficit.

2) Prius *abstractum* esse potest. Quod si sensum 513

quendam *activum* habet, sequens genitivus pro loci naturâ et sermonis nexu aut subjectum seu agentem aut objectum

seu eum qui actionem experitur notare potest, ut ذِكْرُكَ

aut *memoria tua* aut *memoria tui*; quod praesertim notan-

dum est in infinitivis activis, ut رَدَّ كِتَابَ عَمْرِو بْنِ أَبِي عُبَيْدَةَ بِتَوَلُّبِهِ

pervenit epistola Omari ad Abuobaidam quod eum prae-

fectum fecerit Henz. fr. p. 11. Kos. chr. p. 62, penult.

64, 13.

3) Nomen definiens eo frequentius *abstractum* est, quo 514

minus lingua e plurimis substantivis, iis praesertim quae res

externas notant, adjectiva derivavit, ut ^وبَيْضَةٌ ^وفِضَّةٌ *ovum ar-*
genti = argenteum, ^وصَنَمٌ ^وذَهَبٌ *idolum auri* = aureum,
^وثَوْبٌ ^وحَرِيرٌ *vestis serica*. Hinc adeo fit, ut nominibus pro-
 priis quibusdam genitivus talis affixus haereat, ut ^وكَعْبُ ^والْأَخْبَارِ
Caab narrationum i. e. narrator Taàlibi c. 48, ^وزَيْدٌ ^والضَّلَالِ
Zaid perfidiae i. e. perfidus Tab. p. 196, 14.

- 515 Ex hoc adjectivorum recens formandorum penurià ab origine linguae servatà (nam adjectivorum nova formatio §. 259 sqq. descripta certe totam linguae indolem antiquam simul mutare non poterat) alia fluxere singularia. Primum multa substantiva nomini in universum nexum quendam exprimenti apto per statum constr. ita subnexa sunt, ut ex utroque notio attributivi seu adjectivi nominis oriatur. Sunt haec ^وذُو (§. 411 et 456) et ^وصَاحِبٌ socium, possessorem seu re quadam praeditum exprimentia; ^وأَبُو *pater* et ^وأُمٌّ *mater* auctorem, causam vel summum et apicem rei cujusdam notantia; ^وأَبْنٌ *filius* et ^وأَبْنَةٌ *filia* ex alià re ortum vel cum eà necessitudine junctum dicentia, rarius ^وأَخُو *frater*; quorum omnium exempla affatim praebent lexica omnia. Notandum tamen, plurima ex his poetica esse et recens formata; aliis lusum quendam vel imitationem inesse, ut si quis in fabulà vulpem alloquitur ^وأَبَا ^والْحَصْبِيِّ *o pater (auctor) arcis parvae*, scilicet sicuti adulandi vel honorandi causà virum a filio natu maximo appellare amant cf. §. 506.

- 516 Deinde notiones quaedam, aliis linguis vel adjectivis et praepositionibus vel compositionibus expressae, in arabicà e

vetusto suo ingenio substantivis indicantur in statu const. praemissis; quae tamen cum e linguae sensu notiones secundarias exprimant, plerumque praeter hunc usum non amplius reperiuntur, genitivo semper praemittenda aut saltem sensu eum complectentia.

a) ^وكُلُّ substantivum *omne*, *copiam collectam* notans, ex origine genitivo praepositur, ut ^وكُلُّ النَّاسِ *omnes homines*, ^وكُلُّ الْمَدِينَةِ *tota civitas*, ^وكُلُّ يَوْمٍ *quivis dies*. In eo lat. *omnis* et *totus*, gr. πᾶς et ὅλος non est distinctum: quare nomini, quod e sententiae vi unum solum suo in genere cogitandum esse sentis, definito compositum notat *totum*, contra *omnem*,

quemvis; nota saepius dici ^وكُلُّ وَاحِدٍ *omnis singulus*. Sed quia vox haec adjectivi sensum magis magisque induit, adjectivi instar in arabismo frequentius jam substantivo definito postponitur, repetito, ut par est, suffixo ejus ad quod refertur substantivi, ut ^وكُلُّهَا ^والْمَدِينَةُ *urbs tota* [ea]. Eodem-

que modo vox paulo recentior ^وجَمِيعٌ (proprie *collectum*, collectio) *totum* notans aut praepositur, aut cum suffixo sequitur. Raro demum voces hae, si substantivum distinctum eas non comitatur, solae ita ponuntur, ut articulus suffixi vicem suppleat (§. 504), ut ^وجَمِيعُهُم ^والْجَمِيعِ ^وتَوْ ὅλον, *omnes* i. q. ^وجَمِيعُهُم

Abulf. Ann. anteisl. p. 96, 2; ^وكُلُّ ^والْكَلِّ *Kos. chr. p. 84, pen. ult.*; unde contra sine articulo ^وكُلُّ pro *omni*, *quovis* dici potest Sur. 50, 13.

b) ^وبَعْضٌ *pars* non usitatur nisi sequente genitivo pluralis vel collectivi, ut ^وبَعْضُ الْحُكَمَاءِ *pars i. e. aliquis sapientum*,

عـ صـ صـ عـ
بعض المغائر *caverna quaedam*. Frequenter correlative ita re-
petitur, ut posteriori genitivus suffixi, quia idem jam prae-
cessit, denuo non addatur, ut ^{بعضهم} ^{لبعض} ^{تقاتلوا} *oppu-*
gnarunt se, unus alterum.

518 c) ^{غير} *pr. mutatio, diversitas* non usitatur nisi 1) ad-
jectivo vel simili voci in statu constr. praepositum, ut solam
hanc adjectivi notionem neget; formatque quodammodo ea-
dem composita quae indo-germanica lingua praeposità syl-
labà *av* (à) *in, un*, ut ^{غير} ^{مخلوق} *increatedum*, gen. ^{بغير} ^{مخلوق}
in increato, cum articulo ^{غير} ^{المخلوق} *increatedum* illud, cf.
§. 529; ^{من} ^{غير} ^{خلاف} *sine controversia*. —

2) Substantivis vel suffixis pronomibus praepositum rem
seu personam diversam a jam notà denotat, ut ^{الملوك} ^{وغيرهم} *reges et alii* homines, praeter reges; unde in accusativo
praepositionis instar *praeter* indicare potest, cf. §. 520. Sin
vero ita non praepositionis instar in accusativo ponitur, casus
ejus semper a nexu sermonis pendet, ut ^{انغير} ^{دين} ^{الله} ^{يبتغون} *an ergo aliam quam dei religionem quaerunt?* Sur. 3, 82 cll.
^{من} ^{يبتغ} ^{غير} ^{الاسلام} ^{ديننا} *qui quaerat aliam quam Isla-*
mismi religionem ullam v. 84.

Ejusdem generis ^{سوي} *exceptio = praeter, porro: مثل*
similitudo, ut ^{مثله} *similitudo ejus* i. e. simile ei; ^{نحو}
tendendi, dirigendi notionem tenens, et substantivi absoluti vi
tractum, viam, rationem indicans, in statu constr. saepis-
sime notat *versus, secundum, circiter*, ut ^{ذلك} ^{ونحو} *et se-*

cundum haec alia i. e. et cetera, نحو ثلاثَةٍ versus i. e. *cir-*
citer tres, in accus. subditum; cum genit. *sufficientia*
 i. e. *satis*, affatim, cf. §. 475.

كِلَا *par = ambo* §. 410 his simile in eo est, quod non nisi
 substantivo annecti potest, sed in eo ultra progreditur,
 quod et genus distinguit numeralibus assimilatum et dualis
 formam notioni suae consentaneam sequitur. Jungitur autem
 non nisi in oratione definita et ex lege duali tantum, ut
 كِلَا الرَّجُلَيْنِ *ambo viri*, كِلْتَاهُمَا *ambae eae*, vel si pronomen
 sensu saltem dualem aequat, ut كِلَانَا *ambo nos*, كِلَا ذَكَ *utrum-*
que hoc; poetae tamen singulares binos subjungere possunt, ut
 in hoc versu: كِلَا أُخِي وَخَلِيلِي وَأَجِدِي عَضْدًا فِي النَّائِبَاتِ وَالْأَمَامِ الْمَلِمَاتِ
uterque, et frater et amicus meus, me auxilium invenit
in infortuniis et malorum certamine, pro quo in prosa
 dictum foret أُخِي وَخَلِيلِي كِلَاهُمَا.

Praepositiones aut origine aut vi sua constat (§. 469 sqq.)
 ab hujus generis nominibus ita tantum differre, ut
 semper in sermone subjuncta seu in accusativo vel saltem
 accusativi vi appareant; unde genitivum iis nectendum esse
 per se patet. In quibusdam transitus in praepositionem fixam
 cernitur, ut in مَقَامَ *loco*; potestque vocalis accusativi ob
 novam praepositionem praemissam in genitivum transire, ut
 بَعْدَهُ *post* et مِنْ بَعْدِهِ *post* cl. مِنْ بَعْدِ, quod adverbii loco est §. 475; nec minus
 مِنْ بَعْدِ *post* in عِنْدِ *in* transit, ut semper in Korani editionibus

عِنْدَهُ مِنْ legitur. Ceterum ex multis praepositionibus aequae
 atque aliis hujus generis vocibus, quae cum rerum condi-
 tionem, rationem, terminum etc. describant, in statu constr.
 plerumque usitantur, adverbialia in *u* formari §. 475 dictum
 est; possuntque plenioribus vocibus adverbialia haec ubique
 substitui, ubi quo referatur terminus non dicitur, aut ob sen-
 tentiam generalem aut quod termini ratio e nexu facile ap-
 paret. Enumerant haec grammatici praeter §. 475 nominata:
 جاء القوم وزيد امام وعمرو خلف دextrā, شمال laevā, porro
 venerunt homines, dum Zaidus erat ante (eos), et Amr a
 tergo, ubi terminos hos respectu hominum nominatorum
 dici per se patet; similiter سافرت مع القوم وذن iter feci
 cum hominibus, et sine (iis). Accedit اول primo, ut
 اول تعدو المنية اول in quem nostrum vertetur fortuna
 primo? In عندي رجل لا غير apud me est vir, nullus prae-
 terea, لا تكون الا مبدلة لا غير non est nisi permutatum,
 nil praeterea relatio non minus conspicua est. حسب in
 juncturis occurrit qualis est: cepi قبضت عشرة فحسب et satis! 1)

- 1) Quidam inter Arabes grammaticos formas in *u* non tolerandas cen-
 sent, nisi ubi relatio ad pronomen aliquod subauditum appareat;
 unde pro لد الامر من قبل ومن بعد in Korano legendum
 censent من بعد ومن قبل cf. marginem edit. Petropol. Kam.
 sub v. وال probat من اول sine nunatione pro اول. Sed haec
 vana est distinctio, cum cur ubique relatio distincta quaerenda sit,

Vox huc pertinens, sed singularis tamen indolis est رَبٌّ 521 cf. T. 1. p. 355 nota 3), Nam non nisi in accusativo particulae instar servata est, notans actionem satis frequenter factam cogitandam esse. Sed cum nominis notionem retineat, genitivo tantum ab initio enunciationis praeponitur ei-

que indefinito, ut رَبٌّ رَجُلٍ رَأَيْتَهُ جَاهِلًا saepe virum vidi ignarum, vbi non de certo viro agitur, sed sententia generalior pronuntiatur. Si nomen laxius in accusativo subjungere placet, suffixum saltem generalius genitivi vicem

supplet, ut رَبٌّ رَجُلٍ رَجُلًا pro رَبٌّ رَجُلٍ رَجُلًا, idem ante fem. et pl., ut

رَبٌّ رَجُلًا رَجُلًا, quanquam nonnulli grammatici suffixum sequentis nominis genus numerumque sequi volunt. Ceterum sequitur semper *perfectum* tempus.

Quod رَبٌّ, idem simplex وَ notare posse dicitur sequente genitivo nominis indefiniti, ut وَرَجُلٍ. Idemque cum post فَ

§. 478 cf. Zuzeni ad Umruk. M. v. 16. et بَلْ §. 477. fiat, non e peculiari particularum harum notione pendere potest, nec

subaudito رَبٌّ explicatur: sed notionem rei satis frequenter factae e substantivo indefinito totiusque enunciationis indole sequi puto; videtur tamen particula ab initio gravius pronuntiata esse, ut sequens indefinitum nomen per genitivum arcte sibi subiungat. In hac enim novà juncturà vertitur

non appareat. Accedit quod vel majori temeritate sumitur, apud poetas tum v. c. pro مِنْ قَبْلِ مِنْ legendum esse مِنْ قَبْلِ, cum status constructus sine omni nexu ferri bene nequeat. In loco:

فَوْقَ أَمِ اسْفَلَ Kur. *utrum supra (hoc) dormies an infra?*

ob similitudinem vocis فَوْقَ اسْفَلَ scripsisse videntur grammatici.

notio haec distincta; *ét vir i. e. et est vir, quem vidi ignarum*, i. q. saepius vidi virum ignarum. Ceterum dictio haec pedestri in oratione non occurrit; saepius autem in Kor. et poetis.

522 Denique nihil obstat quo minus substantivum in statu constructo integrae enunciationi praefigatur, cum nexus et subjunctionis vis ex ipso statu constr. appareat. Haec tamen junctura in poeticâ Hebraeorum dictione frequentissima in arabismo rarior facta est, inprimis quod genitivi forma externa ita se exserere nequit. Neque licet hoc nisi in nominibus *temporis* quibusdam, praesertim ita ut praepositionum instar in accusativo majori enunciationi subjuncta sint, ut *حين* tempus, *tempore quo*, frequentissime sic usurpatum, *وقت أن استتر* *tempore quo se abscondidit*, ubi relativa conjunctio etiam clarius nexum indicat, *يوم هم بايزون* *die quo prodituri sunt* Sur. 40, 17; et in plurali *ليالي حوصر عثمان* *noctibus quibus Otmán obsidione cinctus est* Henz. fr. p. 43, 7. 45, 4; quo eodem modo *ساعة* *hora quâ* dicitur. Sed ad alia nomina idem non ita transfertur. In illis autem idem licet quidem in nominativo, sed rarum est, ut *هذا يوم ينفع الصادقين صدقهم* *hic est dies quo justis proderit justitia sua* Kor. Facilius in genitivi juncturâ, qualis est *انظري الي يوم يبعثون* *expectare me jube usque ad diem, quo resuscitabuntur*; *من يوم حادثني* *a quo die mecum locutus est* 1).

1) pro nominativo et genitivo in his grammatici quidam accusativum legendum censent *يوم*, quasi tota locutio in his quoque ex accu-

Praeter haec et enunciationes relativas, de quibus inferius dicitur, rarissime status constructus ante integram enunciationem collocatur, ut in hoc loco dictioni. ornatioris Ibn.

Arabschah T. 2. p. 488: سَقَنَهُ يَدُ الْمَنِيَّةِ كَأْسَ وَسَقُوا مَاءً جَبِيماً

فَقَطَعَ أَمْعَاءَهُمْ *manus fati dedit ei poculum (effati hujus divini, mortem minantis, e Korano): et potati sunt aqua fervida viscera destruyente i. e. poculum mortis, quasi in*

mente habuisset كَأْسَ الْمَوْتِ.

Pronomina interrogativa مَنْ, مَا cum substantivorum sensum teneant, et in statu constr. jungi et post hunc poni possunt. Sed prius, quod casuum ignara sunt, alterum, quod primum in enunciatione locum postulant, haud bene toleratur, cum prona sit locutionis ratio dilucidior, ut

مَنْ هُوَ الَّذِي رَأَيْتَ ابْنَهُ *pro* مَنْ هُوَ الَّذِي رَأَيْتَ ابْنَهُ *cujusnam filium vidisti?*

مَنْ مِنَ النَّاسِ *quis ex hominibus pro: quis hominum?*

مَا تamen praeponi potest, ut مَا رَأَيْتَ *prorsus est latinum quid consilii?* Abulf. Ann. anteisl. p. 74, 17. Contra أَي §. 464, cum perfectam subeat flexionem, semper in statu constr. effari licet, ut أَي النَّاسِ *quis hominum?* أَيَّةُ النِّسَاءِ *quaenam*

feminarum? Et ante indefinita مَنْ, مَا ut ante relativum الَّذِي semper licet statu constr. uti. —

Potest quoque pars summa per stat. constr. a toto distingui, quae res, si superlativus seu potius elativus (§. 252)

sativo ut adverbio sumta sit. Videturque Arabum sensus propterea in accusativum inclinare coepisse, quod pauca illa nomina cum nonnullis similibus ut مِثْلُ §. 518. ante verbum indeclinabile facile in adverbia abeunt; cf. Umrulk. M. v. 9 cum schol.

ipsâ formâ apparet, per se conspicua est, ut ^{عَلِمَ النَّاسَ} *acem* *sapientissimus hominum*, similiter ^{خَيْرَ النَّبِيِّينَ} *optimus prophetarum*. Nonnunquam tamen idem sensus exoritur adjectivo elativo non nominato, ut ^{جِهَاتِكُمْ} *insipientes vestrum* i. e. insipientissimi inter vos Tab. not. p. 256. Sunt quoque ejusdem sensus et classis numeralia ordinalia, ut ^{أُولَهُمْ} *primus eorum*, ^{عَاشِرُهُمْ} *decimus eorum* Abulf. Ann. anteisl. p. 46. 142, ult. 162, 7. Substantivum genitivo ejusdem nominis pluralis articulo definiendo praepositum rem vel personam sui generis totius maximam graviter indicat, in titulis praesertim vel sermone elato ^{أَمِيرُ الْأَمْرَاءِ} *Princeps Principum* = *Emirus summus*, ^{قَاضِي الْقَضَاةِ} *Judex summus*, ^{عَيْنِ الْأَعْيَانِ} *oculus oculorum* i. e. nobilissimus omnium sui aevi, nobiles enim aevi vel urbis cujusdam *oculi* ejus dicuntur, ^{سُلْطَانُ السَّلَاطِينِ} *Sultanus maximus*, ^{طَلْحَةُ الطَّلَحَاتِ} *Tal'ha qui omnium ejusdem nominis summus est*, ubi id vel ad nomina propria transferri vides. Sin vero praedicatum substantivi cujusdam insigniendum videtur, adjectivum genitivo substantivi sui pluralis definito praepositum, quae est frequens dictio, ut ^{فَقِيسُ الْجَوَاهِرِ} *pretiosum margaritarum* i. e. fere quod nos dicimus *pretiosissimae margaritae*, ^{سَوَابِغُ النَّعْمِ} *ampla donorum* i. e. amplissima dona.

1) cf. gr. crit. hebr. p. 575 sq. et de arabicis Fraehn ad Ibn. foql. p. 192. Caus. de Percev. gr. ar. vulg. — append. p. 30, ult.

II. Adjectiva quaecunque ullo modo notionis suae defini- 525
 tionem seu circumscriptionem sinunt, sequentem genitivum
 adsciscunt, ut كَثِيرُ الْهَوِيِّ ^{وَصَوْن} *pulcher faciei*, حَسَنُ الْوَجْهِ ^{وَصَوْن} *mul-*
tus studii, qui multum annitur, قَلْبُ التَّشْكِيِّ ^{وَصَوْن} *parcus que-*
rimoniae, qui parum queritur, شَدِيدُ الْعِقَابِ ^{وَصَوْن} *vehemens poe-*
nae, vehementer puniens. Participia passiva idem subeunt;
 nec non activa nominum instar posita e lege genitivum sibi
 annectunt, cum, quae jungendi ratio accusativum inter est et
 verbum finitum, eadem genitivo intercedat cum nomine vel
 participio nominali, ut أَنَا كَاشِفُوا الْعَذَابِ ^{وَصَوْن} *en nos detecturos*
poenam, كُلُّ نَفْسٍ ذَائِقَةُ الْمَوْتِ ^{وَصَوْن} *quaevis anima gustans*
 (est, = gustabit) *mortem* Sur. 3, 186. 44, 15. 46, 24;
 بِالْعَوْدِ ^{وَصَوْن} *qui perveniunt ad eum* 40, 57, quia verbum hoc cum
 accus. personae jungitur.

Enarrato notionis status constructi ambitu, restat, ut, quid 526
 junctura haec vocum porro ferat, describamus. Est autem
 junctura haec intima et necessaria eâ vi praedita, ut e duobus
 nominibus per se diversis unum compositum oriatur, utque
 prius necessario alterum statim secuturum postulet. Quae
 cum ita sint,

1. nullam vocem, ne minimam quidem, *interponi* posse
 apparet. Igitur adjectiva, si quae forte appositionis jure ad
 prius nomen accedunt, post finitam demum status constructi
 juncturam apponi possunt, neque licet utrique nomini simul
 appositionem diversam adjungere, ut مَلِكُ الْأَرْضِ الْكَبِيرِ ^{وَصَوْن} *rex*
terrae major مَلِكِ الْأَرْضِ الْكَبِيرِ ^{وَصَوْن} *rex terrae majoris*. Quodsi
 nominis in statu constr. juncti utriusque et numerus et ge-

nus idem est, ad utrum appositio se referat, in arabismo e casuum flexione apparet, nisi forte novum ab initio accedat nomen, ubi e sensu tantum orationis universo dijudicare licet, ut

بَيْتُ ابْنِ الْمَلِكِ الْأَكْبَرِ aut est *domus majoris filii regis*, aut *domus filii regis majoris*, qualem ambiguitatē raro occurrere, vix est quod moneamus.

527 Unicum, quod interponi posse arabes grammatici recte monent, est *juramentum*, improvise insertum neque orationis fluxum postea detinens, ut

إِنَّ الشَّاةَ تَسْمَعُ صَوْتِ وَاللَّهِ بِهَا

ovis audit vocem — per deum! — domini sui. Poetae tamen raro aliam quoque vocem interponunt, nomen scilicet aliquod complementi instar suppletum, vocativum, vel nomen

conditionem describens, vel nominativum quoque, ut

كَمَا خُطَّ

الْكِتَابُ بِكَفِّ يَوْمًا يَهُودِيٍّ ut *si liber scriptus esset manu aliquando Judaei*, هُمَا أَخَوَا فِي الْحَرْبِ مِنْ لَأَخَاهُ illi duo *sunt fratres in bello ejus, cui non est frater*.

528 Ceterum bene licet, dictionem casus diversi in appositione per genitivum continuare, si sensus ita proxime fert.

Nam cum adjectiva terminationis يِ §. 259 a nominibus propriis derivata e sensu universo semper *eum* indicent, *qui hujus nominis est*, genitivus, qui e sensu saltem adjectivo inest, sequentibus continuari uberiusque describi potest, ut

رَأَيْتُ التَّيْمِيَّ تَيْمِ عَدِيٍّ vidi *Taimitam* i. e. *popularem Taimi* (tribus), *Taimi* scilicet *Adii* (de hac ultimâ structurâ cf.

§. 512). Et أَيَّامُ النَّاصِرِيَّةِ مُحَمَّدٍ *dies Naçerii* i. e. *Alnâçeri Muhammedis*, ubi distinctior definitio sequitur, quia cognomen Alnâçeri plurium commune est.

2. Deinde prius nomen *articulum* haud fert, utpote qui 529 id detenturus potius sui que juris facturus esset; nomen enim articulo auctum haud dubie in se ipso perfectius est et absolutius. Itaque articulo si opus est, ad ultimum juncturae nomen ita rejicitur, ut vis tamen ejus ad totam juncturam arcuissimam pertineat. Quae autem voces ex §. 507. per se definitae sunt, eae etsi articuli expertes in omnibus his juncturis non minus valent quam articulo auctae. Plurima tamen in singulis cernitur varietas:

1) Substantiva jungi possunt *prorsus diversa*, quorum alterum e notione suà a priore prorsus diversum est, ut *rex — terra*. Haec nexu maxime necessario et arcto junguntur; neque enim prius posteriori jungitur nisi vi hujus nexus. Quare si utrumque definitum cogitandum est, articulus posteriori, vel si plura duobus nomina adsint, ultimo praepositus ad totam juncturam necessario pertinet, ut ^{مَلِكُ}

^{صَفِين} *rex terrae*, *ὁ τῆς γῆς βασιλεύς*, de certo rege certaque terrà. — Accidit tamen interdum, ut ab initio nomen aliquod absolute, eo que ipso cum articulo ponatur, quod tamen mox loquens exactius definiendum esse sentit; unde idem nomen denuc sine articulo in statu constr. repetitur. Fitque id maxime, si prius nomen aliquatenus jam ad sententiae vim sufficere loquenti videtur.

Ita ^{الأسباب} *tractus, tractus coeli* Sur. 40, 38. cl. 48, 26. Tab. p. 99, 11. 156, ult. 164, 6. Kos. chr. p. 59, 10. Rarissime repetitio

nominis omissa est, ut ^{الاحزاب المدبنة} *Turmae Medinae* Elnavavi p. 48, 5, cum saepe etiam sola vox ^{الاحزاب} de hac re sollemnis sit; cf. Abulf. ann. Musl. I. p. 104.

Si prius nomen per se indefiniti quid habet, alterum 530 per se definitum vel sic articulum servare potest, modo ne

sermonis ulla inde oriatur obscuritas, ut شِبْدُ الصَّلِيبِ *similitudo crucis* (christianae) i.e. aliquid cruci simile Abulf. ann. ant. p. 110, 16, أَحَدٌ تَلَامِيذُهُ *unus discipulorum ejus* p. 166, 8. Interim articulus in posteriori libenter omittitur, si sermonis sensus non nimis eum postulat, ut أَمْرٌ آخِرَةٌ وَدُنْيَا *res ulla s. quaevis, omnis vitae futurae et praesentis* Tab. p. 62, 9, ubi articulus nominum آخِرَةٌ وَدُنْيَا, quae eo alias semper insigniuntur, propterea tantum omissus est, ut sensus totius enunciationis generalior fieret. Sin autem posterius nomen necessario per se definitum est, prius vero ei oppositum necessario indefinitum ponendum, ut ex nexu ambigui plurimum non possit non oriri: status constructus tollatur prorsus necesse est. Ita cum ابْنِ الْمَلِكِ *vi articuli et juncturae arctae filium regis certum ponat, filius aliquis, unus e multis filiis regis aliter dici nequit, nisi ut ابْنِ articuli vi haud tactum absolute ponatur; quo ipso status constructi nexus jam sublatus est. Cf. de his §. 599.*

531 Denique si posterius necessario suo in genere indefinitum concipiendum, prius vero per se definitum est, articulus tamen posteriori non accedit, ne indefiniti notio necessaria pereat; potestque prius eo ipso, quod ad posterius refertur, satis jam definitum videri; ut جَارٌ بَسْتَانِيٍّ *asinus hortulani cujusdam.*

532 Haec vero junctura in locutionibus quibusdam gravior aequae ac frequentior facta est. Sunt enim nominum adjectivorum et pronominalium genera quaedam, quae substantivi potius vice praemitti quam adjectivi jure postponi se

sinunt: a) nomina formae ^{أَفْعَلٌ} §. 252, *elativa* bene dicenda, omnino adjectivi minus quam substantivi notionem et vim tuentur. Sed praesertim id cernitur, si species rei cujusdam maxima insignianda est. Nam tunc non res praeponitur seu substantivum ipsum, sed ob vim, quâ species insignianda videtur, potiore elativus praeponitur in universum i. e. in formâ proximâ, substantivi jure; succedit deinde statim in status constructi nexu rei ipsius per substantivum definitio, sed *sine articulo*, cujus vis re verâ elativo sic praemisso per se inest; nec genitivus vult nisi *rem*, quo se elativus referat, indicare, ut hic articulus prorsus supervacaneus sit. Ita

^{أَفْضَلُ} ^{رَجُلَيْنِ} ^{هُمَا} ^{أَفْضَلُ} ^{رَجُلَيْنِ} ^{أَفْضَلُ} ^{رَجُلٍ} *optimus vir*, in duali *hi sunt*

optimi viri duo; porro ^{أَهْجِي} ^{بَيْتِ} *mordacissimus* (i. e. maxime satyricus) *versus* Sac. anth. p. 456, 2. 4, ubi subjecti

et objecti loco haec leguntur, ^{سَبْرَةً} ^{أَقْبَحَ} ^{سَبْرَةً} *turpissimam*

iniit viam, ^{خَارَ} ^{كَاشَدَ} ^{خَوَارِ} ^{ثَوْرٍ} *proprie: mugivit secundum vehementissimum tauri mugitum* Tab. p. 64, ult. Eodem

refer ^{أَنْتُمْ} ^{خَيْرَ} ^{أُمَّةٍ} ^{أَخْرَجْتَ} ^{لِلنَّاسِ} *vos estis optima gens quae hominibus creata est* Kor.

Numeralia ordinalia cum e sensu superlativos aequent, eum denotantes qui ante ceteros omnes primus, tertius etc. sit ¹⁾, eandem rationem sequi possunt, ut numerali ut potissimâ voce praeposito sequens nomen in genitivo subjungatur, ut

ut ^{أَوَّلُ} ^{كَافِرٍ} ^{بِهِ} ^{لَا} ^{تَكُنْ} *ne sis primus qui ei non credat*

Kor. ^{أَوَّلُ} ^{يَوْمٍ} *primus dies*, ^{ثَانِي} ^{يَوْمٍ}, ^{عَاشِرُ} ^{يَوْمٍ} etc. Sac.

1) hinc in linguis indo-germanicis superlativi terminationes iis accreverunt variae, ut *primus*, s. *prathamas*, *saptamas*, germ. *erste*, *zwanzigste* etc.

b) Similiter ^{أَي} *quis, quid?* cum propter interrogationis ⁵³⁴ notionem primitivam adjectivi vice postponi se haud patiatur, substantivi potius jure praepositum genitivum sibi subjungit. Sequiturque simili modo substantivum sine articulo, ut ^{أَي رَجُلٍ} *quisnam vir?* ^{أَي شَيْءٍ} *quaenam res?* potest tamen et definitio quaedam sequi, ut ^{عَلَى أَيِّ أَمْرَةٍ} *contra quamnam ejus rem?* Tab. p. 60, 13. Eodemque e fonte fluxit ^{أَيُّ} *quicunque* §. 465; sed pro ^{أَيُّ} *disjunctim* reperitur in accusativo ^{أَيُّ مَا تَدْعَوْنَ} *quocunque nomine vocaveritis*, cum *ما* levius sit leviusque subjectum.

2) In aliis autem sat multis juncturis nomina statu con- ⁵³⁵structo nexa *minus diversae* notionis sunt. Hinc cum unum alteri non adeo oppositum sit, nexus quo tenentur *non tam arctus* est, sed externus magis et levior. Quare neque articuli vel nominis per se definiti vis in totam juncturam tanta est, ut aut prius articulum ferre prorsus nequeat aut posterioris definitio prius simul definitum reddat. Pertinent huc haecce:

a) substantiva, quae in genitivo materiem, unde prius constet, significant vel alià ratione adjectivi notioni proxime accedunt, cum ad adjectivorum constructionem proxime accedant, priori ut potiori articulum simul praefigi sinunt; est tamen id non nisi paulo serioribus scriptoribus frequentius usitatum. Ita ^{الصُّلْبَانِ} *idolum illud aureum*; ^{الْجُرَّةِ الْفُتْحَامِ} *cruces (christianae) ligni* i. e. lignae, ^{الْبَيْتِ الْحَرَامِ} *vas illud luti* i. e. luteum, fictile. Eodem refer ^{الْكَعْبَةِ} *domus* —, *Caaba* —, *menses sacri*,

quae ubique jam obvia sunt, ut Abulf. ann. ant. p. 200, 3. 4.

Sur. 5, 3. 48, 25; confer et simile hoc: ^والعرب ^صالجاهلية

Arabes temporis ignorantiae i. e. *ethnici*, Abulf. ann. ant. p. 178, pen. In aliis id minus excusatur, ut in Uylenbr. Irac. Pers. p. 22, 3. proleg. p. 58, 4 a f.

- 536 b) Si posterius nomen substantivum est, quo *adjectivum* circumscribatur §. 525, nexus haud dubie haud adeo arctus est, cum prius e sensu totius solitarium magis sit. Igitur in indefinita oratione a posteriore articulus non alienus est, ut ^ورجل ^صحسن الوجه ^وvir ^وpulcher ^وfaciei; in definita vero articulus, quo distinctior fiat ejus vis (is enim in his maximam vim tenet, cum notet *is qui* —) et junctura adjectivi dilucidior, e lege jam priori recens accedit, ut ^والرجل ^والحسن ^والوجه ^وvir ^وille ^وqui ^وest ^وp. f. 1). Similiter *participia*, quia complementum suum in genitivo requirunt §. 525, nexum prorsus *externum* subeunt, ut articuli usus ibi liberior sit; nam participium per se indefinite positum articulus ad posterius tantum nomen pertinens sequi potest, ut ^والهدى ^وبالغ ^والعبية ^وvictima ^وquaedam ^وquae ^وpervenit ^وad ^وCaabam; et participium definitum seu articulo auctum manere potest ante genitivum, ut ^والمتقون ^والصلوة ^وqui ^وdefunguntur ^وprecibus, ^والضارب ^ورأس ^والجاني ^وqui ^وferit ^وcaput ^وmaligni, et ante suffixa, ut ^والمبتدك ^وqui ^وcreavit ^وte Saad. Deut. 32, 18; neque tamen post singularem cum articulo adamatur geni-

1) non necessarium prorsus esse articulum monstrat lingua *hebraea*; sed in arabismo serius hoc invaluit ob sermonem inde dilucidiorum factum.

tivi junctura ante nomen aut indefinitum aut suffixo instructum aut proprium articulo vacuum, quia cum omnis articulus jam nunationem auferat, status constructi nota sublata

videretur; ergo non bene dicitur ^{عَبْدٌ} ^{الضَّارِبُ} ^{عَبْدٌ} *qui ferit servum* vel ^{عَبْدُهُ} — *qui ferit servum suum* vel ^{زَيْدٌ} — *qui ferit Zaidum*; toleratur autem status constructus ob hanc ipsam causam in terminatione pluralis vel dualis participii, ut

^{زَيْدٌ} ^{الضَّارِبُونَ} ^{زَيْدٌ} *qui feriunt Zaidum.* — Argumento vero, definitionis in talibus rationem haberi nullam, inter alia et

hoc est, quod ^{رَبٌّ} §. 520. praecedere potest, ut in versu:

1) ^{رَبٌّ} ^{رَاجِبِنَا} ^{عَظِيمِ} ^{الْأَمَلِ} ^{مَرُوعِ} ^{الْقَلْبِ} ^{قَلْبِ} ^{الْحَبْلِ} *multi sunt qui sperant a nobis, exspectant multa, corde perterriti, consiliorum parci.* Et ^{رَبٌّ} ^{مَذَاقِ} ^{الْهُوِيِّ} ^{خَالِي} *saepe amore haud sincerus putavit me* — Hariri Sac. p. 38. 2).

1) hic versus etiam propterea notandus, quod ^{رَبٌّ} §. 521. non ad *tempus* tantum, sed etiam, quod vel propius est, verbo praeter participium a nomine ^{رَبٌّ} pendente nullo junctum ad *hominum multitudinem solam* trahi posse demonstrat.

2) quodsi post ^{رَبٌّ}, ^و, ^ف §. 521, quae semper in indefinita tantum oratione collocari dictum est, nomen cum suffixo sequitur: id ex iis est quae e §. 517 sqq. continuo genitivum adsciscunt; neque id nomen cum suffixo, cum adjectivi sensum aequet, per se definiti quid habet; sequiturque deinde necessario indefinitum nomen aliquod, ut ^{يَا} ^{رَبِّ} ^{عَبْرِكَ} ^{فِي} ^{النِّسَاءِ} ^{غَرِبْرَةَ} ^{بِضَاءٍ} ^{قَدْ} ^{مَتَعْتَهَا}

^{بِطَلَاتٍ} *o quot praeter te ex mulieribus alias albas deceptas*

^{فَمِثْلِكَ} ^{حَبْلِي} ^{قَدْ} ^{طَرَقْتُ} *commeatu donavi!* et Umrukk. M. v. 14

dicitur, si prius articulum tenet, ut الْحَارِثُ, quia in tali voce, cui articulus adhaeret, status constructus sg. discerni nequit. — 2) adjectivum cum substantivo praemisso, in locutionibus quibusdam frequentissimis brevitatis causâ, ubi articulus a priori nomine semper retractus est, ut بيت المقدس *domus sancta* i. e. Hierosolyma, et in temporum vitae vulgaris definitionibus certis, ut عام الأول *annus prior* Taàlibi c. 7, صلاة الأولي *preces (diei) primae*, ربيع الآخر *Rebia posterior*, gen. ربيع الأول Tab. p. 2, 4. (sic lege), يوم الخميس *dies (hebdomadis) quintus*; neque in his ob usum perpetuum ulla cernitur sensus ambiguitas. Raro demum seriores id ulterius extendunt ¹⁾).

2. De objecto et accusativo.

Accusativus, ubicunque nomen non e nomine annexo ⁵³⁹ pendens, sed per se positum subjungitur, seu ubicunque quo res tendat, quid velimus, oblique in enunciatione innuimus, locum suum invenit; neque omnino summa ejus notio aliter definienda est; cf. §. 510. In singulis autem maxime varius ejus fit usus, ut nullus sit praeter eum casus, qui tantam monstret usus varietatem. Interim *tria* possunt constitui usus genera universa. Nam aut enunciationi inseritur accusativus praedicatum fusius describens, qui est ejus usus

1) in linguâ vulgari nihil est frequentius quam brevis haec junctura.

Eadem in scriptis paulo antiquioribus hic illic ingruit, ut طريقتة

كسوة الجديد *regula praecedens* Elnavavi p. 46, 5.

vestimentum novum Ibn-Khaldun in Sac. chr. I. p. 126.

frequentissimus, aut abrupte interjectionis vi ponitur, aut substantivo, evitato statu constr., ipsi subjungitur.

540 I. Accusativus enunciationi insertus aut propius ad praedicatum pertinet, aut remotius. Illa accusativi species, qua propius praedicatum circumscibit, in nostris linguis sola fere frequentata est.

1. Praedicatum, quod accusativo circumscibitur, plerumque *verbum* est. Verbum autem aut transitivum aut intransitivum accusativum sibi subjungit; ad verba intransitiva *adjectiva* simul multa accedunt.

In verbis transitive usurpandis maxima linguae cernitur volubilitas et libertas. Nam ubicunque verbi notio objectum aliquod actu statim tangi vel moveri significare potest, arcta haec accusativi junctura fertur. In nonnullis igitur verbis ipsa lingua inter juncturam per praepositiones laxiorem et accusativi arctam ita ambigit, ut haec plerumque recentior

et a poetis novata sit, ut عَنَا e lege jungitur cum عَن recessit ab eo i. e. condonavit, et brevius cum accusativo poetice Ham. p. 97, v. 2. In aliis lingua veterem inter structuram

et recentem fluctuat, ut عَلَتْ haesit et cum ب adhaesit ei i. e. amavit eam et cum simplice accusativo Koseg. chr. p. 141, 2. In aliis denique praepositio ob novam notionem

constantem prorsus oblitterata est, ut لَرِمَ proprie adhaesit, quia tantum sequi notat, perpetuo accusativo simplici jungitur. Sed omnia, prout aut praepositionibus aut brevius accusativo junguntur, verba enumerare, cum in singulis summa sit varietas e cujusvis radice notione cognoscenda, non tam hujus loci est quam lexicis; de generibus tamen verborum quibusdam, quorum junctura nobis difficilis visa ex unâ notione fluit, pauca dicamus.

a) Verba *dicendi*, *respondendi* et similia accusativo non rei tantum, sed *personae* etiam jungi possunt. Ita dicitur quidem ^{قَالَ لَهَا} *dixit ei*, sed etiam ^{كَلَّمَهُ} *allocutus est eum*, ^{أَجَابَهُ} *respondit ei* (*ἀποκρίνεσθαι τινα*), ^{أَمَرَهُ} hoc sensu novo *jussit eum*, praecepit ei. Nota breviter dictum ^{زَادَنِي} *porro dixit ad me* Koseg. chr. p.57, 13. 61, 6. 116, 10.

b) Verba *veniendi* aequo paene usu et rei et *personae* nomini junguntur, ut quo res moveatur vel tendat, quemnam veniens offendat, proximâ hac accusativi juncturâ dicatur, ut ^{صَالَحَهُ} *pervenit ad me nuntius*; ^{جَاءَهُ حَبِيبُهُ} *venit ad eum amicus*. ^{أَتَى الْفَاحِشَةَ} *venit ad* i. e. perpetravit *flagitium* Sur. 4, 14. 15. Possunt quidem talia cum praepositionibus quoque *movendi* strui: sed illa junctura concinnior est, et in nonnullis locutionibus perpetuis unice frequentata, ut ^{بَلَّغَنِي} *pervenit ad me* i. e. comperi.

Intransitiva verba (stirpis I. vel aliarum intransitivae 541 significationis), quaecunque ullo modo relativam notionem tenent, accusativo circumscribi se patiuntur. Multa ex his cum notionem relativam perpetuo adeptâ sint, objectum semper proximum sibi subjungunt, de quibus v. §. 171. 540. In ceteris, quae per se magis absoluta sunt, relatio seu circumscriptio quaedam tamen varie cogitari potest; nec tamen haec junctura sine dubio tam arcta est quam illa, unde recentiores linguae nostrae praepositionum ope juncturam diiudicare consueverunt; sed in arabismo frequentissima est, ut ^{سَاءَ سَبِيلًا} *malum est ad viam* i. e. malum est *factu*, si quis id faciat Sur. 4, 20. ^{رَشِدْتَ أَمْرَكَ} *rectus es rem tuam* i. e. in eo quod ad rem tuam attinet. Haud raro brevior haec dicendi

formula poetae stylum audaciorem spirat, sed ita ut ratio ejus semper cogitari possit, ut *شَدُّوا الأَغَارَةَ* *vehementes sunt impetum* c. q. vehementem impetum edunt Ham. p. 8, ubi Tebrizius accusativum positum vult pro dativo *لِلأَغَارَةِ* *ad impetum*, scilicet quid ipse in prosâ dicturus fuisset poetae veteri obtrudens. Ut adjectivi per nomen aliquod circumscriptio in arabismo uberrima est et audacissima poetis praesertim §. 525, ita verborum intransitivorum circumscriptio proxima non minus frequentissima est et feracissima.

- 542 Adjectiva, si relativa sunt, omnia possunt quidem accusativo circumscribi, ut *حَسَنٌ وَجْهًا* *pulcher faciem*, *الله* *عَظِيمٌ قُدْرَةً* *deus est magnus potentia*. Sed cum nomina, quaecunque sint, proximam potius per genitivum circumscriptioem, ubicunque fertur, ut suo generi maxime consentaneam adamant, talia rarius dicuntur. Una tamen adjectivorum species accusativi nexum solum fert, adjectiva elativa dico in neutro pronunciata, ut *أَشَدُّ حِجْرَةً* §. 252, *عَلَى كَالْحِجَارَةِ أَوْ أَشَدُّ قَسْوَةً* *ea est ut lapis aut fortior robore*. Nam genitivus his in arctiori nexu subjectus sensum prorsus diversum suppeditaturus esset, ut e §. 532. constat.

- 543 Ut omnino maxima est linguae vis in accusativi junctura, ita *duplicem accusativum* uni verbo subjunctum in multis locutionibus arabismus fert. Fit autem id:

1) si verbum e vi suâ objecta duo diversissima, alterum personae, alterum rei, patitur, quae aequo jure uni simul verbo subjunguntur. Idque in pluribus verborum classibus obtinet. Nam 1) omnia huc redeunt verba causalialia (seu stirpes IV. et II.), quae a verbis relativis derivata integram

tenent causalis verbi notionem, ut ^{أَعْلَمْتُ الرَّجُلَ الْأَمْرَ} §. 177. — Eodem tamen 2) redeunt multa activa, quae per se jam sive in I. stirpe sive in aliis vim hujus generis causalem simul tenent, ut verba *implendi*, *saturandi*, et contra *privandi*, *vetandi*, quia haec in simpliciore notione jam relativa sunt seu accusativo se circumscribi patiuntur, ut ^{سَقَى} *potare* (i. e. bibere facere), ^{حَرَّمَ} *vetare*, ^{مَنَعَ} *prohibere* (Henz. fr. p. 63, 2), ^{وَقَّى} *tueri*, *defendere* (Henz. p. 38, 9. Sur. 3, 16. 40, 8. 10). Nec non verba *dandi* ob similem notionem, cum *dare* idem notet ac *facere ut quis accipiat*, ut ^{أَعْطَى} *dare*, ^{وَقَّى} *retribuere*, *solvere*. Verba *induendi*, *vestiendi* in arabismo saepius cum ب rei struuntur; possunt tamen etiam cum duplice accusativo poni, ut simile ^{وَسَّعَ} *complecti* v. c. omnes res potentiâ Sur. 40, 8. Porro 3) verba *rogandi*, *interrogandi*, *dicendi*, quae aequo jure rei ac personae accusativo componuntur, ut ex contractâ utrâque juncturâ una oriatur, ut ^{سَأَلَ} *rogavit*, ^{وَعَدَ} *promisit*, ^{وَصَّى} *jussit* Sur. 46, 15. Nec non multa singula, quae utramque hanc juncturam patiuntur, ut ^{كَانَدَ} *abnegare* = non agnoscere tam auctorem qui dedit quam donum Abulf. ann. ant. p. 188, antep. ^{غَنَّى} et ^{أَنْشَدَ} *carmine celebrare* cum objecto personae quae celebranda est et carminis quod canitur, ut Koseg. chr. p. 125, 11. 127, 6. cll. p. 132, 13. 138, 12. Sed omnia hujus generis verba non est quod enumeremus.

Paulo diversum est, si prior accusativus personam inte- 544 gram, posterior partem seu membrum quod actione prae ceteris tangatur perhibet, ut ^{ضَرَبَ زَيْدًا الْبَطْنَ وَالظَّهْرَ} *ferit Zaidi ventrem et dorsum.*

545 2) posterior e sensu accusativus talis esse potest ut si priorem subjectum cogitares, praedicatum ejus constitueret; nam simplicem thesin, ut *Muhammed est propheta*, verbo activo ita cunctam subjicere licet, ut utrumque nomen objectum ejus fiat: *fecit Muhammedem prophetam*. Latius paulo id lingua Arabum frequentat: nam non tantum in verbis *faciendi, constituendi, vocandi, nominandi* omnibus hoc obtinet, sed etiam in verbis *videndi, nuntiandi, credendi, putandi*, ut *جَعَلَ لَكُمُ الْأَرْضَ فِرَاشًا* fecit (deus) vobis terram cubile; *دَعَوْتُهُ مُحَمَّدًا* vocavi eum Muhammed, *يَرَوْنَهُ بَعِيدًا* vident (seu putant) eum longinquum esse; *أَظُنُّ السَّاعَةَ قَائِمَةً* puto horam instantem (instare) Sur. 41, 50; *لَا تَحْسِبَنَّ اللَّهَ غَافِلًا* ne putato deum non curare 14, 40. 47. et paulo difficilius *نَادَى الصَّلَاةَ جَامِعَةً* nuntiavit per praeconem preces ut communes i. e. preces esse debere communes, ab uniuerso populo institutas Henz. fr. p. 19, 9. Unde si verbum hujus generis per se duplex objectum fert, vel triplicem accusativum causali subjicere licet, ut *يُرِيهِمُ اللَّهُ* deus eos opera sua foeda (esse) ceruere facit. Neque in his ambigui quid residet: nam cum accusativus e sensu prior semper primo etiam loco ponatur et definitus sit, posterior jam ex verborum collocatione simulque in plurimis ex indefinita elocutione satis discernitur; quod idem in praedicato obtinet §. 655 sqq.

546 Verbum quod duplicem accusativum sibi subiicere potest, si in passivum traducitur, prior ex illis eo ipso evanescit, cum persona ejus jam in nominativum transeat: sed integrum manet objectum posterius. Ita 1) in passivis ex stirp. IV. et

II, ut ^{فَرَعُونَ} ^{الرَّبِّ} ^{الَّتِي} ^{أَرْبَهَا} ^{فَرَعُونَ} *visio quam videre factus est Pharao* i. q. quam deus eum videre sivit, nisi quod deum ut agentem nominare scriptori inutile videbatur; ^{عَلَّقْتَهَا} *coactus sum amare eam Antar. M. v. 7.* ^{أَطْعَمَ} ^{لَحْمًا} *nutritus est pane*, cum active dicatur ^{أَطْعَمَهُ} ^{لَحْمًا} *fecit eum edere panem.* Porro in ceteris §. 544 descriptis idem evenit, ut ^{تَوْفُونَ} ^{أَجُورَكُمْ} ^{سَاتُرَاتِي} ^{سَاتُرَاتِي} *saturati sunt aqua calida*, ^{سَاتُرَاتِي} ^{أَجُورَكُمْ} *ubi nobis dicendum: retribuetur vobis merces vestra Sur. 3, 186*, ^{حَرَمْتُمْ} ^{الْخَيْرَ} ^{مَسْتَوْدِعٌ} *privati estis bono Tab. p. 142, 5; مستودعٌ* ^{مَالَهُ} *proprie concreditus opes ejus* i. e. cui opes ejus concreditae sunt, cum activum ^{أَسْتَوْدِعُ} *rogavit ut servaret sibi pignus, concredidit ei pignus, gemino objecto et personae et rei jungatur Ham. p. 64.* Praecipue hic notandum, passivum st. IV. ^{أَتَى} *rad. venire saepissime ita cum objecto poni, ut denotet donari rem, cum facere ut res ad alium veniat idem habeatur atque offerre, donare rem* ¹⁾, ut ^{أَتَوْا} ^{الْكِتَابَ} *donati sunt librum* i. q. acceperunt (a deo) librum, et in activo ^{أَتَى} ^{الْمَسَالَ} ^{ذَوِي} ^{الْقَرْبَى} *qui opes largitur propinquis suis.*

— 2) Nec minus alterum objectum manet in juncturis §. 545 descriptis; nam ut in activo dicitur ^{جَعَلَهُ} ^{مَلِكًا} *fecit eum*

1) non necesse est ut putemus ^{أَتَى} dictum esse pro ^{أَعْطَى}, quamquam ex remotiori linguae aevo radices ^{عَطَى} ^{أَتَى} ^{حَتَّى} ita cohaerere puto, ut notent *tangere, pertingere, pervenire.*

regem, ita in passivo cum accusativo manente جَعِدَ مَلِكًا

factus est rex, دَعِيَ مُحَمَّدًا (vel سَمِيَ) *vocatus est Muhammed*¹⁾; quod enim in his Latini nominativum ponunt, ex attractione scilicet ad nominativum subjecti linguae concinniore visâ, id minime probare potest, arabicam dictionem esse malam, cum potius origini et analogiae optime conveniat. Accedit quod universa arabismi indoles huic favit §. 501. — Igitur si forte verbum activum triplex objectum sibi

subjungere potest, in passivo duplex manet, ut نَبَيْتُ عَمْرًا

غَايِرًا رَأْسَهُ *certior factus sum Amrum figere* (proprie *figentem esse*) caput suum Ham. p. 63.

647 Ceterum hic datâ occasione de passivis pauca moneamus. Non posse passivum personale formari nisi verbum activum objectum proximum ferat, per se patet. Igitur si verbum objectum praepositionis ope sibi subjicit, passivum personale non datur. Cum tamen arabismus brevem et succinctam passivi constructionem admodum amet, saepissime verbum praepositioni junctum ita in passivum abit, ut nihil in praepositionis juncturâ mutando passivum sine certâ personâ seu in sg. neutrius formetur, simile latino *perventum*

est = pervenerunt nescio qui. Ita cum بَعَثَ *misit* vulgo cum praep. ب personae dicatur (ex §. 585), passivum inde

formari nequit nisi hac ratione, ut قَائِدٌ يُبْعَثُ بِهِ *dux qui*

mittitur; similiter بِطَائِفٍ عَلَيْهِمْ بِصِحَاحٍ ut Germani: *man*

1) at contra يُقَالُ لَهُ مُحَمَّدٌ (يُنَادِيهِ) cum nominativo jure construitur: *appellatur Muhammed*, cum verbo يُقَالُ subjecti certi notio non insit, ut nomen مُحَمَّدٌ ejus subjectum haberi queat.

geht um sie mit Schüsseln i. e. circa eos feruntur (a ministris) patinae Sur. 43, 69. Sed si ullo modo activum personae objectum fert, passivum personale formatur, ut ^{أَتَى} ^{بِكِسِي} ^{أَتَى} *donatus est vestibus*, cum ^{أَتَى} ^{النَّبِيِّ} *pervenit ad eum cum objecto personae dicatur;*

^{بَنَاسٍ} *adduxerunt* (nescio qui) *ad prophetam homines*, quod active effectur sic: ^{جَاءَ} ^{زَيْدٌ} ^{النَّبِيِّ} ^{بَنَاسٍ} *venit Zaid ad prophetam cum hominibus.*

Denique quodvis verbum sive activum sive intransitivum 648 sive passivum abstracto verbali seu infinitivo suae ipsius radicis vel stirpis circumscribi potest, aut cum aliis accusativis supra dictis aut sine iis. Fit id ut notio verbi per se vaga et indistincta ex se ipsâ ad certius quid restringatur. Potestque primum simplex abstractum sine articulo adjungi, quo

actio ad unam vicem restringitur, ut ^{رَأَيْتُ} ^{رَأْيَا} *consului =*

cepi consilium, ^{شَدَدْتُ} ^{شِدَّةً} ^{فَقَتَلْتُ} ^{مِنْهُمْ} *vehemens fui vehementiam* i. e. *impetum feci* (neque enim arabismus verbis hujus generis generalibus utitur, ut faciendi etc., quibus nos in talibus gaudemus) *et interfeci ex iis plures*; etiam cum

duali, ubi notio singulorum clarius nitescit, ut ^{ضَرَبْتُهُ} ^{ضَرْبَةً} *struxi eum*

^{وَضَرَبْنِي} ^{ضَرْبَتَيْنِ} *cecidi eum semel et ille me cecidit bis.* Apud poetas accusativus talis nonnunquam ob pleniorum tantum orationis vim et pulchriorem rythmum subjungitur, quâ re infinitivus non cum feminini terminatione quae in his e lege

ex §. 295 obtinet, sed nudus ponitur, ut ^{أَذَا} ^{رَجَّتِ} ^{الْأَرْضُ} ^{رَجًّا} *quando terra*

^{وَبَسَّتِ} ^{الْجِبَالُ} ^{بَسًّا} *confundentur confusione* Sur. 56, 4. 5. In his vim quandam

orationis nemo non agnoscet. Eadem vis locutionis fortior in aliis datâ operâ conspicitur, ut *قَصَدَهُ قَصْدًا* *petiit eum de industria*, quod in prosâ quoque ita dicitur, *رَضَّ عِظَامَهُ رَضًّا* *contudit ossa ejus contusionem* i. e. prorsus Kos. chr. p. 87, 8. 89, 3. 91, 1. — Sed multo frequentius haec junctura eo fine instituitur, ut hoc substantivo vel infinitivo intercedente aliud nomen verbum restringens facilius apponi vel annecti possit; vel adjectivis apponendis, ut *اقْتَتَلُوا قِتَالًا شَدِيدًا* *pugnarunt pugnam vehementem*, *صَرَبْتَهُ صَرْبًا مُوجِعًا* *petii eum ictu dolente*, vel pronomine demonstrativo, ut *يَحْفَظُونَ أَسْرَارَهُمْ هَذَا الْحِفْظَ* *servant arcana sua hac servatione* i. e. ita, adeo, ut videtis Freyt. chr. p. 30, 8. vel enunciatione relativâ annectendâ, ut *الضَّرْبُ الَّذِي ضَرَبْتَهُ* *percussio quâ eum percussi*, vel denique substantivo in statu constr. annectendo, quo actio alius vel aliorum cum eâ de quâ agitur confertur, ut *خَانَ خَوْفَ الْجَبَانِ* *timuit timorem ignavi* i. q. ut ignavus timere solet. Talia eo frequentiora manserunt, quo minus lingua arabica adverbia ex adjectivis omnibus vel verba generalia ut faciendi etc. multa formare didicit.

549 Ceterum similis quoque notionis substantivum subjungere licet, ut *سَبَّحُونَ سَبْحًا* *sedit sessionem*, *يَصَلُّونَ صَلَاةً* *torrebuntur flammâ* Sur. 4, 9, unde etiam relative *جَهَنَّمَ* *Gehenna* (i. e. flammae) *quâ torrebuntur*, relative Sur. 14, 28. *ضَلَّ سُبُلَ السَّيِّئِ* *erravit pessimam viam*

braismo et syriasmō: nam praeter concinnam sermonis arabici brevitatem terminatio accusativi accessit quā hebraica lingua et syriaca caret. Ita

a) praedicato substantivum abstractum licet subjungere, rationem praedicati distinctius describens, et articulo quidem, cum eo non opus sit, carens, ut مَاتَ جَوْعًا *mortuus est fame*, كَفَرْنَا بِمَا أَنْزَلَ اللَّهُ بَعْدَ بَعْثِهَا *abnegavit a deo revelata injuste* (propr. injustitiam), يَأْكُلُونَ أَمْوَالَ الْيَتَامَى ظُلْمًا *edunt orbis opes injurid* Sur. 4, 9. وَأَشْهَادًا وَآثِمًا مُبِينًا *per mendacium et nefas manifestum* v. 18. Prae ceteris hic notandum, infinitivum quoque sic posse subjungi praedicato cuicumque, ut هُوَ أَشَدُّ النَّاسِ تَعْظِيمًا لِرَسُولِ اللَّهِ *is est potissimus hominum honorando* i. e. hominum omnium maxime honorat legatum dei, أَبَادَهُمْ قَتْلًا وَاسْرًا *perdidit eos interficiendo et vinciendo*, ubi praedicatum أَبَادَهُمْ sequentibus actionibus definirī et circumscribi bene sentis. Atque sic nonnunquam fieri potest, ut actio quae potiori describendae inservit, simul finem et consilium, quo quis agat, indicet, quanquam consilii notio non nisi ex sensu totius enunciationis sequitur, ut قَامَ تَعْظِيمًا لَهُ *surrexit honorando eum* i. q. *ut eum honoraret*, ضَرَبْتَهُ تَأْدِيبًا لَهُ *castigavi eum ut eum corrigerem*.

- 551 Infinitivus hujus generis subjunctus hoc habet singulare quod cum integram enunciationem graviter subjungat, semper in formā quam fert plenā immobilis manet neque propterea nominis sueti instar juncturas omnes promiscue subire potest (cf. hebr. infinitivum absolutum). Igitur nec statum ullum constructum neque accusativum subjunctum bene patitur;

pro accusativo plerumque in usu est praepositio *بِ* ex §. 599.

Nec negationem fert, ut si forte ea necessaria sit sive ab initio sive post infinitivum, modus finitus reponendus sit; cf. §. 560.

b) deinde *adjectivum* vel *substantivum personale* praedicato ita subjungi potest, ut quâ ratione res geratur, dis-

distinctius describatur ¹⁾. Ita *مَاتَ شَهِيدًا* *mortuus est* — *mar-*

tyr, ubi vocem *martyrem* vides praedicato apponi, ut quâ ratione, quo in statu mortuus sit, proxime describatur. Fit- que hinc, ut accusativus hujus generis verbo appositus *statum* plerumque notet, quo res geratur. Alia hujus generis

sunt innumera, ut *ادخلوا الباب سجداً* *intrate portam ado-*

rantes; *وهو الحق مصدقاً لما معهم* *isque (Koranus) est ve-*
ritas ut confirmans i. q. cum confirmet quae jam habent

(scripta antiqua sacra); *لَا إِلَهَ إِلَّا هُوَ — قَائِمًا بِالْقِسْطِ* *non est*
deus praeter eum, utpote qui stet in veritate Sur. 3, 18.

Possunt et plura subjungi, ut *الَّذِينَ يَذْكُرُونَ اللَّهَ قِيَامًا وَقُعُودًا* *qui memores sunt dei ut stantes et sedentes i. q. sive stent*

sive sedeant Sur. 3, 192, *أَغَارُوا رُكْبَانًا وَفَرَسَانًا* *impetum fe-*
cerunt (ut) vehentes camelis et equis Ham. p. 8.

Haec praedicati per accusativum uberior descriptio eo 553

usque valet, ut vel verbo *كَانَ* *fuit* accusativus adjectivi vel substantivi subjiciatur. Praedicatum enim per se accusativo minime exprimitur; sed ut dicitur *جُعِدَ مَلَكًا* §. 546, ita verbo

1) Germani in his inserunt voculam *als* i. e. ut. Latini nomen ad subjectum statim seu nominativum referunt.

كَانَ quod proprie notat *constitutum, factum esse*, haud dubie praedicatum generale jam inest, quod sequenti voce accuratius tantum definiatur; neque enim usus verbi كَانَ eo usque jam invaluit, ut copulae tantum inter subjectum et praedicatum semper inserviat. Ita زَيْدٌ كَانَ ضَعِيفًا *Zaid*

fuit debilis, اِنَّهٗ كَانَ رَجُلًا حَكِيمًا *certe fuit ille vir sapiens*,

أَمَّا حِصْنٌ *este lapides vel ferrum!* كُونُوا حِجَارَةً أَوْ حَدِيدًا

مَنْصُورٍ فَكَانَ حِصْنًا مَنِيعًا *quod attinet ad castellum Manzur, fuit (id) castellum munitum* Rosenm. anal. 3. p. 26, 14. Neque in scriptis antiquis et bonae notae unquam subjectum in accusativum transit; quod enim legitur Sur. 7, 83.

مَا كَانَ جَوَابَ قَوْمِهِ إِلَّا أَنْ قَالُوا: 3, 147: *accipiendum est, ut subjectum e locutionis sensu in ان قالوا lateat: nec fuit responsio populi ejus nisi hoc dictum.* Sed apud

sequiores scriptores haud raro substantivum, quod logice subjectum esset habendum, in accusativo pronunciatum, fallente linguam specie externâ. Facillime hoc fit, si substantivum, quod proprie subjecti loco foret, postpositum est, ut praepositum contra et propius subjecti loco habeatur, ut

كَانَ رَيْسٌ تَغْلَبَ مَهْلَهًا *fuit princeps Taglabitarum Muhalhal* Abulf. ann. ant. p. 138, 10. 11; vel si e sensu uni-

verso accusativus ferri potest: كَانَ لَهُ زَيْرًا *fuit ei i. q. habebat* (quo verbo auxiliari Arabes carent) *Vezirum* p. 70, 13. Sed praeter haec quoque non raro id fit, si substantivum *postpositum* est eoque ipso minus sui juris esse videtur, ut Rosenm. anal. 13. p. 10, 11. Notaturque et alibi hic nominativi in accusativum transitus, si subjectum post

multa insertum est, ^عقَد قَبِلَ عَنِ مَالِدٍ شَيْئًا *dicitur de ejus opibus aliquid* Abulf. ann. ant. p. 32, 8 ubi scriptor se scripsisse قالوا cogitat. Multa quidem in his a scribis peccata sunt: sed lapsus eorum non foret adeo frequens, nisi lingua in vulgi ore huc inclinasset.

Rarissime praedicatum in nominativo manet, si ^ككان simpliciter *esse* denotat, verborum quoque positione id bene ferente, ut ^كأُوْنِي ^ككَانَ مَوْسَى *propheta ergo erat Moses?* Kor.

et in hoc versu: ^كإِذَا مِتُّ ^ككَانَ النَّاسُ ^كصِنْفَانِ ^كشَامِتٍ ^كوَآخِرٌ ^كمُتْنٍ *Si moriar, homines erunt bipartiti: detractores et ejus quae faciebam laudatores.*

Ceterum quod modo de ^ككان dictum est, ad omnia valet verba eandem notionem continentia, ut ^كلَيْسَ ^ك§. 479, ^كالستم ^كمَا نَرَا ^كوَصَارَ ^كما نَرَا ^كوَصَارَ *nonne estis Moslemi?* Tab. p. 190, 18; ^كأَصْبَحَ ^كet alia. §. 657. enumerata. Porro eodem refer ^كرَجَعُوا ^ككُفَّارًا *redierunt i. e. iterum facti sunt infideles.*

Ut vero ^كلَيْسَ *non est* praedicati descriptionem in accusativo sibi subjungit, sic nonnunquam, praesertim in poetica dictione, simplices negationes γ et λ ita adhibentur, ut cum e sensu totius enunciationis ad praedicatum totum jam negandum pertineant ideoque notionem verbi *esse* inferre videantur, accusativum praedicati distinctioris sibi subjiciant. Sed ut hoc fiat, ante omnia necesse est, ut subjecto statim post γ vel λ praemisso praedicatum deinceps sequatur, quâ solâ ratione efficitur ut oratio, cum ad praedicatum devenerit, enuncia-

tioni notionem *τὸ εἶναι* jam inesse sentiat; neque ante praedicatum inserere licet *لَا* nisi, quâ particulâ sermonis

velut nova series exorsa foret; nec post *مَا* collocari debet *أَنْ*

negativum, utpote quâ vis illius inhibetur. Ita: *مَا تَرِيدُ قَائِمًا*

non est Zaid stans, *لَا شَيْءٌ عَلَيَّ الْاَرْضِ بِاقِبًا* *non est res in*

terra manens. In his et dici possit *est* — *qui stet, est* — *quae maneat*, ut ultimam accusativi vocem enunciationi subjici facile sentias. Plerumque participium sequitur; reperitur

tamen etiam *مَا هَذَا بَشَرًا* *non est hic caro* (mortalis) Sur. 12, 32. ¹⁾ Quod grammatici in his *y* cum nomine definito componi non posse docent, ex usu non prorsus frustra dici puto, scilicet quia *مَا* fortius negat; sed non miramur quod lex haec non ubique servata sit, ut in hoc versu:

إِذَا الْجُودُ لَمْ يَهْرَاقْ خَلَاصًا مِّنَ الْأَذَى فَلَا الْجِدُّ مَكْسُوبًا وَلَا الْمَالُ بِاقِبًا
cum liberalitas liberationem a noxa non lucratur, tum laus non est lucro comparata neque opes restant.

556 Ab hac juncturâ satis diversa est ea, quâ negationi *y* unum solum substantivum idque et indefinitum et nunatione carens subjungitur. Ita si fit, *y* ab initio insigni vi ita pronuntiatur, ut substantivum statim sequens notionis generalis ideoque indefinitum adesse prorsus neget; quare hoc ad quod solum negatio maximâ suâ vi tendit, ipsi negationi ita subjungitur, ut utrumque intime nexum sit utque vox brevis praeposita ob vim suam sequentis nunationem eâdem prorsus ratione auferat quâ post articulam fit §. 336. Atque ob emphasis quâ tota enunciatio brevis effertur ad interjectionis vim

1) ubi Baidhawi Sacyo notante ita ex Heg'azium dialecto legi, alios ex Temimensium dialecto *بَشَرًا* legere dicit.

accedentem (cf. §. 350.), substantivum quoque subjunctive i. e. in accusativo effertur, ita ut hic accusativus totus a negatione pendeat eique soli subjectus sit ¹). Ita: لَا رَجُلٌ لَا إِلَهَ إِلَّا اللَّهُ ^ص لَا إِلَهَ إِلَّا اللَّهُ ^ص *non vir seu nullus vir est in domo!* لَا إِلَهَ إِلَّا اللَّهُ ^ص *nullus deus praeter deum!* لَا إِلَهَ إِلَّا اللَّهُ ^ص *hic est liber in quo nullum dubium;* لَا إِلَهَ إِلَّا اللَّهُ ^ص *illi — non est portio iis!* Sur. 3, 76; quaedam saepius ita composita enunciationi majori inseri quoque possunt, ut لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةَ ^ص *illum effugium ab — i. e. necessario, ita ut vel dici possit — وكان لا بد من — et erat necessario —*

Ceterum cum vis et emphasis illa aegre ultra hoc unum ⁵⁵⁶ nomen maneat (cf. §. 349), nomen diversum per copulam accedens in nominativum redire potest, ut لَا رَجُلٌ وَامْرَأَةٌ فِي الْدَارِ ^ص *non est vir et femina in domo.* Quodsi cum copulâ ipsa negatio repetitur, nominativus utrinque statim vel ab alterâ parte locum obtinere potest, ut لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةَ ^ص *non est vis nec potentia nisi in deo.* Similiter adjectivum accedens cum nunatione etiam efferre, vel adeo in nomina-

1) nunc non sine gaudio video grammaticos Arabum simile quid sensisse nomen ejusmodi post لَا appellantes مَبْنِيٍّ ^ص i. e. *indeclinabile* et utramque vocem مَرْكَبٌ تَضْمِينِيٍّ ^ص *compositam juncturam.*

tivum restituere licet, ut dici possit: لا رَجَدَ نَائِمٌ فِي الدَّارِ
non est vir dormiens in domo, vel نَائِمًا vel نَائِمٌ. — Sed

definitionem per statum constr., objectum, praepositionem interno vinculo junctam vel relativam enunciationem haec dicendi formula per se absoluta e lege non fert; si tamen id rarissime fit, accusativus ob nexum in quo ponitur novum plenam subit declinationem. Grammatici ejus generis haec

laudant: لا صَاحِبَ جُودٍ مَمْتُوتٌ *nullus liberalitatis amicus odio est;*

لا طَالِعًا جَبَلًا ظَاهِرٌ *nullus montem ascendens apparet;*

لا خَيْرًا مِنْ زَيْدٍ عِنْدَنَا *nullus Zaido melior apud nos est;*

لا حَسَنًا فَعَلَهُ مَذْمُومٌ *nullus est bonus cujus actio improbanda.*

557 c) Multo vero latius accusativi usus et ditio porro eo patet, ut nomina introducat quae statum, quo substantivum singulum idque plerumque a statu constructo vel praepositione quâdam dependens concipiendum fit, exactius describat. Est haec appositio quaedam laxior, quam nostrae linguae interpositâ voculâ *ut, utpote* bene exprimunt, latina verborum nexu apto dilucidare satis habet; arabica lingua illis brevius, hac laxius accusativo ideo utitur, quod is omnino praedicato exactius definiendo inservit. Nomen vero in appositione hac laxiore subjunctum, cum unice conditionem et statum, quo praecedens nomen cogitandum sit, exactius indicet, semper indefinitum est. Ejus generis sunt haecce: تَقْبِضُوا عَلَيَّ ابْنِهِ

أسيرا *potiti sunt ejus filio (ut) captivo, ut captivus fieret,*

رمى به مَقْمُوطًا *offenderunt eum caesum, مروا به قَتِيلًا*

تَمَكَّنَتِ الْإِلَاحُ مِنْهُ مَسْمَرًا بِسِتِّ *conjecit eum (ut) vincitum,*
 پوتیتی عو سونت دولوړس (وت) کړوکی افسو کلوی سڅ کوس.

chr. p. 56, 3; كَفَى بِاللَّهِ شَهِيدًا *sufficit deus (ut) testis,* uti
 Germani: *genug ist's mit Gott als Zeugen* Sur. 4, 5. 46, 8.

48, 28. Similia porro haec habe: اِنِّي بِنَفْسِي فِدَاءٌ لِنَفْسِكَ *ego prodigus sum animae meae* i. e. profundo vitam meam
 ut piaculum tuae, عَلَّقْتُ مِنَ الْهَوَىٰ مِنْهَا وَلِبَدًا *haerebam ab ejus*
amore ut puellae i. e. cum puella esset Kos. chr. p. 101, 8.

142, 6. اَنۡنٰدٰ بِبَشٰرَةٍ مِّنۡ جِبۡبِیۡ مُصَدِّقًا بِكَلِمَةِ اللّٰهِ *annunciavit ei Johan-*
nem (ut) comprobaturum verbum (τὸν λόγον) dei Sur. 3,

39. cf. v. 45. اَبۡلُفۡ اَنۡنٰمَ اللّٰهُ بِہٖ *Abulf. ann. ant. p. 56, 15.*

اۡزۡجٰرًا *augeat tibi quod tibi largitus est deus bonum*

Tab. p. 116, 9. Frequentem locutionem اِذَا بِہٖ نَامًا *en ille*
dormit v. §. 567. — Accusativum hunc post genitivum a

statu constr. pendentem vides in hoc: اَتَّبِعُوا مِلَّةَ اِبْرٰهٖمَ حَنِیۡفًا *sequimini religionem Abrahami ut orthodoxi,* cum ortho-

doxus sit Sur. 3, 95; post nominativum in hoc: اَوَّلَ بَیۡتٍ وُضِعَ

لِلنَّاسِ لِلَّذِيۡ بِبَکَّةَ مُبَارَكًا وَّهٰدٰی لِلْعٰلَمِیۡنَ *prima domus sacra*
hominibus data est sane Meccensis, (ut, seu ut esset)
sacrata et directio mundis Sur. 3, 96.

Deinde potest substantivum abstractum integrae enuncia- 558
 tioni subijci, rationem ejus uberius ita exponens, ut denuo

longiorem verborum seriem priori subjungat, ut مَاتَ عَمْرٰنُ

وَلِمْوسَىٰ سِتِّ وَسِتُونَ سَنَةً بَنَاءَ عَلِيٍّ أَنْ جَمَلَةً عَمْرَانَ مَاهَةً وَسِتِّ

وَتَلْتُونَ سَنَةً *mortuus est Amran cum Moses 66 annos natus esset, asserendo i. q. ut asserendum sit, seu sumto, integram Amrani vitam 136 annos fuisse.* Haec dicendi forma in Korani stylo conciso et abrupto frequentissima est,

وَالَّذِينَ كَفَرُوا فِيهَا دَارُ الْخَالِدِ جَزَاءً بِمَا كَانُوا يَكْفُرُونَ *in igne iis est domicilium perpetuum — ut retributio i. q. ut sit illud retributio pro eo quod non crediderunt* Sur. 41, 28. 56, 26;

لَا يَذُوقُونَ فِيهَا الْمَوْتَ — فَضْلًا مِنْ رَبِّكَ *non gustabunt in ea mortem — benevolentiam i. q. per benev. a domino tuo*

44, 55. 49, 8; *revelabimus librum أمراً مِنْ عِنْدِنَا ut jussum, per jussum a nobis* 44, 5. 6.

559 In tali stylo conciso multa rationem quâ res concipienda sit describentia per accusativum prorsus absolutae jam enunciationi subjunguntur, quae aliter segregata integrâ enunciatione efferri possint. Ita post pronunciatum dei effatum

in Korano saepe subjungitur *legem a deo et similia, nempe: dico hoc ut legem, ut lex habeatur* Sur. 40,

86. 46, 16. 48, 23. 4, 10. 11; *قَوَابِأُ ut mercedem* Sur. 3, 196. Licetque ita per adjectiva quoque vel substantiva his similia statum quo res concipienda sit, post perfectam jam per se enunciationem, uberius pluribus verbis describere, ut

كِتَابٍ فَصَلَّتْ آيَاتُهُ قَرَأْنَا عَرَبِيًّا — بَشِيرًا وَنَذِيرًا *liber cujus versus distincti sunt, ut scriptura arabica, laetorum*

nuntius et monitor Sur. 41, 3. 4. 46, 12. *وَفَرَعْنَا مَا فِي*

et abstulimus quod

in pectoribus eorum est malevolentiae — fratres i. e. ut sint, ut fiant fratres in lectis sibi mutuo amore obvii Sur. 15, 46. cf. 14, 42.

Hinc denique fit, ut integra enunciatio per accusativum 560 priori ita subjungi possit, ut praedicatum praemissum ab accusativo incipiat, subjectum tamen sequens non hunc continuet, sed in nominativum sensui totius aptiorem relabatur,
 اِنَّ لِلْمُتَّقِينَ لَحُسْنَ مَآبٍ جَنَّاتٍ عَدْنٍ مَّفْتَحَةٌ لَهُمُ الْاَبْوَابُ وَ
sane piis est amoena sedes, horti Edenis, ut apertae sint simul iis portae, et poetice

سَأَغْسِلُ عَنِّي الْعَارَ بِالسَّيْفِ جَالِبًا عَلَيَّ قَضَاءَ اللَّهِ مَا كَانَ جَالِبًا
profecto abstergam a me dedecus gladio, trahente in me fato dei quicquid trahit i. e. licet trahat — 1) Ham. p. 30;

cf. Taraf. v. 2. Umrulk. v. 3. ubi وَقُونًا male habetur pro infinit.

Etiam in prosâ: رَوَّغَا حَاجَتَكَ كَأَنَّكَ مَا كَانَتْ
tuum, ut sit quicquid sit Koseg. chr. p. 128, 2. Ceterum fieri potest, ut subjecto distincto non nominato solus accusativus obvius sit, ut

فِي شَرْقِي هَذَا الْجَبَلِ مُتَحَرِّيًا قَلْبًا إِلَيَّ
in orientali montis hujus parte, declinando paulum in austrum, est sepulcrum Lazari Rosenm.

anal. 3. p. 5, 5. 6, 15; poetice اَنَا اللَّيْثُ مَعْدِبًا عَلَيْهِ وَعَادِيًا
ego sum leo, isque in quem irruitur quique ipse irruit Ham. p. 73, 18.

1) nam ut ablativo absoluto Latinorum, cujus usus omnino similis est, e sensu singulorum locorum multa inesse possunt, quae aliter distinctius dici possint, sic idem in his dictionibus arabicis obvenit.

Ceterum de participio quocunque ita subjuncto §. 552. 557 sqq. idem fere valet, quod §. 551 de infinitivo dictum est. Nam cum breviter enunciationis minoris totam vim solum complectatur, gravius per se semper ponitur, nec statum constructum patitur nec negationem praemittendam, ut:

digeram nomina ordine alphabetico ^{مَقْدَمًا} ^{الاول} ^{فالاول}

praemittens i. e. ita ut praemittam primum et deinceps primum, ut literas radicales observem et serviles haud curem Elnav. p. 10, ult.

- 561 2) Remotior accusativi usus porro hic est, ut *spatium*, quo se actio extendat, breviter significet; hanc autem facile patet spatii definitionem non posse aliam esse nisi generalem et vagam, ut ^{سَارَ} ^{أَرْبَعَةَ} ^{أَمْيَالٍ} *profectus est quatuor millia-ria*. Transfertur id jure ad *mensurae et temporis defini- tiones universas*, tum in adverbis, ut ^{الْيَوْمِ} *hodie*, ^{الْأَمْسِ} *heri*, ^{غَدًا} *cras*, tum alibi, ut ^{عَاشَ} ^{مِائَةَ} ^{سِنِينَ} *vixit centum annos*, ^{بِوَمَا} *die quodam*, ^{جِبَلًا} ^{بَعْدَ} ^{جِبَلٍ} *seculum post se- culum i. q. a seculo ad seculum*, ^{حَالَ} ^{وَصَوْلِهِ} ^{تَجَنَّدَ} *momento adventus in vincula eum duxit* Abulf. ann. ant. p. 50, 5, porro si certum temporis momentum in majori spatio non definitur, ut ^{مَاتَ} *mortuus est anno praecedente*; ubi tamen hoc definiendum videtur, praepositione opus est. Nonnunquam oratio inter accusativum merum et praepositionem haeret; sed in universum praepositionum usus nondum frequens est. Inter *locorum nomina* ea simpliciter in accusativo pronun- ciantur, quae significationis maxime vagae et semper obviae

sunt, ut quae praepositionum loco occurrunt (§. 590 sqq.), porro بِمِائِنا *a dextra*, بِسَآرَا *a sinistra*, شَمَالًا *versus boream*, غَرْبِي *ab occidentali parte* haud raro pro — فِي غَرْبِي quod usus fert, وَسَطًا *medio* etc. At contra substantiva جَانِبٌ *latus*, جِهَةٌ *et* وَجْهٌ *facies*, خَارِجٌ *exterius*, دَاخِلٌ *interius*, جَوْفٌ *medium* in culto sermone sine praepositionibus non dicuntur; nec magis omnia certum habitaculum vel aedificium vel terrae locum notantia, ut دَارٌ *domus*, مَسْجِدٌ *templum*, مَقْتَلٌ *locus caedis*, جَبَلٌ *mons* etc. Verbis tamen per se jam sedem vel stationem notantibus accusativus nominum generalioris notionis ex §. 548 subungi potest, ut قَعَدْتُ مَقَامَةً *sedi ejus loco*.

Ceterum accusativus talis et ad verbum activum in suffixo trahi potest, et ob verbum passivum in nominativum transire, ut هَذِهِ مَدَّةٌ بِمَكْنٍ أَنْ يَكُونَ عَاشَهَا أَوْ عَاشَ غَالِبَهَا *hoc est spatium, per quod vel per cujus majorem partem vixisse eum credere licet*; سِبْرٌ شَهْرٌ، سِبْرٌ أَرْبَعَةٌ أَمْيَالٍ *mensis itineri impensus est*.

3) Nomina si in adverbia transeunt, enunciationibus igi- 562 tur, semper subjunguntur, accusativo (nisi forte praepositio cum iis colliquescat) continuo pronunciari, e supra dictis satis patet. Sed omnino pauca tantum nomina semper fere in adverbia transierunt, ut praeterea rarius occurrant. Ita جِدًّا *vehementer*, كَافَّةً *in universum*, omnino, ut النَّاسُ كَافَّةً

homines in universum i. q. 'omnes. Cum suffixo semper junctum occurrit ^{وحد} hebr. ^{לְכָל}, ut ^{وحد} ^{الله} *deus unitatem* ejus i. e. *solus*. Quaedam in adverbia transire demum incipiunt, ut ^{لهم} ^{قال} *dixit iis junctim* i. q. cunctis Tab. p. 218, 20, similique sensu ^{سائراً} Abulf. ann. ant. p. 76, 7, cum alibi potius in stat. constr. praeponantur, cf. §. 516. Adjectiva quaedam modum vel mensuram notantia, ubicunque placet, adverbiorum instar adhibere licet, ut ^{قليلًا} *parum*, ^{كثيرًا} *multum*, ^{غالبًا} *plerumque*, ^{سريعًا} *celeriter*.

563 Sed sunt etiam particulae aliquot, quae vi suâ nomen quodcunque sequitur, etiamsi e sensu enunciationis ut subjectum ejus absente particulâ in nominativo elatum esset, in accusativum transire jubent. Causa in iis duplex cernitur:

1) Tres semper et e notione suâ continuâ accusativum flagitant: a) ^{ان} e primâ notione §. 488 descriptâ, quâ notat *en, ecce*, in rem praesentem monstrans, ut non possit non accusativus sequi. Similiter Hebrai semper ^{היה} cum suffixo efferunt. — b) ^{ان} §. 485 cum notet *quod*, *ὅτι*, enunciationibus subjunctis praepositum, totam suam enunciationem ita subjunctam facit, ut vis subjunctionis in primo nomine, subjecto scilicet, statim apertissima sit. Estque quasi dicas *volo hoc*, ut accusativum sequi debere videas. — c) ^{لكن} §. 483 cum ut gravissima particula adversativa vi summâ ad contrarium et oppositum oculos vertere jubeat, et ipsum nomen in accusativo sibi subjungit ¹⁾. — Videmus igitur, omnes

1) rarius accusativus e sensu sequitur, ut ^{ولكن} ^{أنفسهم} ^{يظلمون} *sed se ipsos laedunt*, accusativo ob vim praeposito Sar. 3, 117.

tres e notione et vi suâ rem commonstrare ideoque in id niti, ut nomen proximum sibi subjungant. Unde jam sequitur, vim hanc non exeri nisi si subjectum statim neque verbo neque alio praedicato intercedente sequatur. Neque inserere licet nisi voces secundarias, quae e lege libenter in mediâ serie ponuntur (§. 670): post **ان** potest et **ان** accusativo praeponi ex §. 496.

Ita: **ان الله لغفور رحيم** *en deus*

certe est condonans, misericors; ان لهم ذمّة ورجا

en iis est praesidium et misericordia, نحن نرى ان لنا فيه حقا

nos in eo nobis jus esse videmus, ان فيها قوما جبارين

en in ed (urbe) homines fortissimi, ان في خلق

en in creando coelo terrâque vicibusque noctis et diei sunt sane

signa (miracula) viris cordatis Sur. 3, 191; لكن كثيرين

at multi mentiuntur. Ad adjectivum et substantivum simplex copulâ junctum vis particulae se extendit; sed ubi post longiorem seriem oratio per copulam pergit, nominativus restitui potest, ut Tab. p. 44, 1. 2. Nota vero, **ما** suffixum aequè ac subjectum §. 485 vim accusativi ita excipere, ut deinde nominativus sequi possit.

2) Reliqua ob novam notionem e nexu oriundam accu- 564

sativum adsciscunt: a) copula **و** cum e vetere linguae indole et ibi ponatur, ubi e sensu sequens substantivum minus va-

let quam prius, ut posterius subjungi et **و** per *cum* verti possit, accusativum in tali nexu sibi subjunctum habet, ut

حَسْبُكَ الْجَنَّةُ وَتَرُوجُكَ الْجَنَّةُ *habita tu cum uxore tua hortum.*

— b) *nisi* §. 489 si enunciationi ita cum substantivo subjungitur, ut praepositioni *praeter* aequet, accusativum necessario comitem habet, ut *حَسْبُكَ الْمَلَائِكَةُ كُلُّهُمْ إِلَّا* *adorarunt omnes angeli praeter diabolum, qui noluit* Sur. 15, 31. 39. 43, 65; *rebellarunt omnes tribus praeter Quraisch et Taqif* Tab. p. 56, 6. 80, 2. 3. 182, pen. Sequuntur idem voces similis notiois. Sed uberius de totà re inferius agi poterit.

565 II. Accusativus in arabismo frequentatur, si quid velimus vel innuamus abrupte solo nomine interjectionis ritu prolato indicamus. In compellendo quomodo ejus usus fiat, §. 349 sqq. jam expositum est. Frequentissime porro nomina accusativo pronunciantur, quae ullà ex ratione interjectionis ritu ita dicta sunt, ut breviter integram enunciationem, quae animo subest, suppleant ideoque non possint non oblique pronunciarì, ut si quis imperanti rem respondet *سَمِعًا وَطَاعَةً* *obsequium et obedientiam!* i. e. totus obsequar; et roganti *لَا وَلَا كَرَامَةً* *minime ne operculum quidem!* i. e. ne hilum quidem, ex plenà locutione *حُبًّا وَكَرَامَةً* *urceum et operculum!* i. e. omnia, quaecunque rogor, dabo. Similiter *مَكَانَكَ* *locum tuum!* i. e. *subsiste* Tab. p. 70, 11. *نَفْسَكَ* *per vitam tuam!* p. 242, pen. Multae quoque sunt exclamandi formulae, quibus benedicatur vel mala imprecantur vel etiam laudes fundunt, ut *مَرْحَبًا وَسَهْلًا* *vitam laetam et levem!*

إِزْرَاهَا *irrigationem* i. e. salutem illi! *interitum tibi!* Sac. chr 3. p. 65. Sur. 47, 9. Licetque in oratione concisiore vel abruptiore a quovis verbo infinitivum ita exclamationis instar adhibere, ut in sermone sedato ei verbum

finitum substituere possis ¹⁾, ut إِذَا لَقِبْتُمْ الَّذِينَ كَفَرُوا قَضَبُوا الرَّعَابِ فَنُشِدُوا الْوَيْثَانَ فَمِمَّا بَعْدَ وَأَمَّا — فِدَاءٌ حَتَّى تَضَعَ الْحَرْبُ أَوْزَارَهَا

cum obvios habetis infideles, tum percussionem collorum! (i. e. percutite colla) — *et ligate vincula* (ubi verbum finitum ipsum redit); *et sive gratiam postea sive redemptionem velitis* (haec enim notio nexui toti inest), nihil refert; modo pugnate strenue *donec bellum onera sua deponat* (i. e. finiatur) Sur. 47, 4. Idem apud poetas hic

illic legitur, ut فَندلاً نزهيف المأل نذل الثعالب *propera ergo, o Zuraik* (tribus), *ad rapienda armenta ut properant vulpes.*

Singularis usus est juncturae سُبْحَانَ اللَّهِ *laudem s. gloriae dei!* i. q. *laudatus sit deus!* رَبَّنَا مَا خَلَقْتَ هَذَا بَاطِلًا

سُبْحَانَكَ *domine, non creasti hoc frustra, o sancte* (i. e. absit hoc a te pro gloria tua) Sur. 3, 192. Hoc nomen saepe cum solo suffixo post nomen dei vel pro eo venit, ut fere

jam in nomen dei proprium transire incipiat, ut اللَّهُ سُبْحَانَهُ *deus, qui laudetur!* قَوْلُهُ سُبْحَانَكَ *vox ejus, qui laudetur!* i. e. dei; cf. similem usum verborum exclamando inservientium §. 498. Cumque substantivum praeter hunc usum

1) quod in arabismo rarum, frequentissimum factum est in hebraismo, cf. gr. hebr. maj. p. 558 sqq.

non sit obvium, poeta vel brevius medio in sermone dicere

potest: *قَدْ قُلْتُ لَمَّا جَاءَنِي فَخْرُهُ سُبْحَانَ مَنْ عَلَّمَهُ الْفَاخِرِ* dixi,
cum ad me delatus esset fastus ejus: laus deo ob 'Alkamam fastuosum!

567 Sunt vero etiam particulae duae interjectionis formam ferentes, quae cum notionem actionis animo conceptae dubiae et conditionibus subjectae introducant, integram enunciationem ut oblique prolatam sibi subjungunt. Itaque eadem prorsus

ratione construuntur quâ *أَنَّ* §. 563 descriptum e simili vi. Subjectum enim ante omnia attrahunt idque sibi in accusativo subji-
 ciant 1). Sunt autem hae: a) *لَيْتَ* §. 498, ut

لَيْتَ زَيْدًا حَاضِرًا *utinam Zaidum praesentem esse!* i. e. *utinam Z. praesens sit!* Cumquē id nomen potius quam verbum sibi subjungat, haud raro infinitivus cum suffixo sub-

necti solet, ut *لَيْتَ شِعْرِي* *utinam scire meum!* i. q. *utinam scirem.* Ex vi autem hujus voculae maximā factum est, ut nonnunquam vel post *مَا* suffixum accusativus subjecti sequatur, cum in reliquis hujus generis vocibus *مَا* vim accusativi in se trahat. — b) *لَعَلَّ*, pro quo *عَلَّ* brevius rarissime poetis inservit §. 491, quia notat *forsitan*, et haud raro cum enunciatione suā priori timorem vel dubitationem exprimentī

1) Quod G'auhari notat, quosdam Arabes praedicatum quoque in accusativo efferre, ut apud poetam *لَيْتَ أَيَّامَ الصَّبَا رَوَّاجِعَ* *utinam dies euri redirent!* id apprime huc facit; rationi enim enunciationis logicae accusativus per totam enunciationem continuatus optime convenit. Si praedicatum in nominativo subjungitur, e sensu scilicet grammatico, vis locutionis prima jam diminui coepit.

1) Quod G'auhari notat, quosdam Arabes praedicatum quoque in accusativo efferre, ut apud poetam *لَيْتَ أَيَّامَ الصَّبَا رَوَّاجِعَ* *utinam dies euri redirent!* id apprime huc facit; rationi enim enunciationis logicae accusativus per totam enunciationem continuatus optime convenit. Si praedicatum in nominativo subjungitur, e sensu scilicet grammatico, vis locutionis prima jam diminui coepit.

subjungitur, ut مَا يُدْرِيكَ لَعَلَّ السَّاعَةَ قَرِيبٌ *quid te docet, an forte hora propinqua sit?*

III. Denique accusativus ut casus subjunctionis, sed 568 ejusdem laxioris quam si genitivo utaris, substantivis subjungitur, quae ob notionem statum constructum recusant. Fit id in nominibus *mensurae*, cum quo se extendat vel ad quam rem pertineat mensura nominata, laxius substantivo sequente notetur; neque enim, uti et recentiores linguae monstrant, interna per statum constr. conjunctio hic necessaria est. Cumque simul post mensuram nominatam materiam, ad quam ea pertinere cogitanda sit, solam appellare sufficiat, substantivi accusativus semper in sg. et articulo haud praeditus sequitur.

Ita مِلَّةُ الْأَرْضِ ذَهَبًا رَطَلَانِ زَيْنًا *duo pondo olei, plenitudo terrae aurum* i. e. quantum auri terram implet Sur. 3, 90. Idem semper fit post numeralia ab 11 usque ad 99 et alia composita, quae per se statum constructum non ferunt §. 603. Nec non post particulas كَمَّ et كَايٍ vel كَائِيْنٍ

quot? §. 493, ut كَمَّ عَالِمًا مَاتُوا كَمَّ دِرْهَمًا *quot dirhemi?*

quot *sapientes mortui sunt?* Potest tamen id in distinctionem locutionem praepositionis ope transire, manente singulari:

كَايِيْنٍ مِّنْ نَّبِيٍّ كَمَّ مِّنْ رَّجُلٍ *quot prophetae?*

Sur. 3, 146. Et si ante كَمَّ praepositio est, vis ejus in substantivum subjunctum extenditur, ut بِكَمِّ رَجُلٍ *in quot viris?*

Si vero كَمَّ ab enunciatione praeposita pendet, ut cum vi interrogationis positio simul ejus solitaria tollatur, idem status constructi, qui e sensu optime fertur, juncturam subit, ut nomen sequens aut in sg. maneat aut e sensu in plurali suc-

mittere, quia ex usu *legatum mittere*, *delegare* notat, semper cum ب rei, *quacum* legatus mittatur, jure construitur. Altera causa in novà, quam verbum hoc illud adsciscit, significatione translata sita est; ita enim verbum libenter novam inveniendi rationem dilucidiorum. Ita أَشَادٌ proprie *luto struxit*, si metaphorice notat *elevare rem*, absolute ponitur, ut بِذِكْرِهِ أَشَادٌ *monumentum exstruxit famam suam* i. e. famam suam extulit. Et وَضَعٌ *deponere* si notat nobilem quendam *detrectare*, contemptum facere, praepositionem مِنْ assumit, quae notionem hanc *diminuendi laudem*, *detrectandi* apertius dicat.

Summa, quae in praepositionum usu valet, sermonis 571 brevis concisa in eo maxime conspicitur, quod verba per se motum non significantia cum praepositionibus movendi ita jungi possunt, ut movendi notio nova ex his toti enunciationi accedat. Ita قَامَ إِلَيْهِ *stetit in eum* i. e. surgens versus eum processit. Quà in re multa poetis praesertim audacius e recentis linguae fervore quodam dicuntur, ut دَعَّ مَا يُرْبِبُكَ *mitte quae dubia tibi creant* (te convertens) *ad ea quae non creant*.

Ceterum locutionem quandam vulgarem plures sequi possunt colore tantum diverso distinctae, re ipsa simillimae; ita cum جَسَّسَ *jussit eum* cum ب rei dicere mos ferat continuus (§. 588), similiter أَشَارَ عَلَيْهِ *innuit ei*, i. e. nutu eum jussit, et تَقَدَّمَ إِلَيْهِ *praevertit se ad eum* i. e. praecepit, imperavit ei cum ب rei junguntur.

572 Constat vero praepositiones praeter كَ §. 481 sq. omnes primitus *loci* rationes varias denotare, transferri autem deinde posse ad *temporis*, *causae* aliasque notiones altiores. In his igitur praepositionum notionibus explicandis jam ita versabimur, ut a praepositionibus simplicibus incipientes ordine quodam justo totum ambitum perlustremus.

I. *Praepositiones simplices.*

1. Ad notionem motus recedentis exprimendam arabicae linguae duae praepositiones inserviunt bene distinctae eodemque fere modo diversae quo latinae *ex* et *ab*; مِنْ est *ex*, عَنِ *ab*.

573 1) مِنْ, motum denotat *e* re seu *e* puncto certo procedentem, ut خَرَجَ مِنَ الْبَيْتِ *exiit e domo*. Ex hac primâ motus notione praepositio verbis jungitur *liberandi a* re vel personâ, *servandi*, *ulciscendi*; porro *abhorrendi*, *fastidiendi*, *prohibendi a* re, *fugiendi*, *metuendi* similibusque. Nota dici: *hoc est e re v. personâ* i. q. *hoc pertinet ad rem v. personam*, ut لَسْتُ مِنْكَ *ad te non pertineo*. Porro praepositio ad tempus translata rem *e* puncto temporis quodam certo inchoari notat, ut مِنْ سَنَةِ أَرْبَعِينَ *inde ab anno quadragesimo*, مِنْ الْغَدِ *cras proprie e mane* i. e. a tempore matutino inde, ut saepe rem *statim inde a* puncti cujusdam temporis termino inchoatam notet, ut أَقْبَلْنَا مِنَ اللَّيْلِ *accessimus inde a nocte* i. e. statim post noctis initium Tab. p. 72, 8. Not Tom. XII. p. 399, 5. De *causâ*, unde res oriatur eodem jure dicitur, ut ذَلِكَ مِنْ نَبَأٍ جَاءَنِي *hoc fit e nuncio* i. e. propter nun-

tum distas ab eo, quanto minor es Noacho *et vitas ejus spatio?* Talia rara sunt. Sed deductus inde est perpetuus praepositionis usus ad *comparativum* significandum; distantiam enim, quâ animus rem hanc cum illâ comparatam recedere putat, notans, facile jam *potius quam* significat. Et praepositioni quidem soli jam comparandi vim inesse, ut adjectivum in positivo dici possit, lingua hebraea monstrat. Arabica tamen cum elativi formam peculiarem adeptâ sit, eâ formâ praedicati loco ideoque plerumque sine articulo positâ

utitur ut per se dilucidiori, ut ^{أنت أفضل مني} *tu es praestantior quam ego*. Si vero non subjecta enunciationis duo inter sese comparantur, sed res duae secundariae seu enunciationibus subjectae, post *من*, quia praepositionis vim tuens solitarie poni nequit, necessario subjectum in suffixo repetendum est, id quod in latino *quam* secus se habet, ut

^{أنا منكم على العرب أخوف مني} *ii ad abnegationem propiores sunt quam ad fidem* Sur 3, 168,

^{أنا منكم على العرب أخوف مني} *ego a vobis Arabibus plus timeo quam ab Arabibus vobis* Tab. p. 108, antep. cf. p. 168, 4. Reputa enim jure dici posse fusius: *ego a vobis plus timeo — quam ego (timeo) ab Arabibus*. Ubi tamen comparativum *من* non ad subjectum redit, brevior locutio sufficit, ut

^{يقاتلهم بالعصا أقوي من السلاح} *oppugnabat eos fustis fortius quam armis* Koseg. chr. p. 87, pen.

576 *من* indicat porro, unde res facta vel composita cogi-

tanda sit, ut ^{الإنسان مركب من نفس وجسد} *homo compositus est ex animo et corpore*, ^{خلقكم الله من نفس واحدة}

res Sur. 3, 22. 55. 91. *non vobis ullus* ما لَكُمْ مِنَ اللَّهِ غَيْرُهُ

deus praeter eum, ما جَاءَنِي مِنَ رَجُلٍ

vir, ما بِهِمْ مِنْ رَجُلَيْنِ أَكْرَمَهُمَا اللَّهُ

duo viri quos honoravit deus, ما أَهْلَكْنَا مِنْ قَرَبَةٍ إِلَّا وَلَهَا

non perdidimus ullam urbem nisi cui erat كِتَابٌ مَعْلُومٌ

scriptura nota Sur. 15, 5. Idem fit simili ex ratione post

interrogativum fortius هل هَدَّكَ مِنْ مَمَالَةٍ عَلَيْهِ *estne*

tibi auxilii quid contra eum? Tab. p. 60, 12. هل تَحْسَبُ

percipisne ex iis ullum? p. 44, 16. مِنْهُمْ مِنْ أَحَدٍ

هل لَنَا مِنَ الْأَمْرِ مِنْ شَيْءٍ *estne nobis rei illius ulla pars?*

Sur. 3, 155, pro quo deinde statim هل omisso dicitur لَوْ

كَانَ لَنَا مِنَ الْأَمْرِ شَيْءٌ *si nobis esset rei illius pars.* Ap-

paretque ex his, locutionem hanc aequo jure ad omnia transferri vocabula indefinita, ad احد *unus* adeo et similia.

578 Sed aliâ ratione من ita partem describere potest, ut si a toto vel generali *ad singula et peculiaris unde illud constare cogitandum sit, transitur, jam haec singula annectat.* Hic est peculiaris linguae hujus mos. Saepissime id fit post ما *quod et quicquid*, quod aegre genitivo praeponitur (§. 523), ut ما ذَهَبَ مِنَ الْمَالِ *quod erogatum est pecuniae,* ما تَنْفَعُوا مِنْ خَيْرِ يَوْمِ الْبِكْمِ (hoc enim indefinito خَيْرٍ inest) *erogatis, vobis compensabitur,*

Maxime mirum id, si nomina plurium rerum, quibus totum continetur, de industriâ simul indefinite prolata sunt, ut

خَلَقَ اللهُ فِي كُلِّ وَاحِدٍ مِنْ سِتَّةِ الْاِثْمَانِ نَوْعًا مِنْ الْخَلْقَةِ مِنْ سَمَاءٍ

وَاصْفَاءٍ وَارْتِضٍ وَمَاءٍ وَنَبَاتٍ وَحَيَوَانٍ وَانْسِ

creavit deus uno quoque sex dierum partem creaturae, scilicet coelum, terram, aquam, plantas, animalia, homines p. 152, 10. schol. ad Taraf. M. ed. Vull. p. 66. In libris paulo serioribus frequentior tamen omnino videtur praepositionis hoc in sensu usus.

579 2) ^{عَنْ} in primâ lateris notione rarissime apud poetas superstes est, nec tamen nisi alii praepositioni ex §. 596

subiunctum, ut فَلَقَدْ ارَانِي لِلرَّمَا حِ دَرِيَّةٍ مِنْ عَنِّي بِمِجْنِي مَرَّةً وَأَمَامِي

Et sane video me hastis propugnaculum, a latere dextrae meae mox et mox coram me Ham. p. 60. et ^{عَنْ} عَلِيٍّ

مَرَّتِ الطَّيْرُ سَخَا ^{عَنْ} بِمِجْنِي مَرَّةً وَأَمَامِي *ad latus dextrae meae praeterierunt volucres ut bonum auspiciam* Kam. p. 1783. Sed e

lege latino *ab* ita respondet, ut motum a latere rei procedentem notet. Igitur de recedendo, *se avertendo* bene dicitur,

ut ^{عَنْ} سَافِرٌ ^{عَنِ} الْبَلَدِ *proficiscere ab urbe*. Hinc perpetuus ejus usus de traditionibus ab aliquo derivatis locutione brevi,

qualis ^{عَنْ} رِوَاةٌ ^{عَنِ} أَبِيهِ *tradidit id ut descendens a patre suo* etc. Similiter de verbis et argumentis, a quorum auctoritate aliquid faciendum dependeat, ut latino *secundum*

respondeat, ut لَا نَفْعُ هَذَا ^{عَنْ} قَوْلِكَ *non faciemus hoc e*

voce tua i. e. secundum jussum tuum, ^{عَنْ} لِيَهْلِكَ ^{مِنْ} هَلَكٍ *secundum*

بِئْتَةٍ ut quicumque pereat, secundum perspicuum (argumentum) pereat. Raro hinc poetis ad tempus translatum

notat idem fere quod in prosâ بعد post. Sed aliâ ratione عن e primâ suâ notione verbis detegendi, aperiendi, nunciandi jungi amat, utpote quae velamen quasi a re averti

significant, ut أَخْبَرَ عَنِ السِّرِّ كَشَفَ الشَّرَّ عَنْهُ detexit ei malum, nunciavit de secreto; porro interrogandi et respondendi

de re, ut هَذَا سَوَالٌ سَمِلَ رَسُولَ اللَّهِ عِنْدَ نَاجِبٍ عَنْهُ haec est quaestio, de quâ Dei legatus interrogatus respondit.

Cumque praepositio haec rem mitti seu negligi notare possit,

verbis negligendi, ut غَفَلَ, praetervidendi, لَهِيَ obliviscendi similibusque e lege jungitur, uti et contentum se monstrandi

satisfaciendique, ut رَضِيَ, رَضِيَ عَنِّي, sufficiendi

seu substituendi se ut جَزَى et rependendi جَانَزَى Ibn Khac. ed. Weyers p. 33 penult., quia hic semper una res prae alterâ majori recedit vel mittitur. Ponitur عن et alibi, ubi

aversionis notio propinqua est, ut شَغَلَ عَنِ شَغَلَ عَنِ exercere aliquem ut aliam rem mittat, se avertat ab ea, عَاجَزَ عَنِ

هَدِمَ الْقَرْيَةَ infirmior erat quam ut oppidum dirueret, estque hic nonnunquam breviloquentia summa, sed e more

recepta, ut بَخِلَ عَنِ نَفْسِهِ avarus est ut se ipsum negligat,

أَحْبَبْتُ حُبَّ الْخَيْرِ عَنِ ذِكْرِ رَبِّي amore bonorum (fortuna) ita

ducor, ut domini mei memor non sim, أَفْضَلْتُ عَنِّي potior

Maxime mirum id, si nomina plurium rerum, quibus totum continetur, de industriâ simul indefinite prolata sunt, ut

خَلَقَ اللهُ فِي كُلِّ وَاحِدٍ مِنْ سِتَّةِ الْإِبْرَامِ نَوْعًا مِنَ الْخَلْقَةِ مِنْ سَمَاءٍ

creavit deus uno quoque sex

dierum partem creaturae, scilicet coelum, terram, aquam, plantas, animalia, homines p. 152, 10. schol. ad Taraf. M. ed. Vull. p. 66. In libris paulo serioribus frequentior tamen omnino videtur praepositionis hoc in sensu usus.

579 2) ^{عن} in primâ lateris notione rarissime apud poetas superstes est, nec tamen nisi alii praepositioni ex §. 596

subiunctum, ut فَلَقَدْ أَرَانِي لِلرَّمَاكِ دَرِيَّةً مِنْ عَنِّ بِمِثْنِي مَرَّةً وَأَمَامِي

Et sane video me hastis propugnaculum, a latere dex-

trae meae mox et mox coram me Ham. p. 60. et عَلِيٌّ عَنِ

بِمِثْنِي مَرَّتِ الطَّيْرُ سَنَكَا *ad latus dextrae meae praeterie-*

runt volucres ut bonum auspiciam Kam. p. 1783. Sed e lege latino *ab* ita respondet, ut motum a latere rei procedentem notet. Igitur de *recedendo*, *se avertendo* bene dicitur,

ut سَافِرٌ عَنِ الْبَلَدِ *proficiscere ab urbe*. Hinc perpetuus ejus usus de *traditionibus ab* aliquo derivatis locutione brevi,

qualis رَوَاهُ عَنِ أَبِيهِ *tradidit id ut descendens a patre suo* etc. Similiter de verbis et argumentis, a quorum auctoritate aliquid faciendum dependeat, ut latino *secundum*

respondeat, ut لَا نَفْعُ لَنَا مِنْ هَذَا عَنِ قَوْلِكَ *non faciemus hoc e*

voce tua i. e. *secundum jussum tuum*, لِيَهْلِكَ مِنْ هَكَذَا عَنِ

بِمَنْعَةٍ ut quicumque pereat, secundum perspicuum (argumentum) pereat. Raro hinc poetis ad tempus translatum notat idem fere quod in prosa بَعْدُ post. Sed aliâ ratione عَنْ e primâ suâ notione verbis detegendi, aperiendi, nunciandi jungi amat, utpote quae velamen quasi a re averti significant, ut كَشَفَ الشَّرَّ عَنْهُ detexit ei malum, أَخْبَرَ عَنِ السِّرِّ nunciavit de secreto; porro interrogandi et respondendi de re, ut هَذَا سَوَالٌ سَدَلَ رَسُولُ اللَّهِ عِنْدَ فَاجَابَ عَنْهُ haec est quaestio, de quâ Dei legatus interrogatus respondit. Cumque praepositio haec rem mitti seu negligi notare possit, verbis negligendi, ut غَفَلَ, praetervidendi, لَهِيَ obliviscendi similibusque e lege jungitur, uti et contentum se monstrandi satisfaciendique, ut رَضِيَ, أَغْنَى cum adject. غَنَى, sufficiendi seu substituendi se ut جَزَى et rependendi جَانَزَى Ibn Khac. ed. Weyers p. 33 penult., quia hic semper una res prae alterâ majori recedit vel mittitur. Ponitur عَنْ et alibi, ubi aversionis notio propinqua est, ut شَغَلَ عَنْ exercere aliquem ut aliam rem mittat, se avertat ab eâ, عَاجَزَ عَنْ infirmior erat quam ut oppidum dirueret, estque hic nonnunquam breviloquentia summa, sed e more recepta, ut بَخَلَ عَنْ نَفْسِهِ avarus est ut se ipsum negligat, أَحَبَّتْ حُبَّ الْخَيْرِ عَنْ ذِكْرِ رَبِّي amore bonorum (fortune) ita ducor, ut domini mei memor non sim, أَفْضَلْتُ عَنِّي potior

tu es me. Nota etiam locutionem frequentem مَاتَ عَنْ أَوْلَادٍ

mortuus est a liberis i. e. relinquens liberos, vel مَاتَ عَنِ

mortuus est 40 annos natus. Contra vero عَنِ

post verba *pugnandi* ut جَادَلَ nostrum *pro* exprimit, scilicet pugnando hostem defendere ab amico.

In plurimis عَنِ a مِنْ satis differre, ut neutrum alteri substitui possit, ex his apparet. Sed in quibusdam notio utriusque fere eodem collineat, ut usus nonnunquam ambi-

guus sit. Ita عَنِ post أَبْنِ idem notare potest, quod supra de مِنْ annotavimus; et quanquam verba رَضِيَ, اِغْنَى e lege cum عَنِ ponuntur, raro tamen iis مِنْ quoque antiquius subjicitur, cf. فَوَيْلٌ لِلنَّاسِ لِلْقَاسِيَةِ قُلُوبِهِمْ مِنْ ذِكْرِ اللَّهِ عَنِ *vae* ergo iis quorum corda duriora sunt quin dei memores sint, ubi عَنِ expectabas. Contra *permutandi*, *rependingi* verbis عَوْضَ, جَزَى, بَدَلَ e lege مِنْ subest.

580

2. Notioni motus ad locum plures inserviunt praepositiones:

ad, إِلَى, πρός, لِ inde decurtatum saepiusque multo usitatum, إِلَى gr. ἕως, حَتَّى est *versus*.

1) إِلَى motum notat *ad* locum, seu *versus* eum, ut إِلَى جَاءَ venit *ad me*, إِلَى الْمَدِينَةِ venit *ad urbem*, componunturque semper مِنْ — اب — usque ad; إِلَى آخِرِهِ usque *ad ultimum* (finem) ejus. Idem ad tempus nonnunquam transfertur futurum, ut لِيَجْمَعَنَّكُمْ إِلَى يَوْمِ الْقِيَامَةِ certe col-

liget vos in diem resurrectionis! Porro notare potest rem ad aliam accedentem ut *cumulum, augmentum*, ut nobis saepe per *und cum* verti possit; jungiturque propterea cum *زاد* addere. Transfertur etiam ad *animi inclinationem*, semperque pro simplice dativo v. c. *لي mihi* significantius dicitur *أحب اليّ carior mihi*, *أشهي اليّ exoptatior mihi*, unde contrarium quoque *أبغض اليّ exosior mihi* Tab. p. 60, 14.

Nota interjectionem *ألبك* ad te! i. e. tuas res cura, et dilucidius *ألبك عني* ad te a me! i. e. tuas res cura, me misum faciens.

2) *حتيّ* de quo v. §. 473, ab hoc *اليّ* eo differt, quod 581 rem, ad quam usque motus venit, *tangi et includi* notat, *اليّ* contra non diserte hoc dicit, unde in nonnullis locutionibus satis grave efficitur discrimen. Liberior autem est vocis hujus usus: nam non tantum praepositionis loco est et conjunctionis (§. 627), sed etiam adverbii instar inseri potest notans *adeo*, ut *جاء القوم حتى المشاة venit populus, pedites adeo*, *أكلت السمكة حتى رأسها comedi piscem, adeoque caput ejus*, ubi *أليّ رأسها* notaret: *ad caput ejus usque capite scilicet excluso*; *استوحش من غير الله حتى من نفسه abhorruit ab omnibus praeter deum, vel adeo a se ipso*.

3) *أب* ab *اليّ*, cui ex etymo cognatum est, usu ita semper differt, ut *ad* notet sensu, ut ita dicam, magis ideali.

Nam actionis in remotiorem aliquem transitum ita exprimit, ut idem prorsus denotet, quod nos *dativo* casu dicimus; ea-que notio in arabismo quam in hebraismo constantior facta est. Hinc praepositio **ل** juncturam nominum externam quidem, sed proximam praebet quae post statum constructum et accusativum obtineat. Ita **وَهَبَ لَهٗ** *dedit ei*, **لِي** *dixit mihi*, **مَا لِيْ اَبٌ** *non est mihi pater*, **نَحْنُ لِلّٰهِ** *nos sumus deo*, ubi Latini potius *dei* dicunt (cf. §. 598), **لِلّٰهِ** *laus sit deo!* E primâ notione manat et hoc, ut dicat, *cui* aliquid inserviat, vel *ad* quid adhibeatur, nec non *finem* actionis notare potest infinitivis aliisve substantivis abstractis praepositum, ut **قَامَ لِمُعَاوَنَتِهٖ** *surrexit ad auxilium ei ferendum*. Verbis *dicendi* subjectum **ل** rem quoque, ad quam oratio pertineat s. *de* quâ agatur, notare potest; sed e lege in arabismo id per **فِي** §. 588 exprimitur. Similiter *res*, ad quam actio fiat, seu ad cujus adventum actio fiat, per **بِ** breviter indicari potest, id quod Latini praepositione *ob* dicunt, ut **عَجِبْتُ لِقَوْلِهٖ** *stupui ob ejus dictum*.

Nota locutiones breves, qualis est **هَلْ لَكَ فِيْ اَنْ تَفْعَلَ هَذَا** *estne tibi de eo i. e. consiliumne tibi et voluntas est, s. placetne ut facias hoc?* ubi vis sermonis in juncturâ totâ versatur, in **هَلْ لَكَ** scilicet cum **فِيْ اَنْ** et subjunctivo composito.

De **ل** in *acclamatione* post **بَا** dicto cf. §. 496.

583 3. Praepositio *quietem in loco* indicans est **بِ**. Potest quidem haec ut reliquae per se motum non notantes cum verbis movendi poni, sed ita ut notio earum integra maneat.

Hoc ب *quanquam* latissimi usus est, non ubique tamen bene adhibetur: nam eodem fere modo quo ل *a cognata* الي differre vidimus, ب *ideali* potius usui ita servatum est, ut secretum inde في sensum magis physicum teneat. Igitur

1) sensu proprie locali et temporali ب raro legitur, *quanquam* exempla hujus usus non prorsus desunt, ut نصركم *adjuvit vos deus in oppido Bedr.* Sed superstes inde est usus, in quo ب sensu magis ideali dicitur. Cum enim ب e notione suâ primâ dicere possit, *in quo* res quaedam constet, saepissime ب praedicato ita adjicitur, ut *in quo* contineatur, dilucide non minus quam breviter monstret, ut post verbum يعرف امرؤ القيس الثاني بالحقير *notus est Umrulkais secundus ut seu nomine Muharrik Abulf.* ann. ant. p. 122, antep.; similiter اصغبكم في البنين *elegit vos ut filios* Sur. 43, 16. Deinde etiam ubi praedicatum nomine statim sive substantivo sive adjectivo continetur, ب ei hoc ipso fine accedere potest, ut praedicati subnexi ratio eo dilucidior sit; sed rarissime nec nisi e colore poetico hoc fit, si praedicatum simplici subjecto accedit, ut يا ابي انت وامى *ut pater meus es et mater mea*, formula mortuum lugendi sollemnis, Tab. p. 4, 5 etc. Koseg. ohr. p. 140, 3; facilius in longiori sermone, ut اولم يروا ان الله . . . بقادر على ان يحيي الموتى *nonne ergo viderunt deum — ita potentem esse, ut resuscitet mortuos* Sur. 46, 33. Sed frequentissime id fit post negativum cum subjecto positum, ut saepius post negativum sermonis formam exactiorem et diductiorem fieri notatur. Ita ليس هم بعبيدك وانما هم احرار *non sunt illi*

servi tui, sed liberi sunt, ubi opposita simul cernere licet,

لَسْتُ بِعَالَمٍ *nescius sum*, مَا هُمْ بِمُؤْمِنِينَ *non sunt Credentes*.

Similiter supra §. 554. post negativa مَا et ي praedictum in accusativo subjungi vidimus; quod enim accusativi subjunctio sibi vult, idem praepositio apertius effatur. Notandum tamen, usum praepositionis multo esse frequentiorum quam accusativi. — Ceterum simili ex origine poeta

dicit: لَيْتَ لِي بِهِمْ قَوْمًا إِذَا رَكِبُوا *utinam in iis haberem populum, qui cum etc. i. e. utinam ii mihi essent populus qui ... (ut nos dicimus hätte ich an ihnen)* Ham. p. 8.

584 2) Potest vero notio localis ita amplificari, ut ب rem alteri proxime imminentem, eique quasi inhaerentem notet. Quà quidem ex origine plurimae manant significationes novae et frequentissimae. Dupliciter in universum notio haec concipi potest. *Primum* ita, ut res aliam proxime tangere, eique quasi adhaerere putetur (ubi nos dicimus *an pro in*).

Hinc construitur cum verbis *adhaerendi, jungendi*, ut عَلَتْ, لَفَّ, porro أَخَذَ *capere* et ب أَخَذَ *incipere; credendi et confugiendi*, ut عُدْتُ بِرَبِّي *confugio ad dominum meum; praetereundi*, si proxime praetereundo res tangitur,

ut مَرَّ بِرِي *praeteriit proxime ad me*, حَادَى *e regione fuit* i. q. *incurrit in aliquem, invenit* Tab. p. 226, 20. Haud

absimiliter جَلَسَ بِي *consedit ad eum proxime*. — Eodem refer

usum praepositionis in jurejurando, ut أَقْسَمْتُ بِاللَّهِ *juro per*

deum! بِرَأْسِكَ *per caput tuum!* Jurans enim mente sua

rei, quam advocat, praesens quasi interest, ad eamque totum se convertit, cf. gr. πρὸς, germ. bey ¹⁾):

Deinde ب rem describere potest, quae aliam comitatur, 585 ut ei intime juncta esse et necessario inhaerere videatur. Poni igitur nequit nisi de re secundaria aliam potio-rem

comitante eique inserviente; ita enim a مَعَ cum §. 589 satis diversum est. Nec melius ب hoc sensu praeditum comparatur quam cum comitativo vel instrumentali casu linguae sanscritae, et ablativo latinae, quatenus huic respondet. Estque hinc latissimus praepositionis hujus usus. Nam a)

ب comitatum physicum exprimit, ut سَارَ بِأَهْلِهِ profectus est

cum populo suo, eo cinctus, اشْتَرَى الْحَمَارَ بِالْجَامَةِ emit asinum cum freno suo.

Eodem collineat اَلْتَنَّى ب contentum

esse re (ut nos: sich begnügen an, mit), et impersonaliter dictum

كَفَى بِاللَّهِ شَهِيدًا (genug an Gott als Zeugen i. e.)

sufficit deus ut testis. Hic ante omnia notandum est,

multa verba intransitiva vel consulto sine objecto posita,

quae motum significant, cum ب ita poni, ut res describatur,

quacum quis se moveat, seu quam moveat et agitet.

Sunt haec linguae simplicioris vestigia in arabismo lege sancita inque deliciis linguae habita.

Ita ذَهَبَ بِ abire cum

re i. q. auferre, absportare rem, جَاءَ بِ, venire cum re

i. q. afferre rem, قَامَ بِ, surgere cum re i. q. ele-

vare, portare, sustinere rem, ut قَامَ بِالْحَبِّ sustinuit veri-

1) cf. Zamakshari in Sacyi anth. p. 100 sq.

nuit veritatem, سَمًا بِدِ effert eum Ham. p. 50. Similia

sunt: بِعَثَّ اِلَيَّ يَهُمِٔ misit ad me cum iis i. e. mitti ad me

eos jussit, et aliâ ratione بِعَثَّ بِاَلْمَالِ مَعَهُمِٔ misit cum argento
i. e. argentum mitti jussit cum iis ut legatis Tab. p. 208, 5.

بِزَلَّ لِي lapsavit mecum i. e. labi me fecit, projecit me, in
versu ap. Ibn Khac. ed. Wey. p. 28, 5. Talia grammatici

vulgo breviter ita explicant, ut بِ inservire dicant لِلتَّعَدِيَةِ
ad verbum transitivum faciendum. Sed agnoscenda est
linguae indoles. Et ne verbum simplex tantum seu stirpem
I. hac praepositione stirpis transitivae IV. vim nancisci putes,

confer locutionem ejusdem generis hanc: اَصْبَحَ اللّٰهُ بِالصَّبَاحِ

mane venit deus cum die matutino i. e. illucescere fecit
deus diem Koseg. chr. p. 79, 11. ¹⁾ In multis hic linguae
videas volubilitatem insignem. Nam cum activa brevius ac-
cusativum sibi subjungere possint, lingua tamen frequenter
verbum ejusmodi, quod ullo modo sensum jam per se per-
fectum suppeditat, absolute ponere nexumque vocum luxare

didicit: ita بِعَثَّ mittere quanquam accusativum adsciscere
potest et saepe adsciscit, (tamen cum sensu legandi, lega-
tum mittendi frequentatum sit, saepissime absolute posi-
tum per بِ necti coepit.

586 Similis junctura est, si post اِذَا en ad rem de improvise
allatam animum vocans res per بِ introducitur; notat enim

1) cf. تَنْبَتُ بِالذَّهْنِ profert oleum Sur. 23, 21 et lites gramma-
ticorum arabum de hoc loco agitatae in Sacyi anth. p. 26. 29.

hoc proprie: *en* ille erat *cum* hac re novà i. e. illi haec res de repente obvenit, apparuit. Poniturque post إِذَا ex ori-

gine nominativus quidam, ut بِئِنَّا هُوَ يَسِيرٌ إِذَا هُوَ بِرَهْجٍ *dum proficiscebatur, en erat ipse cum pulvere* i. e. en pulvis

ei apparuit Koseg. chr. p. 103, 2; اِنْطَلَقْنَا نَحْوَ الْجَبَلِ تَائِدًا هُنَا

بِسِرْبٍ *contenderunt in montem et ecce! solium inveniebant* Abulf. 'ann. ant. p. 32, antep. Tab. p. 100, antep. cl. p. 62, 14. Sed satis frequenter nominativus ejusmodi, cum

sensus ejus e contextu sequatur, omittitur, ut اَللَّفْتُوْا فَاِذَا بِرَجُلٍ

صَرِيْعًا *convertentes se en! hominem prostratum invenie-*

bant. Optime confertur locutio contracta: كَانَكُ بِهِمْ *quasi sis cum eo (an ihm)* i. e. videris eos assequi seu conspiciere posse Abulf. Ann. M. T. I. p. 182 adnot.

Alia hic animadvertenda est constructio singularis. Si post temporis definitionem generalem exactior numeri denotatio sequitur, ea per ب brevissime eodem modo explicatur,

quo Latini hic ablativo uti possunt; e. c. كَانَتْ وَقْتُتِ طِهْمُوخَارِسَ

مَتَّعَدِمًا لَوْقَتِ بَطْلَمَيْوسَ بِارْبَعِمِائَةِ وَعِشْرِيْنَ سَنَةً *aetas Timocharis aetatem Ptolemaei 420 annis superat* Abulf. ann. ant.

p. 154, 4 a f. cf. p. 26, 12. 28, 11. 56, 20. 160, 21. مَاتَ بَعْدَ

بِقَلْبِ الْمَنِيِّ *mortuus est paulo post prophetam* Tab. p.

182, 6. cf. p. 76, 7. اَدْوَمَ بَعْدَ ذَلِكَ بِاَيَّامٍ بِشَهْرَيْنِ وَاَيَّامٍ *advenit paulo post haec, mensibus duobus et diebus paucis*

interjectis p. 88, 3. كَتَبَ الْاَبِيَّ قَبْلَ اَنْ يُّوجِدَ خَالِدًا بِاَيَّامٍ

scripsit ad eum paucis diebus ante quam Chaldedum dimitteret p. 148, 10. Cf. §. 508.

Eodem denique refer **بِلا** sine, propr. *non cum*, quâ in voce duae notiones in unam integram coaluerunt, praepositâ simul praepositione. Hinc non minus quam simplex **ب** genitivum sibi subjungit. Ceterum non nisi indefinitum nomen sequi potest.

587 b) De instrumento quovis actionem comitante **ب** semper

adhibetur, ut **سَاعَسِلْ عَنِّي الْعَارِ** *jecit eum lapide*, **رَمَاهُ بِحِجْرِي**

بِالسَّيْفِ *abstergam a me dedecus ense!* et alia innumera.

Infinitivis idem jungitur, ut **ظَلَمْتُمْ أَنْفُسَكُمْ بِاتِّخَاذِكُمُ الْعِجْلِ**

in vosmet ipsos peccastis eo quod vitulam elegistis. Idem rarius ad *personam* transferri potest, modo ea instrumenti instar habeatur.

Derivatus autem inde est usus peculiaris praepositionis **ب** de *pretio* dictae. Proprie et hoc sensu instrumenti est, cum pretio dato rem acquiramus; hinc componitur verbis

emendi, rependendi, substituendi, ut **عَوَّضَ، جَزَى، وَاشْتَرَى**.

Eodem e fonte interpretandum **بِهَا** *pro eo quod* = *quia*, ut

لَهُمْ عَذَابٌ أَلِيمٌ بِمَا كَانُوا يَكْذِبُونَ *iis est poena doloris plena,*

quia mentiebantur. Atque similia multa reperiuntur, ut

لَا يُقْتَلَنَّ فِيَّ إِلَّا قَاتِلِي *vita pro vita!*

ne interficiatur propter me nisi qui me interfecit Henz. fr. p. 98, 2. 5. 8.

Haec potiora sunt praepositionis hujus frequentissimae usus genera. Alia ex his et iis quae sequuntur facile judicari poterunt.

في quietem *in* spatio vel tempore notat, ut في الدار 588

tus statim per ان cum perfecto annectitur, ut ^وامر ان ^وسار ^وامر

imperavit ei ut proficisceretur, idem fere quod ^وامر ان ^وفسار ^وامر, de quo

v. §. 727 sq. Similiter alia verba jungi possunt, ut ^واتفقوا ^وعلي ان ^واتفقوا

حاربوا ^و consenserunt in hoc ut debellarent Abulf. ann. ant. p.

182, 2, ut eventus consilii statim, ut ex historiae fide accidit, narretur.

mos, ut بحبسوا اولادهم كان erat e more ch-
lifarum liberos suos in vinculis tenere Sac. chr. T. 1. p.
01, 5. ٧٤, 2. Abulf. ann. T. 2. p. 232, 4. 5. Nota etiam
locutionem hanc: ما كان لنفس ان تموت الا باذن الله
hominis, ut moriatur nisi jussu dei Sur. 3, 78. 145. 162
Nec necesse est ut verbum vel nomen verbale praecedat,
modo notio subjunctivum poscat, ut in hoc: اما ان يكون
sive (ponamus, credamus, ut) sit, sive non
sit, ubi Latinis simplicem conjunctivum ponere sufficit, Ara-
bes ان inserere debent, cum iis subjunctivus per se stare
nequeat; ان تفعل هذا خير لك
Sur. 4, 24. Sed non ubicunque imperfectum ponendum est, ibi post
ان subjunctivus requiritur: nam si imperfectum simplicis
praesentis vi indutum est, et ان nil nisi rem certam prio-
ribus annexam eloquitur, latino quod respondens, subjunctivo
locus esse nequit, ut اعلم ان ينوم scio quod dormit = eum
dormire, quanquam ibi ad ambiguitatem evitandam اند
e §. 678 dicere praestat. Qua ex ratione post verba cogi-
tandi, suspiciendi, dubitandi, ut ظن, خال et similia, sub-
jectivus necessarius non est; sed cum in his facile consilii,
quo res agenda sit, notio accedat, lingua nonnunquam inter
utramque dicendi rationem ambigit; ita لام vituperare cum
ان et naçbato construitur, quia notat vituperare id, quod
quis facere non debeat, Taraf. M. v. 56.

ut eum verberaret; nota praesertim frequentem hanc locutionem:

ما كنت لأفعله non sum is, ut hoc faciam i. e.

non sum ita comparatus, ut hoc facere velim, لم تكن

استستزلهم non is fuisti, qui eos seducere velles possesse

Sur. 3, 180. 15, 33. Tab. p. 226, 15. 244, 13. 14. Iba-

Khac. p. 56, ult. p. 198. Harir. p. 71, 7. Kos. chr. p. 103, 9

Quodsi negatio accedat, ea non proxime voci ل adjungitur,

utpote quae ex origine praepositio est; sed semper أن simul interponitur, quod primitus praepositioni ante verba ponenda

semper succedit §. 722; unde negativum est لئلا, vobis diversis in unum conflatis, gr. ἵνα μή.

Ejusdem notiois, sed gravior est conjunctio كي ὅπως §. 481, 2 vel disertius cum illo dictum لكي (germanicum auf dass), cum negatione كَيْلَا vel كَيْلَا ὅπως μή. Ea conjunctio paulo rarior est, v. infra §. 740.

627 2) Deinde subjunctivus particulis aliquot postponitur, si e tota sermonis vi et nexu actio haec ut a priori demum pendens eique subdita sistitur per se; quod si fit, particulae quidem simplice et proximâ notione ponuntur, sed verbi iis subjuncti modus notionem, quae in universo nexu sermonis elucet, singularem apertius indicat. Fitque id varie:

حتى conjunctio eo usque ut, donec, si notat finem actionis seu actionem eo usque continuatam, donec quod quis voluit assequatur, ut

أجره حتى يسمع كلام الله recipe eum donec audiat

i. e. hoc consilio ut tandem audiat dei verbum, نطاعن

insigniat, sibi postponit, ut semper Latini in his *ut cum* conjunctivo ponere possint. *اغفر لي يا ربي فادخل الجنة* *ignosce mihi*

o domine, ut paradisi intrem, هل تريد في الدار فامضي اليه *num Zaid domi suae est, ut ad eum me conferam?*

لسنا كمن كنتم تصيبون سلة فنقيل ضما او تحكم قاضيا *non sumus ut quem inveniebatis praedatorem, ut recipiamus injuriam aut ad judicem provocemus* Ham. p. 55.

قد كنت في خير فتعرفه *vix fortunam attigisti ut eam noveris* Kam. p. 405, 7. Post jussivum negativum latine hoc *ne* per *ne* vertere licet, quanquam notio ejus ipsa minime mutetur,

لا تسمعوا مقاتلتهم فبذهبوا ينصيبكم من هذا الامر *ne sermoni eorum obtemperate ut proinde auferant* i. q. *ne auferant partem vestram ex hoc imperio* Tab. p. 36, 20.

لا تؤاخذني فاهلك *ne castiga me, ut ne peream.*

Similem ob notionem subjunctivus sequitur voculam *اذن* vel *اذن* 1) §. 490, si consequentiam e proxime antecedentibus, ut animi motum seu consilium, describit, ut si quis dicenti: *ego te cras invisam respondet اذن اكرمك* *tum te*

1) decurtari Kam. dicit rarissime in *ذن*. Sed falso quis *اذن* ex *اذن* ex *ان* compositum esse recentius opinatus est, quod nec per se ullo modo verisimile est nec Arabum testimonio firmatur. Acoedit quod opinio haec perverso isto fundamento nititur, quasi subjunctivus ubique e magicà voculae *ان* vi penderet.

honorabo! ¹⁾ i. q. age, fac hoc ut te honorem. In hoc prudens quisque اذن a نى ita tantum differre judicabit, ut نى in juncturâ arctiore, اذن in minus arctâ, velut ab initio responsionis, collocetur; notio autem subjunctivi utrimque eadem est.

Vel و simplex copula subjunctivo praeponi potest, simili verborum statu, quem in نى vidimus, hoc tamen inter و et نى discrimine necessario intercedente, ut و non consequentiam temporis denotet, sed cogitationem priori subordinatam remque eodem tempore simul gerendam, ut لا تَنْهَ عَنِ الْخَلْفِ ^{صَادُونَ} *ne reprobos mores, ut ipse simul similes proferas, مثلہ فتاتي* *ne reprobos mores, ut ipse simul similes proferas, هل تاكل السمك وتشرب اللبن* *num edes piscem ut simul bibas lac?* Simplex per و junctura ex vetere linguae indole permansit: sed in modo notio exactior est expressa. Quodque hic in modo cernimus, idem jam in accusativo observavimus §. 564.

أو ^ع *aut si ante enunciationem priori arctius nexam notat nisi forte e contrario sit ut illud fiat, necessario subjunctivum comitatur, velut si quis post verba: deus ad homines per revelationem tantum loqui potest, dicat: أو يرسل رسولاً فبويج اليه* *aut mittat i. q. nisi forte sit ut mittat legatum eique revelet quae vult Sur. 42, 50. 51. 3, 72; لاقتلن الكافر أو يرسل* *profecto interficiam paganum, aut i. e. nisi Moslemus fiat, نحارب ملكاً أو نموت ونعدراً* *recuperabimus regnum nisi*

1) Germani propius ad arabismum, so ehre ich dich! seu: so will ich dich ehren!

accidat ut moriamur et excusemur ita Abulf. ann. ant. p. 134, 5. Potest etiam praecedere perfectum in narratione,

ut كَرِهَتْ الرِّحْلَةَ عَنْ تِلْكَ الْمَدِينَةِ أَوْ أَشْهَدَ بِهَا يَوْمَ الزَّيْنَةِ

nolui ab hac urbe proficisci, nisi ita ut in eâ diei festo affuissem Harir. p. 45, 2. 1). Possuntque duo subinde poni,

quae excipias, ut لَا أَتَكَلَّمُ أَوْ أَظْفَرُ أَوْ أَقْتُلُ *non loquar, nisi vicero aut interfectus fuero* Tab. p. 166, 13. Sed licet etiam aliâ ratione per repetitum أَوْ disjunctivas duas enuncia-

tiones formare, quae utraeque priori subjiciantur; ut لَيْسَ لَكَ

مِنْ الْأَمْرِ شَيْءٌ أَوْ يَتُوبُ عَلَيْهِمْ أَوْ يُعَذِّبُهُمْ

refert, sive veniam iis det (deus) sive eos puniat Sur. 3, 128.

3) Ex omnibus autem, quae jam explicita sunt, subjunctivum patet non posse nisi proxime post conjunctionem poni, nullâ voce intercedente nisi simplice negatione et, si forte interveniat, interjectione vel vocativo; uti nec jussivus poni potest nisi conjunctione praeviâ, ex quâ pendeat. Rarissime

poeta quis nudum naçbatum sine أَنْ^١ posuit, si subjunctivi collocatio e nexu verborum satis dilucido hoc ferre videretur,

ut أَهْبَأْ ذَا اللَّامِي أَحْضَرَ الْوَيْيِ

quod pugnae intersim Taraf. M. v. 56; sequitur ibi in se-

quenti membro وَأَنْ^٢ et quod cum naçbato alio.

630 3. De modo g'ezmato v. §. 310 dicta et quae deinceps dicentur. Hic de finibus breviter dicendum, quibus jussivi proprie ita dicendi usus in arabismo circumscriptus est.

1) novâ ratione أَوْ نَقُولُ aut (nisi hoc ita fuit, ut diximus) dicendum nobis esset Ibn-Khaldun in Sac. chr., T. 2. p. 122, 12. 127, 1.

Scilicet plurima jam antiquae libertatis vestigia in jussivi usu abolita sunt, perinde ac lingua franco-gallica conjunctivo sine conjunctionibus uti nequit. Per se enim et ab initio sermonis jussivus amplius non dicitur, sed fortius quaerit fulcrum quo sermo concitatus incipiens nitatur. Id autem varium est.

Sufficit jam negatio simplex, ut ^{لَا} ^{فَعَلْ} *ne faciat* §. 695. Nec minus, imperativus si ab initio ponitur, jussivus simplex fertur, nec tamen orationem novo impetu sumto rectà continuans, sed imperativo ita subditus, ut simul actionis prioris consequentiam e mente loquentis faciendam indicet; quae quidem frequens et arabismo peculiaris dictio est, v. §. 732. Denique jussivus post particulam *conditionalem* aliasque sensu ei compares in protasi aequae atque in apodosi fertur, ut inde a §. 750 uberius demonstratum ibimus. Si vero jussivus ab initio ponendus est, ut fulcro justo nitatur, ^{لَا} ei ex §. 472

praefigitur, ut ^{لَا} ^{فَعَلْ} *faciat!* hoc enim ^{لَا} notionem, quae jussivo per se inest, insignit tantum et illustrat. Rarissime poeta quis jussivum nudum sufficere putavit, cujus generis

Arabes versum huncce exempli instar vitandi laudant: ^{مُحَمَّدُ}

^{تَفِدْ} ^{نَفْسَكَ} ^{كُلَّ} ^{نَفْسٍ} *o Muhammed! redimat animam tuam quaevis anima!* Facilius paulo idem poetae licitum habent,

si in priori enunciatione jussivus jam praecessit, ut ^{فَلَا} ^{تَسْتَطِيعُ}

^{مَنِّي} ^{بِقَاءِي} ^{وَمُدَّتِي} ^{وَلَكِنْ} ^{يَكُنْ} ^{لِلْخَيْرِ} ^{مِنْكَ} ^{نَصِيبٌ} *ne mihi vitam diesque meos extendas, sed sit mihi felicitatis tuae pars!* vel si vox quaedam cogitandi praemissa est, a qua

jussivus facilius pendeat, ut ^{قُلْتُ} ^{لِبَوَّابٍ} ^{لَدَيْهِ} ^{دَارُهَا} ^{تَمُدُّنِ} *dixi ad janitorem, penes quem ejus domus erat: veniam des!* ¹⁾

1) v. exempla haec in Sac. chr. 3. p. 528.

631 Omnes autem modos ex imperfecti formâ proximâ s. raf'atâ derivatos, naçbatum aequè ac jussivum et imperativum, etsi bene distinctos, tamen velut ramos ex unâ stirpe enasci exutâque peculiari suâ formâ in communem illum fontem relabi posse, bene tenendum est. Nam ut ab initio sermonis modi hi satis distincti sunt, ita eo progrediente vel impedimento accedente vi modi peculiaris obtusâ facile in raf'atum transeunt. Inde haecce explicantur: 1) Imperativus, si longius continuandus esset, facile in imperfectum transit, ut quae faciendâ sint, sedatius jam in futuro describantur ¹⁾); fitque id v. c. e lege, si ^{تُم} *tum* interponitur, ut Tab. p. 148, 7. — 2) Facilius jussivi et naçbati vis per plura verba copulâ juncta perdurat, nec ^{تُم} impedimentum injicit, ut Sur. 3, 78. 43, 13. 47, 11. 48, 2. 3. 25. 49, 6. Tab. p. 9, ult. 10, 1. 96, 1. Interim post naçbatum haud raro raf'atus redit in oratione per copulam continuatâ, ut Henz. fr. p. 62, 6. 7; potestque negatio accedens vim conjunctionis naçbatum flagitantis adeo frangere, ut post ^{أَنْ} ^{لَا} ^{أَلَّا} ex ^{أَنْ} ^{لَا} ^{أَلَّا} compositum naçbatus non minus quam raf'atus feratur, testante Tebrizio ad Ham. p. 196. Gravior est jussivi continuandi constantia, quae quâ ratione infringi possit, v. infra §. 750 sqq.

632 II. Integra enunciatio verbalis, subjecto et verbo constans, uni verbo ita subjungi potest, ut subjectum illud in accusativum transeat, verbum autem ejus ei semper postponendum hoc ipso vocum ordine ut subjunctum discernatur. Est haec eadem structura, quâ Latinis accusativus cum infinitivo verbo uni transitivo subjungitur: in arabismo simplicius tantum et laxius verbum finitum enunciationis subjunctae servatur, sed ita, ut ex ipsâ vocabulorum serie subjunctum dignoscatur. Verba autem vi hac insignia sunt verba transi-

1) in hebraismo idem etiam frequentius fit, cf. gr. hebr. cr. p. 556.

tiva *videndi*, *audiendi*, *sentiendi*, *putandi* et similia, quae frequentioris usus sunt omnia. Ita 1) si verbum subjunctum

rem simpliciter perfectam et praeteritam describit, ut رأيتهم ^{رَأَيْتُهُمْ} *vidi eum jam fecisse illud*, رَأَوْهُمْ لَمْ يَعْجُرُوا ^{رَأَوْهُمْ لَمْ يَعْجُرُوا} *quod fecerit illud*

viderunt eos non transiisse, أَظَنُّهُمْ قَدْ مَاتُوا ^{أَظَنُّهُمْ قَدْ مَاتُوا} *puto eos jam*

mortuos esse; similiter هَبِّكَ اَعْتَسَمْتَ اللَّيْلَ ^{هَبِّكَ اَعْتَسَمْتَ اللَّيْلَ} *da i. e. fac*, pone, *te noctu in devia aberrasse* Ibn - Khac. p. 36, 5. 1).

Hic verbum finitum semper subjungendum est, cum participium, quod fortasse iis substituatur, non adsit, cf. §. 633 sqq.

— 2) Si verbum subjunctum praesentis loco est, ut رأيتهم يموت ^{رَأَيْتُهُمْ يَمُوتُ}

vidi eum mori seu morientem, سَمِعْتُهُ يَقُولُ ^{سَمِعْتُهُ يَقُولُ} *audivi eum*

dicere, أَقْتَرُونِي أَقْتُلْ أَيْ ^{أَقْتَرُونِي أَقْتُلْ أَيْ} *putatisne ergo me fratrem meum interficere?* Porro si actio in futurum tempus transire cogitanda est, ut مَا تَرَانِي أَصْنَعُ بِكَ ^{مَا تَرَانِي أَصْنَعُ بِكَ}

quid putas faciam i. e. mihi faciendum esse tecum? Tab. p. 184, 18. 246, 6; quanquam ubi futurum diserte distinguendum est, sensus di-

lucidior redditur circumscriptione, qualis haec est: لَا أَرِي أَنْ ^{لَا أَرِي أَنْ}

سَبَّأْتِي ^{سَبَّأْتِي} *non puto eum ad nos venturum esse.* Hic autem, cum participium ex §. 634 sq. substitui possit, verbum finitum saltem non necessarium est;

aequo enim jure dicitur رَأَيْتَهُ مَاتَ ^{رَأَيْتَهُ مَاتَ} *de praesente*, et vel مَا

تَرَانِي صَانِعًا بِكَ ^{تَرَانِي صَانِعًا بِكَ} *cum illo alternans* Tab. p. 244, 16. — Quod-

1) eundem usum hujus هَبِّ v. Sac. anth. p. 445; et diductius dictum

هَبِّ أَنْكَ ^{هَبِّ أَنْكَ} Taalibi c. 8.

si verbum ex his transitivum in passivum abeat, e §. 546 misso accusativo verbum finitum statim subjungitur, ut مع

يقول ^{هو} ^{قوله} *auditus est* 'Amr dicens, vel auditum est, 'Amrum dicere Sac. chr. T. I. p. 494.

2. De participio et infinitivo.

633 Nomina haec verbalia quatenus nominum reliquorum normam legesque sequuntur, supra in doctrinâ de nomine explicita sunt; sed quâ ratione ad verba propius accedant eque verborum indole usus eorum pendeat, hic distinctius exponendum est.

Participium personam vel rem ponit, cui verbi notio insit. Quâ ex notione et vi duplex promanat ejus usus praecipuus. Nam aut brevis ita participio ponitur denotatio *personae* agentis vel patientis, cui si velis verbum finitum cum pronomine relativo substituas, ut *agens* i. q. *qui agit*; aut participium datâ operâ eligitur, ut *statum* agentis *durantem* describat. Praedicati enim loco positum a verbo finito actionis exercitationem describente per se ita differt, ut actionem certo quodam temporis spatio fixam, *durantem* proponat. Hinc participium in linguis semiticis praedicati vice positum temporis paene verbi peculiaris vim hanc induit, ut actionem *durantem* seu praesentem depingat vario usu. Quod idem quatenus in arabismo obtineat, jam primo loco age fusius demonstramus.

634 1. Participium verbi vice ad *statum* depingendum in arabismo rarius est quam in hebraismo multoque minus frequens quam in aramaismo; imperfecti enim usus in his maxime invaluit, cf. §. 206 sqq. Nec participium verbi loco est nisi e legibus hisce:

1) In enunciatione per se stante participium actionem longius *durantem* nunquam permanentem sistit, ut محمد نام ^{هو} ^{قوله}

Muhammed dormit, hoc ipso quo loquimur momento,

هَوَايَ مَعَ الرَّكْبِ *esurio* Abulf. ann. T. I. p. 70, 10. أَنَا جَائِعٌ

الْجَائِزِينَ مَصْعِدٌ *amor meus cum equitibus Jemanensibus*

ascendit Ham. p. 22 cf. p. 382, 5 a f. et alia multa. Hic imperfectum saepe promiscue ponitur: sed in prosâ tamen oratione discrimen plerumque servatur hoc, ut actio celerius transiens vel motus et cursus continui imperfecto, status contra magis

durantis participio notetur ¹⁾. Potest etiam poetice أَن §. 488

praeponi, quod bene statum commonstrat, ut أَنَا مَحْبُوكٌ

en nos salutamus te Ham. p. 45. 400.

Sed cum participium ita rem in statu praesenti versan-

tem monstret, pro sententiae ratione *futuram* quoque rem vel *instantem* vel *vividius* expressam tantum ut animo praesentem et certam obversantem notare potest, atque hic pro-

priam ferè sedem tenet participium. Sic: كُلُّ نَفْسٍ ذَائِقَةُ الْمَوْتِ

omnis homo gustabit mortem, نَزِيدٌ نَاكِحٌ ابْنَهُ غَدًا نَزِيدَةً

Zaidi filius cras Zubidae nubet, أَنَا قَاتِلُهُ *interfecturus*

sum eum Tab. p. 62, 14; et in passivo هَذَا مَعْتَوِلٌ *hic interficiendus est* p. 218, 9. Idemque in enunciationibus annexis cernitur, ut

يُظَنُّونَ أَنَّهُمْ مَلَأُوا رَيْبَهُمْ *putant se coram*

domino suo apparituros esse Kor., قَدْ أَطْرَقَ بِنَظَرٍ مَا هُمْ

tacuit expectans, quid illi facturi essent Tab.

1) cf. *κλεισθε* per *تبكون*, sed *καθιδετε* per *زاييم* redditum ab Arabe Erp. Marc. 5, 39.

p. 126, 9 (pro quo v. 10 بِصَنَعُونَ, cum imperfectum non falsum, sed minus distinctum sit) cl. p. 60, pen. 98, 10. 11. Abulf. ann. ant. p. 54, 7. 60, 4. Saepius tamen futuri notio praeposito أَنْ acuitur, ut hebr. אֲנִי אֶתְּכֶם eidem fini inservit, ut أَنْدُ حَارِجٌ وَقَاتِعٌ أُبْدِيهِمْ وَضَارِبٌ ego te interficiam, أَنَا سَائِرٌ أَلَيْهَا en ille prodibit, manus abscindet, cervices secabit et cruci eos figet, unde simul plura participia unâ serie sic se excipere posse patet; أَنْتَ مَيِّتٌ وَأَنْهَمُ مَيِّتُونَ tu morieris et illi morientur Tab. p. 6, 17 sqq. 8, 19. 180, 10. 184, 2. Sur. 3, 54. Abulf. ann. ant. p. 32, 19. 21. musl. T. I. p. 214, 10; rarius هَا §. 494 praepositur, ut هَا

Cumque participium tam frequenter futurum instans notet, non mirum quod nonnunquam jam كَانَ ei praepositum novum format tempus compositum, ex eorum quae §. 202. 208. 213. descripta sunt indole; oritur enim sic futuri praeteritum, ut كَانَ مَفْعُولًا res quae erat facienda Wakidi Aeg. p. 53, 16. 59, 13. — مَا كَانَ كَانْنَا لَوْ quid futurum esset si — Tab. p. 174, 12.

636 2) appositum participium ejusdem ubique notionis est, sed status, quem participium depingit, pro tempore, in quo describendo oratio versatur, vario varie concipitur; potest enim hic status ad praeteritum, praesens vel futurum pertinere. Ita أَنشَدَ وهو محبوسٌ بِمَكَّةَ cecinit dum in vinculis erat Meccae, دَعَانِي الْمَامُونُ وهو وأخوه جالسان علي شاطي نهر

فَقَالَ *vocato mihi Mamun, ipse cum fratre ad fluvii ripam*
considerens, dixit, جَدَّ الْمَهْدِيِّ فِي الْهَرَبِ وَقَدِمَ طَرَابِلُسَ الْغَرْبِ

Mahdi in fuga properans Tripolim
Africae pervenit, Zijadatallā eum exspectante; مِمَّنْ

ex iis est, quos feminae
conceperunt, dum nectunt ligamenta vestis (i. e. abiturae,
renitentes) Ham. p. 35. potestque vel in rei praeteritae re-
petitae narratione participium hoc statum durantem descri-
bens apponi, ut Abulf. ann. T. 2. p. 340, 9. 12. Praesens in

hoc describitur: مَنِ مَنِ بِسَلَامٍ وَجْهَهُ إِلَى اللَّهِ وَهُوَ مُحْسِنٌ
deum se totum convertit bene faciens Sur. 31, 22; futu-
rum Sur. 42, 22. Potest etiam praecedere enunciatio parti-

cipialis, ut in hoc: بَيْنَا أَنَا رَاكِبٌ — فَسَمِعْتُ نَدَاءً مِنْ وِرَاءِي

interea dum equitabam, audivi clamorem a tergo. Appa-
ret vero e §. 620, hic imperfectum quoque in praeterito poni
posse; atque imperfectum adeo frequentius est. Discrimen
autem in his iisque, quae proxime sequuntur, iterum hoc in-
tercedit, quod participium magis statum actionis immutatae
et immotae seu conditionem magis quam actionem describit,

ut دُومًا وَهُوَ رَاكِبٌ وَاقِفٌ يَنْظُرُ, dum ipse stabat videns, (vel, quod ad

idem redit, وَهُوَ رَاكِبٌ نَاطِرًا cf. Kos. chr. p. 68 penult. cum
p. 85, 3;) v. Kos. chr. p. 68, pen. 78, 9. 10. 96, 14. 117,
13. 14. Sur. 42. 44. Henz. fr. p. 91, 4. Freyt. chr. p. 31, 1.

Quodsi persona participii eadem est quae subjecti ver- 637
 baque ambo e sensu sermonis universo arctius cohaerent,
 participium statim verbo priori subjungi potest, in accusativo

igitur ex §. 552 efferendum, ut وَصَلَ رَاجِعًا venit rediens,
 حَجَّ هَارِبًا عَادَ مِنْهُرْمَا rediit fugiens, هَارِبًا خَرَجَ existiit fugiens, حَجَّ
 لِسْتَوِي جَالِسًا peregrinatus est ad aedem sacram pedes, مَاشِبًا
 erexit se (cum prius cubuisset) sedens Abulf. ann. T. 2. p. 136, 4;
 قَالَ مُخَاطِبًا نَفْسَهُ dixit alloquens se ipsum; possuntque
 plura etiam participia subjungi, ut جَاءَ تَرَاوِعًا وَمُعَظَّمًا لِهَذَا الْبَيْتِ
 venit visitans et venerans hanc domum T. 1. p. 124, 8. 1).
 Hinc etiam verbis illis, quae §. 621-23 imperfectum sibi sub-
 jungere dictum est, participium subjungitur, si notio status
 durantis participio magis favet; praecipue huc pertinet
 لَمْ يَنْزِلْ بِرَحْمَةٍ non desiit esse in hoc statu ²), ut
 مَا دَامَ الْغَضَبُ لَمْ يَنْزِلْ مَحْبُوسًا non desiit captivus teneri, مَا دَامَ
 الْغَضَبُ quousque ira continuabit subigere i. q. subiget
 te, بَقِيَ مُتَحَرِّرًا عَلَيَّ نَفْسِي mansit i. e. perrexit cavere sibi,
 timere sibi, poetice مَا نَزَّالٌ ³ مَاكُودٌ non desinit devorari
 i. e. semper devoratur, مَا أَنْفَكَ مُشْتَعِرِي non desiit docere
 me cf. Abulf. ann. T. 2. p. 48, 5. 120, 5. 270, 5. 6. 284, 12.

1) in versionibus e graeco arabicis participium hoc nonnunquam latiori
 sensu adhibetur, graeci sermonis exemplo, ut وَقَفَ مُسَلِّمًا قَائِلًا
 stetit salutans, dicens Lokm. fab. 6.

2) graecam hanc esse structuram, satis notum est. Sed origo ejus
 in semiticis linguis facilius perspicitur quam in graeca, licet apud
 omnes populos usus hic participii ex ejus notione promanet.

3) nominativus sic pro accusativo, propter rhythmum.

362, 2. ann. ant. p. 40, 17. Ham. p. 194. Caab ben Zoh. carm. v. 50. Ibn - Khac. p. 22, 2. Similiter ^{عُودِي مَبْنِيَّةٌ} عودِي *redi* i. e. *iterum reddere aedificata*, denuo aedificare Abulf. ann. ant. p. 76, 6.

Denique eâdem ratione participium nonnunquam verbo 638 ^{كانَ} snbjungitur, ut ^{فَانَرَا} *كانَ* *habitabat* illo tempore Abulf. ann. ant. p. 142, 7. ^{كَانُوا رَاجِعِينَ} *كانُوا* *redibant*, in reditu erant eo ipso, quo res nova accidit, tempore Tab. p. 156, pen. Discrimen participium inter et imperfectum similiter usitatum §. 208, si quod est, eo redit, quod participium statum magis rei haud motae immutatum exprimit, imperfectum rem celerius transeuntem vel repetitam, ut in somnio describendo: *undecim baculi longi* ^{مَرْكُوزَةً} *كانتَ* *erant fixi in terra*, *et ecce baculus minor superveniebat* ^{تَثْبُ} *علي* iis Sac. anth. p. 127, 18. Interim discrimen hoc non ubique sibi constat, cum participium omnino multo rarius factum sit.

2. Ab hoc participii usu prorsus diversus is est, quo 639 brevius personam cum verbo junctam offert, ut ubique e sensu locutionis in pronomen aliquod relativum cum tertiâ verbi finiti personâ possit resolvi. Hoc participium unice e verborum nexu ita pendet, ut, ubicunque brevior haec dicendi formula apta sit, participium potius habeatur. Igitur nil refert, utrum subjecti an praedicati loco sit; utque nomini vulgari prorsus par est, ita articulum ubique ferre potest. Nec temporis certi notio participio huic inest; nam nexu verborum ita ferente et imperfectum et perfectum in participium transire potest. Primum igitur praesens aoristum ei inesse potest, ut ^{أَنَا الْبَارِئُونَ} *أَنَا* *en nos sumus profunden-*

summa haec valet, participium ut infinitivum verbi sui finiti juncturam sequi, ab eaque totum pendere. Igitur si verbum praepositioni jungitur, participium eandem sibi annectit, ut

انَّ اللّٰهَ عَلٰى كُلِّ شَيْءٍ قَدِيْرٌ certe deus de omni re potens est i. e. omne efficere potest, ubi participium intransitivum habes:

مَا اللّٰهُ بِغَافِلٍ عَمَّا تَعْمَلُوْنَ non negligit deus id quod facitis, cf. de عَمَّ cum غَمَلَ §. 579.

Sed si verbum proxime cum objecto construitur, duae 642 juncturae hic obtinere possunt. Proximum quidem e verbi structurâ hic est, accusativum, qui verbo subjicitur, eundem participio subjungere; sed cum nominum junctura proxima per statum constr. fiat, quae junctura per se accusativi cum verbis juncturae prorsus respondet, participium etiam ubique pro accusativo nominum ceterorum more statum constructum subire potest; cf. §. 525. Neque in status constructi juncturâ apud Arabes refert, utrum participium verbi loco sit nec ne ¹⁾); nam ex utrâque ratione participium fere ubique aequo jure aut accusativo aut genitivo adjungitur, ut apud poetas arbitrium saepe e metri ratione aptâ pendeat. Genitivi tamen structura brevior in universum potior habetur. Interim accusativi junctura, cum per se laxior sit, frequentior et melior est, si participium in praedicato cum ب prae-positione §. 583 indefinite ponitur, ut مَا اَنْتَ بِتَابِعٍ قَبْلَتِهِمْ non tu es qui sequaris eorum kiblâ; et similiter, si participium post interjectionem بِا §. 640 absolute potius ponitur, ut بِا طَالَعًا جَبَلًا o eum qui adscendit montem! Contra genitivi junctura praefertur, si participium ob verborum ne-

1) Apud Hebraeos id discrimen paulo plus valet. Sed omnino apud eos participium in hoc usu ad verba propius accedit.

xum facilem relativum pronomen cum perfecto circumscribit (§. 639), ut *هُوَ قَاتِلٌ أَخِيهِ* is est, qui interfecit fratrem suum, cum in his participium a verbi vi temporisque praesentis proximi notione longissime absit totamque nominis vim subeat. Neque tamen et hic accusativus haud toleratur, si nomen aliquod interponendum aetam status constr. juncturam prohibeat, ut in hoc *عَمْرُو الْقَاتِلِ أَبُوهُ مُحَمَّدًا* §. 639. — Cf. praeterea, quae §. 525 jam de usu status constructi monita sunt.

643 Quamquam vero status constructus, si nihil ei obstat, in his frequentior sit concinniorque: tamen is magis a verborum nexu externo quam sensu interno et necessario pendet; unde laxioris per accusativum juncturae, non minus probandae, vestigia satis multa adsunt. Nam suffixum primae pers. sing. *ي*, quod verbis proprium accusativum dicit §. 367, in his vel post statum constr. frequentissimum est, ut *هَلْ أَنْتُمْ صَادِقُونَ* *fidemne mihi habebitis?* *هَلْ أَنْتُمْ مُطَاعُونَ فَاطَعًا* *vosne me spectare sinetis, ut spectem?* Possuntque ante suffixa vel soni pluralis et dualis nasales servari, ut *الضَّارِبُونَكَ* vel *الضَّارِبُونَكَ* *qui te feriunt*, *الضَّارِبَاءُ* vel *الضَّارِبَاءُ* *duo qui eum feriunt*. Occurrit etiam raro accusativus nominis perfecti post statum constr., ut *الضَّارِبُونَ زَيْدًا* *qui Zaidum feriunt*. Porro cum genitivus magis e nexu externo pendeat, si nomina plura per deinceps annectuntur, prius tantum post statum constr. in genitivo necessario pronunciat, sequentia, cum nexus ille remotior jam sit, in laxiorem accusativi subjunctionem transire possunt, ut *مُبْتَغِي جَاهٍ وَمَالًا مِنْ نَهْضٍ* *quaerit honorem et*

opes qui surgit, جَاعِلُ اللَّيْلِ سَكَنًا وَالشَّمْسِ وَالْقَمَرِ حَسْبَانَا
 qui facit noctem ad quietem, et solem lunamque ad cal-
 culum.

Quodsi verbum plura nomina in accusativo sibi sub- 644
 jungit §. 543 sqq., prius participio aut in accusativo subjun-
 ctum manet aut post statum constr. in genitivum transit, ut
 هَلْ أَنْتَ ظَانٌّ عَمْرًا عَاقِلًا vel هَلْ أَنْتَ ظَانٌّ عَمْرًا عَاقِلًا
 'Amrum esse prudentem? Sed tam parum genitivus in his
 quoque e sensu necessario postponitur, ut poeta ob metrum
 vel accusativum praeponere possit, ut

مَا زَالَ يُوَقِّنُ مِنْ يَوْمِكَ بِالْغِنَى وَسِوَاكَ مَانِعٍ فَضْلَهُ الْمَحْتَجِّاجِ
 quicumque te petit, nunquam non opibus satisficit, dum
 alii (praeter te) beneficia sua vel egeno denegant. cf. de
 منع §. 543. Personae nomen cum propius sit, مانِعٍ pro-
 xime quidem cum genitivo المحتَجِّاجِ construitur, poeta tamen
 accusativum praeponit 1).

Ceterum cave ne participium, adjectivi vice dictum, cui 645
 genitivus descriptivus ex more omnium adjectivorum sub-
 junctus est, huc referas, ut الرَّاحِمِ الْقَلْبِ poetice pro الرَّحِيمِ
 misericors, proprie tener animi.

Sed satis frequenter, et nonnunquam necessario partici-
 pium activum prorsus absolute positum cum dativo jungitur,
 de quo v. §. 652.

1) Sur. 14, 47 legitur in cdd. aliquot لَا تَحْسِبَنَّ اللَّهَ يَخْلِفُ وَعْدَهُ

رَسُولَهُ ne putato deum promisso suo legatis non stare, in aliis

cum edit. Mar. et Petrop. وَعْدَهُ رَسُولَهُ quod potius esse videtur.

Nam in poetâ licentia haec facilius fertur.

646 *Infinitivus* solam actionem eloquitur sine personae, temporis vel modi varietate. Quo ipso usus ejus satis definitus est, modo praeterea eum in arabismo non nimis frequenter adhiberi nominisque multo magis quam verbi similitudinem et nexum ferre teneas. Nam 1) usus ejus frequentissimus hic est, ut vulgaris nominis instar aut subjecti loco aut a praepositione vel statu constructo quodam dependens actionem integram eloquatur; multo rarius Objecti loco enunciationi subjungitur, ut *novi legere, decrevit mittere*, neque laxius cum praepositione ل (ut hebr. ל, germ. zu) subjungi potest. — Praeterea infinitivus 2) absolute ponitur hebraico inf. abs. conferendus, ut cum emphasi verbi loco breviter dicatur verbique vim et naturam strictius sequatur: quà re in accusativo effertur, sive in interjectione (§. 565), sive ut actio praecedens explicetur (§. 550), vel ut nova actio priorem exponens post copulam adeo breviter annectatur, ut وَحَفَظَّا — نَرَبَّنَا *ornavimus et custodivimus* Sur. 41, 12; raro in interjectione paulo sedatiore nominativus requiritur, ut فَاَمْسَاكُ in loco Koranico mox citando. Omnia tamen haec praeter loquendi genus §. 550 explicitum rarissima sunt. — Sed quanquam infinitivus arabicus ita a verbo secretior est nominique propior, tamen duabus potissimum in rebus verbo fidelius inhaeret a nominibusque reliquis longius distat. Primum hoc est, quod infinitivus nudus praesertim subjecti loco per se positus saepius articulo caret, quem in ceteris nominibus similiter haud desideres; sed in infinitivo, quatenus simplicem verbi notionem nominis formam indutam eloquitur, articulus haud adeo desideratur, cum actio per se definita videri possit, ut قَصِيرٌ جَمِيلٌ *ergo pati* (patientem esse) *pulcrum est* Sur. 12, 18. قَتَالَ قَبِيحٌ كَبِيرٌ وَصَدَّ عَنْ سَبِيلِ اللَّهِ *interficere in eo* (mense) *est grave vitium; sed deflectere a dei via eique non credere gravius est*, الطَّلَاقُ مَرَّتَانِ فَاَمْسَاكُ بِمَعْرُوفٍ اَوْ تَسْرِيحُ بِاِحْسَانٍ *divortium bis* (licitum est); *tum retinere* (oportet feminam) *benevolentid,*

aut remittere benefaciendo (i. q. *benefactis*); in accusativo idem obvium esse potest, ut *لَا يَسْتَطِيعُونَ نَصْرًا* *non possunt auxiliari* Sur. 7, 192. Alterum in infinitivorum juncturâ continetur, quâ verbis finitis per se simillimi sunt totique ab iis pendent; cum vero nominum simul instar sint, ut participia, quorum junctura simillima est, quaedam singularia habent, uberius jam exponenda.

Infinitivus in eo prorsus verbi finiti structuram sequitur, 647 quod pro ejus naturâ aut cum praepositione aut arctius nullâ voce intercedente objecto jungitur. Sed cum infinitivo personae agentis denotatio haud insit, si ea omnino necessaria est, nomen, quod in verbo finito subjecti loco esset, idem infinitivo subjungitur. Lex autem structurae universa haec est, ut nomen, quodcunque infinitivo ut nomini proxime succedit, status constructi nexu ei subjungatur; nomina enim concurrentia huc ante omnia ferri, in participiis jam monitum est. Unde structurae variae oriuntur hae:

1. Nomen, quod verbo finito subjecti loco esset, si infinitivo annectitur, proxime subjunctum in genitivo pronunciat- 648 tur, objectum vero, si quod accedit, cum per genitivum proxime annecti amplius nequeat, jam laxius in accusativo subjunctum manet; quae verborum collocatio quantopere toti enunciationis arabicae indoli respondeat, e §. 669 porro cognoscere est.

Ita sine objecto: *فِي وَقْتِ مَوْتِ مُحَمَّدٍ* *tempore*
τοῦ θνήσκειν, s. *mortis Muhammedis*, et in nominativo

كَانَ مَوْتُ مُحَمَّدٍ فِي سَنَةِ أَحَدِي عَشْرَةَ لِلْهِجْرَةِ
erat mori i. q. mors
Muhammedis anno Heg'rae undecimo, *خُرُوجِهِ عَلَى الْأَعْدَاءِ*
exitus ejus contra hostes. Cum objecto vero haecce habe:

كَانَ قَتْلُ الْخَلِيفَةِ جَعْفَرًا فِي هَذِهِ السَّنَةِ
accidit interficere Cha-
lifae i. q. quod Chalifa interfecit G'afarum hoc anno,

أَذْكُرُوا اللَّهَ كَذَكَرْتُمْ آبَاءَكُمْ *mementote dei, sicut patres ve-*

stros in memoriam revocatis, ubi infinitivus a praepositione

ك *قتلوه قتل أخيه* nomen proxime sibi annectente pendet,

اباهم *interfecerunt eum ut frater ipsorum patrem interfecerat*, ubi accusativus infinitivi e §. 548 dijudicandus est; et in accusativo a verbo activo pendente, quod rarius fit:

سنكتب ما قالوا وقتلهم الانبياء *scribemus id quod dixerunt (mali) et interficere eorum i. e. quod interfecerunt prophetas* Sur. 3, 182; frequenter tamen infinitivus in accusativo

pendet a كَرِهَ *detrectavit*, *noluit* قَدِرَ *potuit* paucisque similibus. Objectum quousque pateat, e supra dictis apparet,

كون الانسان مخلوقا هو من اصول الدين *esse hominem creatum est inter fundamenta religionis*, ubi accusativus e §. 553 explicatur. Apparetque etiam per se, plura objecta uni verbo subjuncta post infinitivum non mutari,

ut كَرِهْتَ اعلام زيد عمرا هذا الامر *aegre fero, quod Zaidus Amro hanc rem nunciavit*, quod e §. 543. 1. satis jam dilucidum est.

619

Sed cum structura genitivi haec e nexu magis externo promanet, non miramur, quod hic magna oriri potest varietas. Nam primum accusativus objecti praeponi potest, sequente genitivo subjecti, quae tamen ratio rarissima est et poetis potius solis licita ad rhythmici finalis facilitatem juvandum,

ut فسقناهم سوق البغاث الاجادل *et fugavimus eos ut milvum fugant accipitres* ¹). Sed plerumque e ratione

1) Sur. 6, 137 idem legitur ex varia lectione; cf. marg. edit. Petropol.

Sed etsi hic post زيد nominativus praestat, legi tamen bene potest

est ex altera ratione قتل اولادهم شركاؤهم.

650 2. Sin contra objectum solum idque proxime infinitivo succedit, per statum constructum firmiter annectitur; si quid vero intercedat vel articulo praeposito infinitivus distineatur, in casu suo seu accusativo necessario manet; quae omnia ex modo dictis satis perspicua sunt. Deest autem subjectum post infinitivum

aut quia prorsus eo non opus est, ut قَرِيبٌ بِخَشَوْنَ النَّاسِ nonnulli timent homines ut ti-

ment deum, vel vehementius etiam. مِنْهُمْ مِنْ قَوْلِ الْحَقِّ

prohibuit eos a dicendo vero, عَزَمْتُ عَلَيَّ اِظْهَارَ ذَلِكَ وَكَشْفَهُ volui hoc manifestare et explicare, vel sic: pervenit Omari

epistola ad eum بِتَوَلُّبِنْدِهِ (hoc argumento) quod eum prae-

fectum fecerit, ergo i. q. اِنَّهُ وَاَلَا; aut quia certius non desideratur, ut infinitivus breviter dictus sit e sermonis nexu

pro tertiâ personâ pluralis, ut فِي الْوَقْتِ الَّذِي سَمَرُوهُ i. q. فِي تَسْمِيرِهِ

tempore quo eum cruci affixerunt i. q. quo cruci affixus est Koseg. chr. p. 62. 64, 13¹); Daniel martyr factus

est مِنْ اَجْلِ الْقَائِدِ لِلْسَّبَاعِ quod leonibus projectus est. Cf. de his §. 659.

651 Cum genitivus ita infinitivo annexus omnis e solo nexu pendeat, non miramur, quod nomen tali genitivo appositum vel per copulam junctum sublato nexu proximo in casum

1) Cum, si infinitivo tali passivum substituas, sensus eodem redeat, grammatici quidam arabes nomen sequens per se positum in nominativo dici posse autumant, ut بَلَّغِي قَتْلَ الْيَوْمِ نَزِيدٌ comperi

quod hodie interfectus est Zaid i. q. اَنْ قَتَلَ.

sensui propiori aptum resolvi potest, aut in nominativum aut in accusativum, prout sensus fert; idemque jam in participii juncturà §. 643 ex eodem jure fieri posse vidimus. Ita

كَرِهَتْ أَكْلَ الْحَبِزِ وَاللَّحْمِ *fastidio esum panis et carnis*, ubi objectum habes infinitivo subjunctum. Quanquam genitivus continuatus واللحم omnium minime vitio verti potest ¹⁾).

Infinitivus ut objectum, quo verbum e suà ipsius stirpe completur §. 548, si propter juncturam vocum verbi loco infinitivus ponendus est, et hic redit, ut infinitivus ab infinitivo pendere possit;

v. c. بَعْدَ خِرَابِ بَيْتِ الْمَقْدِسِ الْخِرَابِ الثَّانِي *postquam Hierosolyma secundâ vice destructa erant* Abulf. ann. ant. p. 65, 5. 160, 3 cl. verbo finito l. 5. 6. Nicoll, catal. bibl. Bodl. p. 38, 8. 60.

Infinitivus aequè ac participium in arabismo frequentissime jam objectum non proxime i. e. per casum, sed externâ per praepositionem ل juncturà §. 599-600 supplere didicit. Fit id, si proxima genitivi junctura subnecti nequit; adeo enim proxima est haec junctura, ut, si ea tollatur necesse est, lingua ad juncturam jam prorsus externam relabi incipiat, formaque activa per se potius tota consistere tentet. Hinc ubi *proxime* sequitur nomen nexum genitivi haud ferens, ibi frequentissime accusativo ل substituitur, rarius ubi remotius est. Quà in re cum infinitivi et participii eadem sit ratio, hic de utroque simul agere juvat. Fieri autem id potest:

1) si datâ operâ indefinite ponuntur, ut eo ipso non possint non simul absolute concipi, ut part. مَنِ غَيْرِ بَدٍ قَاطِعَةٍ لَهُ

1) Si qui grammatici arabes vel nominativum hic sequi posse واللحم putant, res ex notâ praecedente apparet; scilicet passivum verbum substitute licet أَنْ يُوَكَّلَ ne edatur.

sine (§. 518) *manu quae eum pellat* i. e. nullà manu cum *pellente*, Abulf. ann. ant. 74, 2. 38, 3; *مُجِبُّ لَكَ* aliquis

qui te mirari facit Sac. anth. p. 84, 17. *مِنْ غَيْرِ تَأْمَلٍ*

لِخَطَاةٍ وَصَوَابِهِ *sine considerando* i. e. haud considerans, *quid in eo malum rectumve sit*. Praecipue id usu venit: a) si participium ex §. 634 seq. verbi potius vice struitur, ut accusativo hic necessario tamen *ل* e more jam substitui ince-

perit, ut *وَهِيَ مُجَانِبَةٌ لَهُ* *ed illum vitante* Kos. chr. p. 132, 1.

b) si verbalia haec ad notionem praedicali amplificandam in accusativo enunciationi subjiciuntur, cum ita verborum vice brevius posita sint, ex §. 550 seq. 560, ut partic.

نَزَلَ عَلَى الْمَدِينَةِ مُحَاصِرًا لَهَا *descendit ad urbem obsidione*

eum cingens, infin. *قَامَ تَعْظِيمًا لِرَسُولِ اللَّهِ* *surrexit honorando*,

ut honoraret *legatum dei* *أَمْسَكَ عَنْهُمْ أَنْتَظَارًا لِلْمُهَاجِرِينَ*

abstinuit ab iis exspectando i. e. *ut exspectaret* *Muhag'eros*;

idem ita apparet: *كَانَ يُوسُفُ أَصْحَحَ النَّاسِ عِبَارَةً لِلرُّبَا*

erat Josephus omnium gnarissimus interpretandi somnia, ubi accusativus infinitivi similiter absolutus est, potestque infinitivus vel ita poni, ut subjectum distinctius prorsus desit

(cf. §. 650), v. c. *قَبِلَ سَيِّ قَرَبَشَا تَشْبِيهَا لَهُ بِدَابَّةٍ مِنْ ذَوَابِّ الْبَحْرِ*

dicitur Kuraischi nomen ob fortitudinem traxisse, comparando eum i. q. ut compararetur *cum bellud* quàdam marinà *elkarscho* dictà. Interim infinitivus

talis passim et statum constructum fert, ut *أَبْتَعَاءُ الْغَنَّةِ* *quae-*

rendo tumultum Sur. 3, 7, et participium vel genitivum vel accusativum, ut in loco §. 636 citato.

Participia activa in descriptione indefinite posita saepius absolute simul ponuntur, ut: *feminae sint حَافِظَاتٌ لِلْغَيْبِ* *servantes secretum* Sur. 4, 33. Elnav. p. 94, 12. Not. T. XII. p. 276, 10 etc.; et praeposito objecto *أَنَا لَهُ لِحَافِظُونَ* *nos certe id servabimus* Sur. 15, 10. Adjectiva vero activa intensiva, cum verborum notioni et nexui arctius inhaereant, pro accusativo nbivis ita strui amant, ut *مَنْعٌ لِلْخَيْرِ* *turbator boni*, *ظَلَامٌ لِلْعَبِيدِ* *oppressor servorum* Sur. 3, 182. 50, 24. 68, 12. *قَوْلٌ لِّ* *qui semper dicit quod* — Ham. p. 53; interim poetae accusativum quoque proxime iis subjungere possunt, ut *طَحْوِرٌ* *ejector = ejiciens usque v. c. festucas*, participii vice accusativo junctum est Taraf. M. v. 33; et *خَوَاضُ الْبَيْدِ* *immergere solitus in eam (mortem) legiones* Ham. p. 32, *وَصَالٌ* *jungere solitus cum accusativo* p. 57.

2) Si cum articulo ponuntur, ut part. *النَّاقِلُ لِهَذِهِ الْكِتَابَةِ* *qui transtulit hanc scriptionem*, *المُفَسِّرُونَ لِهَذِهِ الْآيَاتِ* *qui interpretati sunt hos versus* Ham. p. 61, 16. Sac. chr. 1. p. 135, 11, anth. p. 59, 1. 98, 2. 100, 1. *أَكْبَرُ الْمُسَاعِدِينَ لِعَثْمَانَ* *maximus eorum qui Otmanum adjuverunt* Henz. fr. p. 44. et infinitivus, ut *الْوَضْعُ لِعَلِيٍّ* *dejicere sublimi loco positum*

Ibn-Khac. p. 53, 6, ^{تَرَكَ} ^{صَادَ} ^{مُطَالِبَةً} ^{لِلنَّاسِ} *desistere a perse-*
quendo hostem, cf. Tab. p. 106, 18.

3) Denique satis frequenter jam accusativo post geniti-
vum a participio vel infinitivo pendenti (§. 648.) ^{لِ} substitui-
tur, quanquam id usus e lege non postulet, ut ^{مُطَالِبَةً} ^{أَعْدَائِي} ^{لِي}
propterea quod hostes mei me persequuntur, ^{إِلَى} ^{وَقْتِ} ^{تَالِيغِنَا}
usque ad tempus quo librum hunc composui-
mus Kos. chr. p. 106, 7. Henz. fr. p. 87, 5. 6. Abulf. ann.
ant. p. 24, 11. Sac. chr. p. 124, 12. Similiter ^{فَرَّقَهُ} ^{وَوَدَّ} ^{لِبَعْقَابِ}
quod Jacobum reliquit Abulf. ann. ant. p. 28, 7.

653 Adjectiva elativa §. 252 a verborum quidem notionibus
originem ducunt ¹⁾, sed cum adjectivis absolutis similiores
sint quam participiis, absolute posita ubique praepositionis ope
jungenda sunt. A verbis intransitivis derivata eandem prae-
positionem, quae verbi est, adsciscunt, ut ^{هَذَا} ^{أَهْوَنُ} ^{عَلَيْهِ}
facilius hoc ei est ²⁾, ^{أَسْرَعُ} ^{إِلَى} ^{الشَّرِّ} *properantior ad malum*,
^{أَعْوَدُ} ^{عَلَيْنَا} *utilius nobis*, ^{أَبْشَرُ} ^{فِي} ^{الدُّنْيَا} *abstinentior mun-*
di ³⁾. A verbis transitivis derivata rarissime accusativo jun-

-
- 1) Quatenus adjectiva e verbis proxime oriuntur; nam si quando a nomine substantivo derivatus sit elativus, ut ^{أَسْرَعُ} ^{إِلَى} ^{الشَّرِّ} *rapacior a* ^{أَسْرَعُ} ^{لِ} *latro*, tamen in eo jam non substantivi sensus mansit, sed in notionem actionis et adjectivi transiit.
 - 2) Nam ut ^{عَلَى} ponitur, ubi de re *gravi* sermo est §. 591, ita similiter de re *levi*, haud graviter incumbente.
 - 3) Nam ut verba *concupiscendi*, ut ^{رَغِبَ}, cum praep. ^{فِي} ponuntur, cf. ^{פָּדַח} c. ^ב, quae animi rei *inhaerentis* proclivitatem denotet, ita eodem jure verba, quae *non concupiscere* i. e. *abstinere* dicunt.

guntur, e lege contra juncturam per illud ل supplet, majori etiam quam adjectiva intensiva simillima (§. 652, 1) structurae constantiâ; v. c. $\text{أَطْلَبُ لِلْعِلْمِ}$ *magis quaerens cognitionem*, $\text{أَرْحَمُ لِلنَّاسِ}$ *magis hominum misertus*. Eandem structuram adjectiva a verbis amandi et odio habendi sequuntur, ut $\text{أَحِبُّ لِلْأَمْرِ}$ *amantior rei*, $\text{أَشْهِي لِلْأَمْرِ}$ *studiosior rei*: at eadem si sensu passivo dicuntur ¹⁾, discriminis causâ semper cum أَلِي jungenda sunt, quod huic notioni bene convenire, supra jam §. 580 annotatum est, ut أَحِبُّ أَلِي *carior mihi*, أَبْغَضُ أَلِي *exosior mihi*. A verbis sciendi tamen derivata, cum lingua in iis intransitivi notioni firmiter insistat, etsi activae significationis sint, cum prae- ب potius junguntur ²⁾, ut $\text{أَلَلَّهُ أَعْلَمُ بِمَا فِي صُدُورِكُمْ}$ *deus gnarissimus est eorum quae in pectoribus vestris sunt*, $\text{أَنْتَ أَعْرَفُ بِالْحَقِّ مِنِّي}$ *tu juris peritior es quam ego*. Ceterum cum non ab omnibus verbis, sed a frequentioribus tantum ³⁾ elativus de-

1) أَحِبُّ a حَبِبٌ *amatus, carus*, ut أَرْفَعُ *altior* a رَفِيعٌ *altus*.

Nam cum elativi una tantum forma sit, e quali positivo ea derivetur, ex usu pendet, adeo ut nonnunquam idem elativus pro variâ dicendi ratione aut activi aut passivi sensus sit.

2) Nam verba quoque عَلِمَ et عَرَفَ absolute posita e p. 74 huic prae-positioni jungi possunt (cf. germ. kundig seyn *in etwas*), etsi a proximâ etiam accusativi structurâ haud aliena sunt.

3) Quanquam plerumque a stirpibus simplicibus oritur elativus, potest tamen etiam usu frequente derivatio ex aliis institui, ut أَعْطَى

rivatus sit, nonnunquam elativum ita circumscriptum vides, ut infinitivus in accusativo (§. 542) elativo cuidam generatiori jungatur, ut ^ككنت ^عأعظم ^ففتنة ^ععليهم ^ممني *fuisti gravior vexatione i. e. gravius eos vexasti quam ego* Tab. p. 150, 19.

654 Jamque ex omnibus his de participio et infinitivo dictis satis apparet, Arabum verbalia haec nominum indolem et virtutem constantissime servare, nominisque vel ibi simillima esse, ubi verborum sensu adhibentur. Quod quidem eo usque valet, ut, ubi verborum loco sunt, ne negatio quidem unquam accedere possit. Nam simplex negatio, ut *y*, cum non nisi simplex praedicatum neget, verbo finito tantum jungi potest, ut, ubi ceteroquin verbale nomen verbi loco poni posset, ob negationem tamen accedentem verbum finitum modo temporeque idoneo reponendum sit. Cf. §. 694 seqq.

plus largiens a st. verbi IV ^عأعطي *largiri*, ^دأخصر *magis in brevius redigens* a st. VIII ^عأختصر; poetae ab adjectivis quoque ejusdem formae intensivis elativos derivant simplices nec nisi e nexu sermonis dilucidos, ut ^دأنزه *candidior*, ^دأكلف *flavior* Ibak. p. 35, 8 (ubi schol. explicat vocibus usitatoribus ^دأكثر ^دأنزه ^دأكثر), ^دأهوج *magis fatuus* a positivis ^دأنزه etc. Cf. add. ad vol. I. p. 386.

antiquâ accedente, praedicatum per substantivum quoddam saepissime summatim tantum et concise innuitur, ut e sensu totius enunciationis ratio ejus dijudicanda sit, velut **التَّابِعُونَ**

هم خمس عشرة طبقة — *Sectatores — sunt quindecim clas-*

ses i. e. 15 classibus constant, العرب اصناف *Arabes sunt spe-*
cies plures (cf. §. 508) i. e. variarum specierum sunt, بلاد

السندي قسمان *regiones Sindi sunt partes duae i. e. biparti-*

tae sunt, هذه البلاد جبال *hae regiones sunt montes i. e. mon-*

tosae; أما سعد بن زيد مناة فانهم كانوا فرقتين *quod attinet ad*
tribum Sa'd ben Zaid-mand, ii erant partes duae, et
alia innumera hujus generis.

656 Adjectivo simplici praedicato inservienti per se articulo non opus est. Si tamen sensus articulum poscat, idem haud deest. Poscitur autem, si in adjectivo non simplex quaedam qualitas, sed ea insigni maxime modo vel ob oppositionem gravem notanda venit, ut **انتم الاعلون** *vos estis altissimi,*

الله الغني وانتم الفقراء *deus est dives ille, quem solum ditem esse scitis, i. fere q. ditissimus, et vos contra pauperes Sur.*

3, 139. 47, 35. 38; وكان المشهور في تلك الناحية *fuitque is*
celeberrimus in hac regione, proprie celebrer ille, quem unum omnes norant.

657 Ad subjectum eique oppositum praedicatum jungendum copulâ seu verbo abstracto ex antiquâ linguae simplicitate opus non est; inque plurimis enunciationibus nihil ejus generis reperitur. Nexum duas inter enunciationis partes ne-

cessarias quaeque sit singularum ratio et necessitudo, ex notationum compositarum vi orationisque ambitu uti et soni independentis complexu satis apparet. Interim duo vocabula copulae vicem in multis jam locutionibus tenent:

1) Pronomen tertiae personae subjectum inter et praedicatum inseri potest. Fit hoc, si utrumque vocabulo definito constat, ut sine voce quâdam dirimente facile contra loquentis sensum utrumque unâ serie jungi possit. Fit quidem praecipue in Korani stylo conciso haud raro, ut definitum et subjectum et praedicatum componatur, ut هَذَا بَنِيْتُ اللَّهِ

haec est domus dei, ذَكَ الْفَوْزِ الْعَظِيمِ haec est felicitas illa

magna Sur. 4, 12. الْمَصْلَحَةُ التَّغَاوُلُ utilissimum est negligere

Abulf. ann. ant. p. 146, 5 a f. 200, 7; اللَّهُ شَدِيدُ الْعِقَابِ

deus est vehemens poenae Sur. 3, 11. et in formulis brevibus perpetuis, ut

اللَّهُ مُحَمَّدٌ رَسُولُ اللَّهِ Muhammed est dei legatus; neque enim talia per se vetita esse possunt; sed ob ambiguitatem non multum amantur. Ea autem est pronominis

tertiae personae vis, ut post subjectum ab eo diversum necessario praedicatum jam contineat, sed id tam vagum, ut

statim exactior ejus requiratur determinatio. Apertissima hoc sensu ejus junctura est cum primae vel secundae personae

pronomine ut subjecto vel praedicato, ut أَنَا هُوَ الرَّبُّ الْهَكَ أَنَا

ego sum dominus deus tuus; ذَكَ الرَّجُلُ هُوَ أَنَا hic homo

sum ego; porro in aliis, ut اللَّهُ هُوَ الَّذِي الْقَبُومُ اَلْحَيُّ اَلْقَبُومُ

deus est vivus aeternus; nec non e lege post pronomen interrogativum personale, ut مَنْ هُوَ أَنَا quis sum ego? 1) — Ceterum, quan-

1) Optime grammatici arabes id appellant ضَمِيرُ الْفَصْلِ *pronomem separationis*. — De هُو post interrogativum cf. §. 705.

quam pronomen hoc sensu insertum e lege in enunciationibus simplicis temporis seu praesentis reperitur, ubi كان §. 658 stare non poterat: tamen vel ubi كان praepositum est, idem ad praedicatum dilucidius introducendum inseri potest, ut

كانَ هَذَا هُوَ السَّبَبُ *fuit hoc — (factum) causa illius rei,*
 كانَ الْمَسْلُومُونَ هُمُ الْجُنْدُ *erant Moslemi exercitus (i. e. exercitus Moslemis liberis, non servis et mercenariis constabat)*

فَيَكُونُ السَّنَةُ الثَّلَاثَةُ وَالثَّلَاثِينَ مِنْ مُلْكِ بَهْرَمِي فِي *Henz. fr. p. 35;*

السَّنَةُ الْخَامِسَةُ وَثَلَاثُونَ وَتِسْعَ مِائَةٍ لِأَلَسْكَندَرِ *est igitur annus tricesimus tertius regni Parvizi annus 935 Alexandri;*
 cf. Abulf. ann. ant. p. 50, 24. 941 penult. 106, 7. Idemque هو manet, si subjectum cum praedicato verbo activo *videndi* vel alii (§. 545) subditum est, ut Izzedd. av. p. 62, 10. Eo igitur dilucidius constat, notionem temporis praesentis per se pronomini huic non inesse.

Diversa prorsus eveniunt particulis, quae ab initio subjectum sibi subjungunt §. 563. 67. Nam cum particula cum eo quod attrahit nomine membrum orationis magis disjunctum et vi quaedam pronunciatum efficiat, si illa praedicati definitio sequitur, ipsum ejus quod modo subjunctum erat nomi-

nis pronomen subjecti innovati instar repetitur, ut أَنَا اللَّهُ *en ego i. e. certe ego sum deus,*

أَنْتَ الْوَهَّابُ *certe tu es*

نَبِيَّ عِبَادِي أَنَا الْغَفُورُ الرَّحِيمُ وَأَنْ عَذَابِي هُوَ الْعَذَابُ *donator,*

النُّنْيَا *nuncia servis meis, me esse condonatoremi misericordem, et poenam meam esse poenam dolorosam Sur.*

15, 48. أَنْتَ السَّمِيعُ *tu enim es audiens benigne (con-*

ille is qui etc. de quibus v. §. 625 sq.; etiam post interrogativum simile, ut **أَكْنَ لِلنَّاسِ عَجَبًا أَنْ أَوْحَيْنَا إِلَىٰ رَجُلٍ مِّنْهُمْ** *estne hominibus mirum, quod viro e vobis cuidam revelationem dedimus?* Praeter hujusmodi vero locutiones **كَانَ** sensu praesentis in sermone pedestri haud facile invenias; in Korano tamen idem hic illic consultius continuo repetitur, scilicet ut accusativo praedicati jam necessario rhythmus finalis efficiatur, ut **إِنَّ اللَّهَ كَانَ عَلِيمًا حَكِيمًا** *nam deus est gnarus, sapiens* Sur. 4, 1. 2. 10 aliisque hujus Surae versibus.

Praedicatum verbo substantivo in accusativo subjungi e §. 553 apparet; unde si forte praedicati notatione diligentiori e sententiarum nexu non opus est, pronomen tantum suffixum verbo accedere potest, ut **أَمَّا الصِّدِّيقُ فَكَتَدَّ** *quod ad justum pertinet, ego (talís) eram (germ. ich war es),* **وَإِخْوَانًا حَسِبْتَهُمْ دُرُوعًا وَكُنُوزًا وَلَكِنِّ لِلْأَعَادِي** *et fratres putavi esse loricas (i. e. praesidia), fueruntque (ea), at hostibus,* versus laudatus in vità Ali-Hazini ed. Lond. p. 286.

Praeter vulgare verbum substantivum **كَانَ** similis notionis et structurae plura alia sunt minus frequentia: **صَارَ** proprie *formari* notat magis fieri, (§. 623); **عَادَ** *iterum fieri*, **دَامَ** et **ظَلَّ** *durare = diu esse v. fieri*, ut voce **ظَلَّ** poetae saepe statum tantum paulo diutius permanentem describant (§. 622), et verba his notione similia quae *non desinere* notant, ut **مَا نَرَاكَ حَكِيمًا** *haud desiit dormire* (cf. §. 637), **مَا نَرَاكَ مَلِكًا** *haud desiit sapiens esse*, **مَا نَرَاكَ رَجُلًا** *h. d. rex esse*; denique verba proprie a diei termino quodam desumta **أَصْبَحَ**

mane fuit, ^{أصبح} *sub aurorae ortum fuit*, ^{أضحى} *medio die fuit*, ^{أمسى} *vespere fuit*, quae poetis saepe ita dicuntur, ut temporis distincti notio evanescere videatur; diligentius tamen observanti discrimen hoc non prorsus obliterari patere puto, ut ^{أصبح} et ^{أسفر} rem *mature*, satis celeriter vel pridem factam, ^{أمسى} contra rem tardius vel serius obvenientem, ^{أضحى} denique rem (ut sol videtur medio die) paulo diutius manentem (cf. Ibn-Khac. p. 38, ult.) describat; omninoque ubi sibi opposita sunt ex his duo, discrimen eorum satis observari videtur, ut Ibn-Kh. p. 21, pen. Tab. p. 136, antep. Grammatici verba haec omnia ^{أخوات} ^{كان} *sorores* ¹⁾ verbi *kána* appellant.

His de subjecti et praedicati nexu dictis pauca de sub- 659
jecti indefiniti ratione adjicere juvat. Enunciatio enim saepissime subjecto definitiori caret, tum personae tum rei. *Personae* notatio diligentior deest, si eam aut nescimus aut nominare nihil attinet. Sed antiquus tertiae *singularis* verbi personae usus ad hominem nescio quem notandum in arabismo evanuit ²⁾; nec subjectum definitius in singulari omititur, nisi ubi omnibus notum est, ut in perpetuo illo scholiastarum vocabulo ^{قال} *dixit* sc. poeta, cujus verba ipsa jam laudantur. Si vero de personà prorsus incertà agitur, facile ^{رجل} *vir* = aliquis, ^{امرأة} *femina* et talia inseruntur, vel si de singulo inter plures jam notos agitur, participium ejusdem verbi subjecti vicem obtinet, ut ^{قال} ^{قائلهم} *dixit dicens eorum* i. q. is inter eos qui dixit nescio quis, ergo *aliquis*

1) Femininum genus hic habetur, quod nomina vocabulorum ut literarum ad neutrum vel femininum referuntur.

2) cf. gr. hebr. minor. §. 578.

Caab b. Z. carm. v. 52. Tab. p.12, 16. Multo facilius *tertia pluralis* persona per se posita de hominibus nescio quibus dici potest, cum plurali, nisi personam disertam nomines, copiae incertae notio per se insit; sed quanquam id arabismus in locutionibus quibusdam obvium haud aegre ferat, ut **تَالُوا** dicunt, **تَزْعَمُوا** credunt, tamen haud frequens et constans est. Saepe tamen pluralis sic adhibetur, ut participium ejusdem verbi subjecti instar sequatur, idque aut sine articulo ponendum, si de nonnullis tantum agi urgendum videtur, ut **قَالَ تَالِيُونَ** dixerunt aliqui, nonnulli Tab. p.170, 9 17 (de verbo in sg. praemisso v. §. 681), aut cum articulo pronunciandum, ubi de omnibus hujus generis agitur, ut **مَا سَمِعَ السَّامِعُونَ قَطُّ بِشَيْءٍ أَحْسَنَ مِنْ ذَلِكَ** nunquam audiverunt audientes (germ. hat man gehört) rem hanc pulcriorem Kos. chr. p. 132, 8. Talia frequentissime obvia sunt.

660 De re haud distinctius nominanda si agitur, cum *neutrum* linguae semiticae non adsit, aut masculinum ut propius aut fem. genus in auxilium vocandum est: sed arabismo hic semper masculinum satisfacit, in nomine aequae ac verbo, ut **ذَلِكَ** hoc, **الْقَبِيحُ** deforme; **يَجُوزُ** licet, **يَقْبَحُ** dedecet, **مَطَرٌ** pluit, **شَتَا** hiemavit, **ثَلَجَ** ninxit Ant. M. v. 52. Gravissimum hoc in *passivorum* usu. Nam cum passiva dictio concisa et gravis linguae omnino frequentissima sit, non tantum ubi de certâ personâ agitur, passivum ubique a verbis activis derivatur, sed etiam de re incertâ passivum *impersonale* dictum ubivis adhiberi potest, tum a verbis activis, ut **قَبِلَ** dictum est, **تُرَدِي** traditur, tum ab intransitivis, id quod latissime patet, ut **اِخْتَلَفَ** disceptatum est, **بِظَمٍّ** quasi diceret

sititur i. q. *sitūs* sentitur, et personā per praepositionem adjunctā ^{انزل عليه} *demissum est in eum* i. e. oracula ei ob-
venerunt coelitus demissa, ^{غشي عليه} *obscuratum est* =
tenebrae venerunt *super eum* i. e. animi deliquium passus
est; cf. §. 547. — *Femininum* neutrius vice nonnunquam in
pronomine dicitur, ut ^{هي}, et suff. ^{ها} *id.*

Nec tamen passivum personale facile adhibetur, si per-
sona ipsa, quae actionem instigaverit, simul nominanda est,
ut nobis praepositionis *ab* ope ubique licet; sic enim con-
structio activa multo est propior linguaeque potior visa, ut
vel dicatur ^{كانوا قومه اذا ذكروا الحارث بشجاعة بسهم} *popula-*
res ejus, cum Haretum ob fortitudinem celebrarent, ab
eo conviciis infestabantur Kos. chr. p. 79, 7, ubi structura
passiva, quam scriptoris animo ab initio obversari vides, de-
inde, cum persona, a qua conviciis infestentur, nominanda
esset, in activam transit subjecto mutato; id quod hic ob
thesin insertam facilius evenire poterat.

Jam vero simplices hae et necessariae enunciationis par- 661
tes varie magnumque in ambitum extendi et dilatari possunt;
suntque *complementorum* horum genera tria haecce:

1) proxima et praecipua complementorum ratio *circum-*
scriptione vel subjecti vel praedicati *internā* seu *subjun-*
ctione continetur, eaque iterum aut *arctior* est, quem ne-
xum status constructi esse constat §. 511-38, aut *laxior*,
objectum scilicet varie subjunctum §. 539 sqq. Status con-
structus quibusnam et quot limitibus circumscriptus sit, su-
perius descriptum sit; constat inde et hoc, nomen prius jam
definitum, si eidem genitivus subjungendus videtur, integrum
repetendum esse, cum ita demum status constructus oriri
possit, ut ^{صوت - صا - صا - صا - صا} *الافق الاعلى اقب الملايكة* *coelum altissimum, coe-*

lum angelorum, germ. brevius *der oberste Himmel*, *der der Engel*. De objecto nunc pauca adjungere placet.

Cum linguae semiticae pronomen primitus *reflexivum* desit, pronomen tertiae personae suffixum ejus locum tenere potest, si alia vox ipsum inter et subjectum intercedit, ut

سَلَفٌ سَيْفُهُ *extulit ensem suum*, قَالُوا لِأَخْوَانِهِمْ *dixerunt fratribus suis*, cujusmodi suffixis Arabes haud parcent,

أَخْرَجَ مَعَهُ مَالًا كَثِيرًا *eduxit secum multas opes*; sed idem

proxime ad subjectum referri nequit, cum in juncturâ cum verbo proximâ necessario alium quem praeter subjectum in-

nuat, ut قَتَلَهُ non notare possit nisi *interfecit eum*. Quare

in his reflexivi notio substantivi نَفْسٌ *anima* in statu constr.

jungendi usu dilucidius enuncianda est, ut قَتَلَ نَفْسَهُ *interfecit animam suam* i. e. semet ipsum; idemque nomen et alias adhibendum, si reflexivi notio fortius urgenda est, ut

قَالَ لِنَفْسِهِ *dixit sibimet ipsi*, ubi لِهْ dicere minime sufficit.

Omnino vox haec pronominis notione in arabismo satis jam frequenter obvia est, cf. §. 663, 2. Lex autem illa de objecto reflexivi quanquam perpetua et necessaria est, unâ tamen in loquendi ratione impune violatur. Nam si verbum aliquod *videndi*, *credendi*, *sciendi* vel *audiendi* integrum subjecti quod cogitari possit et praedicati nexum sibi subjungit (§. 545), suffixum accedens ad subjectum redire potest, cum nec solum nec proxime, sed laxius cum integrâ

enunciatione subjiciatur, ut خَالَهٗ مُصَابًا *putat se percussum*

esse, i. q. أَنَّهُ مُصَابٌ, quod sine difficultate dicitur, Taraf. M. v. 41. Idemque eodem jure in personâ primâ et secundâ licet, quae sola est ratio, quâ suffixum ejusdem personae

tamen suffixum substantivo accedens vim definitionis versus finem trahit, demonstrativum huic demum postponi potest, ut

عِبَادِي هَؤُلَاءِ *servi hi mei*, اِلَيَّ وَقَتْنَا هَذَا *usque ad tempus*

كِتَابُهُ هَذَا الْجَلِيلُ *hoc nostrum*, مَرَّتَنَا هَذِهِ *hac nostrâ vice*,

هِيَ *hic liber ejus clarus*. Quam eandem vim genitivus alius quoque exercere potest, sed non ita, ut in juncturâ hac paulo

leviori contrarium ferri nequeat, ut هَذِهِ جَزْرَةٌ الْحَطَبِ *hic ligni fasciculus*.

Ceterum si forte adjectivum a notione quadam haud derivatum vel usitatum est, id quod in nonnullis vocabulis continuo fit, alia ei substitui possunt nomina eodem nexu ponenda; substantiva igitur, vel concretum nomini concreto

jungendum, ut جَارِيَةٌ بَكْرٌ *puella virgo*, vel abstractum genitivo jungendum, in quo e §. 535 articulus continuatur, ut

تِلْكَ السَّنَةُ السُّوءُ *illa consuetudo mala* et alia hujus generis; vel vox adverbii

instar dici solita, ut اَللَّهُ وَحْدَهُ *deus solus* §. 562, اَنَا *بَقِيَّتُهُ*

وَهُوَ وَحْدُنَا *mansimus nos duo soli*, صَاحِبِنَا بِالْأَمْسِ *amicus noster heri i. e. quod latine dicitur hesternus*.

Adjectivi notio novi quoque adjectivi appositione circumscribi potest, ut اَلْكَوْكَبُ النُّجُومِ الْاَحْمَرِ *stella fulgens rubra*

i. q. rubro fulgore praedita, quasi gr. ἐρυθροφάης vel germ. *rothleuchtend* diceret; nam si vocabula componendi facultas arabismo ea esset quae nostris linguis, haud dubie hic adjectivo composito locus fuisset.

663 Singularis ratio est substantivorum quorundam, quae cum proprie in statu constr. anteponebenda sint, tamen cum notionem et vim adjectivi plus minusve induerint, frequentissime jam postponi solent; videsque iis in nostris linguis primitus jam adjectiva vel pronomina his similia substitui. Sunt ea potissimum haecce: 1) nomina sensum latini *omnis* et *totus*

reddentia, ut كل الناس vel الناس كلهم, cf. §. 516, a. Posteriorius in appositione dicitur, sicut semper dicendum est

لي أصحاب الناس غيرهم *homines praeter eos i. q. reliqui*, لي أصحاب

غيركم أحبهم *sunt mihi amici praeter vos, quos amo*,

cf. de غير §. 518, c. Si vero كل nomini indefinito jungendum

omnem = quemvis denotat, ut كل مدينة *quaevis civitas*,

كل postponi non posse facile patet: nam suffixum, quocum

كل ponendum esset, semper definiti vim illaturum esset;

ut كل et جمع substantivo indefinito postponi non possint, nisi

si forte substantivum aliquod rem certi spatii designet, ut

سنة كلها *annus (unus) totus*, شهراً جميعاً *per mensem*

(unum) totum. Ceterum eidem juncturae nonnunquam etiam

vox عامة propr. *universitas* inservit, ut الجيش عامة *exercitus universus*.

Formantur et rarius recenter elativi

أبتع^١ et أبتع^١ eadem notione praediti, iique

1) Ita Kamus sub voce أبتع et أبتع; Sacyus quod habet أبتع, nescio unde hauserit. Ceterum أبتع, أبتع, et أبتع, plenum et collectum notantia simul ob soni similitudinem ita contanso composita sunt; singulum enim ex his raro reperitur; videnturque magis in pl. msc. et fem. sg. ac pl. quam in msc. sg. obvia esse. Plura de his rarioribus collegit Kamus p. 990 sub أبتع.

ut ^{جاءت} ^{ترينب} ^{نفسها} ^{قال} ^{تريد} ^{نفسه} *dixit Zaido ipsimet*, ^{venit} ^{Zainab} ^{ipsa}, ^{قتل} ^{الاصحاب} ^{انفسهم} *interfecit socios ipsos* etc. Nec tamen raro eadem praepositionis ب ope subnexa videas, ut ^{الكوكب} ^{باعينها} ^{جاء} ^{بنفسه} *venit ipse*, ^{stellae} ^{ipsae}, ubi etiam pluralis formam diversam habes, vel brevius ^{عبي} in accusativo adverbiali subjunctum, ut ^{الكوكب} ^{عبانا}, cf. Not. T. 12. p.261, pen.

Denique monendum, appositionem posse et enunciationem brevem contractam amplecti, ut ^{تقاتلوا} ^{بعضهم} ^{لبعض} *inter se*

§. 517. Subjectum ita si appositio talis statim excipit, structura enunciationis saepe e proximo subjecto continuatur, ut ^{ادو} ^{لبعض} ^{عدو} ^{بعضهم} ^{بوميد} ^{الاخلاء} *amici tum — unus alteri inimicus* i. q. inter se inimici erunt Sur. 43, 65.

664 b) Verbum quin eadem ratione verbo apponi possit, nihil est quod dubitemus. Huc enim refer: 1) si imperfectum participii praesentis loco verbo finito apponitur, ut ^{اجابه} ^{بقول} *respondit ei dicens*, cf. §. 620. — 2) si eadem verbi finiti forma ita continuatur, ut alterum verbum prius excipet, v. c. ^{فارس} ^{اعلم} ^{بذلك} ^{اباه} *tum misit nunciavit* i. q. mittens nunciavit *hoc patri* Abulf. ann. ant. p. 70, ult. Sed talia in arabismo rara ¹⁾).

665 3) Denique enunciationi multa vocabula accedere possunt laxius juncta, quae *rationes* rei vel alia forte fortuna

1) In syriasmō e more est inter duo verba copulam post verbum movendi ita omittēre, ut latine prius participio subjungere possis.

simul monenda describant; ut *adverbium* nomini vel verbo postponendum, v. c. ^{جدا} ^{كثير} ^{جدا} *valde magnus*, ^{الناس} ^{ظرا} *homines = junctim i. q. cuncti*, ^{عجبت} ^{جدا} *miratus sum valde*; temporis notationes variae, nomina praepositionibus varias ob relationes aucta, et si quae alia sunt ex ipso verborum nexu dilucida.

Omnia haec laxiora complementa aut praepositione introducenda sunt, aut brevius, quantum usus fert, accusativo subjungenda. Pertinet igitur etiam huc integra enunciatio accusativo subjuncta §. 560, quod idem Latini ablativo absoluto attingunt. Eodem refer appositionem laxiorem unius nominis §. 557 sq. descriptam, quâ arabismus valde delectatur, ut ^{أحب} ^{أحدكم} ^{أن} ^{يأكل} ^{لحم} ^{أخيه} ^{مينا} *cupitne ullus e vobis carnem fratris sui ut mortui edere?* Sur. 49, 12.

^{إذا} ^{تتلى} ^{عليهم} ^{آياتنا} ^{بينات} *cum praeleguntur ipsis versus nostri ut dilucidi*, et alia plurima supra allata. Porro hujus ditionis sunt singula substantiva multa, quae rationes rei exactius exponant, praesertim igitur quae per se jam numerum, statum, genus et talia definiunt, ut in plurali indefi-

nito ^{صغوقا} *per series vel ex ordine* Rosenm. anal. 3. p. 5, 17.

^{املأنا} ^{مني} ^{ضربا} ^{ولذات} ^{أفانين} *impleti sumus votis per genera i. q. generis varii et voluptatibus speciei variae* (haec enim *varii* notio plurali indefinito inest) Ibn-Khac. p. 47, 10. Quare vel notiones quaedam rationem rei describentes, quas ex origine apponere licet, laxius etiam subjungi

incipiant, ut ^{ماتوا} ^{جميعا} ^{الكواكب} ^{عبانا} *stellae ipsae* §. 663,

^{موتوا} ^{جميعا} ^{جميعا} *mortui sunt omnino = omnes* §. 516, et vel ^{اجمع}

§. 663 in accusativo أجمع subjungi posse, e grammaticorum quorundam sententiâ probat Kamus p. 990.

Nec porro obliviscendum est, appositionis prius §. 662 descriptae genera ad nomina proximae tantum seu tertiae personae pertinere. Pronomen vero personale primae personae, quod omnino rarius definitione indiget, ita substantivo definiri nequit: imo cum id linguae prorsus per se stare absolutumque esse visum sit, nomen definitionis causâ accedens non eâdem serie seu appositione novâ adjungitur, sed accusativo subjungendum est, ut نحن العرب اقربى الناس للضيف *nos, Arabes dico, inter homines maxime ad hospitium proclives sumus, نحن معاشر الانبياء لا نورث* *nos, prophetarum familiae, heredes non sustinemus.* Potest etiam, praesertim si definitio laxius adjungitur, أيها accusativo huic praecedere; notat enim qui hic, adverbii instar quoad, ut per se explicationi inservire possit, ut انا افعل كذا ايها الرجل *ego ita faciam, scilicet vir hic, quem hic videtis solum;* اللهم اغفر لنا ايها العصابة *o deus, ignosce nobis, scilicet gregi huic, unde simul pronomini eius genus e substantivo sequenti pendere patet. Adjectivum tali substantivo accedens in nominativum redire potest.*

Idem secundae personae pronomini accidit, ut بك الله *per te, deum scilicet, speramus salutem.*

2. De ordine et vi vocabulorum in enunciatione.

666 Ordo vocabulorum in arabismo ut in reliquis linguis semiticis non e vi tantum sensuque tum orationis totius tum vocum singularum dependet, sed ob formarum linguae perfectarum inopiam haud levem simul notionibus formandis inservit; estque hinc linguae huic in universum multo minor seriei vocum variandae facultas quam graecae, sanscritae si-

milibusque. Duo igitur hęc monstranda sunt: prius, qualis sit orationis quiete fluentis ordo, quaeque ordinis vocabulorum ratio et lex; alterum, quas ordinis hujus variationes sensus et vis enunciationum singularis permittat.

1. Constans est genitivi e statu constructo dependentis ordo; nec minus continua est appositionis adjectivorum, adverbiorum aliarumque vocum supra descriptae lex; appositio enim ubique e sensus ordine postponenda est: et nomina quidem proxime, verbis laxius appositis (§. 620) interstitium majus pro loci ratione conceditur. Objectum porro, quamquam in eo collocando licentia paulo major est, e lege tamen verbo suo postponitur; objectum duplex e justà serie ponendum, quae non nisi sensu perspicuo variari potest. Semperque justus objecti duplicis ordo servandus si accusativus cum verbo uti altero objecto subjungitur §. 632, ut vel dicendum sit *إِذَا سَمِعْتُمْ آيَاتِ اللَّهِ يُكْفِرُ بِهَا* si dei signa abnegari auditis Sur. 4, 139, cum *كُفِرَ* cum *بُ* ponatur. Omnia haec e supra dictis jam perspicua sunt.

Major quidem in subjecti et praedicati juncturâ ordinis verborum varietas prona est: neque enim, cur sive illud sive hoc praecedat, cum utrumque per se ponatur, causa proxima cernitur. Cum tamen id, quod de re praedicandum est, plerumque e totâ orationis vi sensuque loquentis multo sit gravius propiusque, praedicatum subjecto praeponere adeo consuetum est, ut lex paene continua in oratione quietâ hunc ordinem sanxerit.

Hoc eo praesertim valet, ut verbum subjecto in oratione 667 quietâ semper praeponendum sit, ut *مَاتَ أَبُوهُ* mortuus est pater ejus; objectum autem, si quod accedit, post subjectum demum accedat, cum subjectum eo multo propius sit, ut *خَلَقَ اللَّهُ السَّمَوَاتِ وَالْأَرْضَ* creavit deus coelum et terram. Quem eundem ordinem ab hac verbi finiti lege continuâ ad infinitivi et participii juncturam transferri, §. 641 sqq. uberius descriptum est.

Facile quidem subjectum, si cum vi quadam effertur, verbo etiam praeponi potest, ut كَذَكَ اللهُ بِعَزْمٍ مَا بِشَاءِ

sic deus facit quae vult Sur. 3, 41. 47. Sed hoc pronum non est, nisi ubi sermo ab initio alio fundamento niti nequit, ut fundamenti instar aut verbum, quod propius omnino est, aut ob vim quandam subjectum praemittatur. Si vero vox arctius juncta vique suâ insignienda praecedit sermonis firmum quasi fundamentum struens, constantissime quietus ille vocum ordo servatur; sic enim res ipsa fert, ut quo fortius fundamentum positum est, eo placidius et sedatius ordo vocum deinceps decurrat. Idque fundamentum varium maxime est: pertinent enim huc 1) particulae vi insigniori efferendae ac cum ipsâ enunciatione arctissime junctae, ut fundamentum ejus non possint non efficere, nempe in-

terrogativae ا، هَلْ، de quibus v. §. 703 sqq.; negativae omnes, de quibus v. §. 694 sqq.; porro particulae temporis et conditionis (exceptis iis temporis particulis, de quibus §. 738 dicetur), ut لَمَّا cum, حَتَّى donec, اِنْ et تَوْ si, اِذَا quando reliquaeque, conditionis notionem quae suggerunt (v.

§. 741-72), nec non قَدْ jam et سَ (§. 199 sq. 205), quae cum nil nisi tempus definiant, non possunt alii vocabulo nisi verbo proxime praeponi neque omnino enunciationi insunt verbo carenti; denique particulae variae modo naçbato vel g'ezmato jungendae (§. 624-31), utpote quae in arctâ tantum cum modo hōc juncturâ vim suam exserunt, sicut praepositiones a casu suo divelli nequeunt. Quae cum ita sint, facile jam apparet, particulam simpliciter copulativam و et huc non pertinere, cum extrinsecus et laxo nexu enunciationi accedat; nec و per se ordinem vocum moderatur, quanquam si narrationis progressum notat, verbum ei proxime postponere in quieto sermonis defluxu pronum ac con-

موجود عندنا رجال من الكرام *inveniuntur apud nos viri*

(i. e. nonnulli) *e nobilibus*. Sed si praedicatum per se non statim dignoscitur, ut sensus ambiguus esse possit, subjectum jam vi pronuntiandum eoque ipso praemittendum est, ut

الله ربنا *deus est dominus noster*, non alius praeter deum,

محمد رسول الله *Muhammed*, neque alius praeter eum, est *legatus dei*. Facileque et alibi subjectum, si *definitum* est,

praedicato indefinito praemittitur, ut الله كريم *deus est*

liberalis, الله اعلم *deus est scientissimus*, هذا صراط مستقيم

haec est via recta Sur. 3, 50, ubi *via* sine articulo dicta est, quia adjectivum definitionem aliquatenus supplet. Subjectum

cum ل §. 496 ob ipsam vim semper praemittendum est, ut

لانت كاذب *profecto tu es mendax*. At subjectum prorsus

indefinitum debilius est, quam ut commode praemittatur: fundamenti loco aut particula quaedam apta praecedit, vel

negativa vel interrogativa, v. c. هل انسان في البيت *vel*

هل في البيت انسان (neque enim refert, utrum illum an hunc

ordinem praeferas) *estne homo quis domi?* ما احد في الدار

non est aliquis domi, aut si ea deest, alia vox praedicato

inserviens, ut في البيت رجل *domi est vir aliquis*, عندي درهم

penes me est drachma. Quanquam substantivum indefinitum ab initio bene toleratur, si adjectivo circumscibitur ac de-

finitur, ut رجل كريم عندي *vir quidam nobilis apud me*

est. Nec tamen hujus ditionis est vox per se indefiniti sen-

sus, ut ^قمنى *qui, quicumque*, ^ككل *omnis*, quae bene praemittuntur; nec nomen interjectionis vice vi fortiori praemissum, ut ^ععليك ^سسلام *pax sit super te!* nec denique infinitivus, qui articulo propter notionem suam non eget, ut ^ففَصِّرْ ^ججَهْلًا *ut*

§. 646.

Verbum substantivum ^ككان vel aliud ei simile si ad subjectum et praedicatum accedit, verbi cujusvis legem sequitur, si fundamenti vice vox praecedit §. 667; sed si ejusmodi nihil praecedit, non ab initio tantum ponitur, sed praedicato etiam subjici potest subjecto sequente, quod tamen, nisi forte vis singularis praedicatum insigniat, poetis potius peculiare est, ut ^ككِرِّمًا ^للَمْ ^ييَزَلْ ^ععَمْرُو *liberalis esse non desiit Amr*; etiam ^ممَا ^صصَدِيقَكَ ^ننَرَا ^ززَيْدًا *non amicus tuus esse desiit Zaid*; negativum tamen simplex ^للَيْسَ interponi se non bene sinit. Contra vero ^ككان, quod ad tempus praeteritum notandum enunciationi accidit §. 201. 208, tam parum arcte cum eà cohaeret, ut saepe ab initio positum longo intervallo ab eo distet verbo, quo e temporis ratione referendum est,

Quae denique ad partes praecipuas vel fundamenta orationis accedunt notiones maxime variae, eas lingua mediae enunciationi inserere amat, quo facilius et arctius tota sermonis compages cohaereat. Ita temporis definitio, adverbia, nomina praepositionibus aucta libenter verbum inter et subjectum ponuntur, ut ^ككان ^ييوم ^{ال}الجمعة ^ننَزِدْ ^صصَامًا *erat die Veneris Zaid jejunans*. Objectum adeo haud raro verbo et subjecto interponitur, praesertim si objectum e vi sermonis levius, subjectum gravius vel longius est, ut ^ااِذَا ^ححَضَرَ ^{ال}القِسْمَةَ ^ننَحْنُ

١ ٢ ٣ ٤ ٥ ٦ ٧ ٨ ٩ ١٠ ١١ ١٢ ١٣ ١٤ ١٥ ١٦ ١٧ ١٨ ١٩ ٢٠ ٢١ ٢٢ ٢٣ ٢٤ ٢٥ ٢٦ ٢٧ ٢٨ ٢٩ ٣٠ ٣١ ٣٢ ٣٣ ٣٤ ٣٥ ٣٦ ٣٧ ٣٨ ٣٩ ٤٠ ٤١ ٤٢ ٤٣ ٤٤ ٤٥ ٤٦ ٤٧ ٤٨ ٤٩ ٥٠ ٥١ ٥٢ ٥٣ ٥٤ ٥٥ ٥٦ ٥٧ ٥٨ ٥٩ ٦٠ ٦١ ٦٢ ٦٣ ٦٤ ٦٥ ٦٦ ٦٧ ٦٨ ٦٩ ٧٠ ٧١ ٧٢ ٧٣ ٧٤ ٧٥ ٧٦ ٧٧ ٧٨ ٧٩ ٨٠ ٨١ ٨٢ ٨٣ ٨٤ ٨٥ ٨٦ ٨٧ ٨٨ ٨٩ ٩٠ ٩١ ٩٢ ٩٣ ٩٤ ٩٥ ٩٦ ٩٧ ٩٨ ٩٩ ١٠٠

اولوا القربي واليتامي والمساكين *si praesentes sunt partitioni*
 propinqui et orbi et pauperes Sur. 4, 7. افتح ارض مصر
 انصاب اصحاب رسول الله *expugnarunt Aegyptum comites legati*
 فرعون المذكور المتكلمون بظهور موسى *certiorem fe-*
cerunt Pharaonem memoratum astrologi de Mosis ortu,
 ليس سواء عالم وجهول *non est idem (§. 553) sciens et in-*
 ما دام متيمًا في الدار صاحبها *quousque domi ma-*
nebit dominus ejus.

- 670 2. Vidimus hucusque consuetum et quietum vocabulorum ordinem, a praedicato e lege prodeuntem. Sed is duabus e causis tolli potest. Primum praedicatum, sive verbum sive nomen sit, subjecto continuo postponendum est, si *status* depingendus est, ita ut inverso huic vocum ordini simul *notionis* singularis formatio insit. Egregie enim inverso hoc ordine res vel actio non progrediens, sed qualis eo ipso momento vel statu comparata sit, descripta sistitur. Hinc praedicatum, si fieri potest, *participio* continetur; potest tamen etiam, ubi notio postulat, verbum finitum praedicali loco esse, imperfectum scilicet praesentis vice statum describens, perfectum plusquamperfecti nostri sensu; nec non aliud nomen personale praedicali locum occupare potest. Quod si forte enunciatio hujusmodi praedicato distincto prorsus careat, ut alia vox, velut nomen cum praepositione, praedicatum suppleat (§. 655), vocum ordo tam perspicue inverti nequit: videas tamen plerumque subjectum alias praepositum jam postponi inverso ordine. Et alias voces tempus vel locum describentes simul praeponere juvat, quibus status delineatio incipiat. Ceterum enunciationem hujus generis non nisi in oratione continuâ obviam esse posse, facile apparet, v.

igitur infra §. 730. Nunc unum locum e Koseg. chr. p.75, 12 sqq. laudare sufficit, ubi exemplorum copia larga est:

فَأَشْرَقَ عَلَيَّ وَادٍ كَثِيرٌ النَّبَاتِ مَخْضِرٌ الْجَنَابَاتِ وَعَلَيَّ حَافَةَ الْوَادِي

بِهِتٍ مَضْرُوبَةٍ وَفِيهَا عَالَمٌ عَظِيمٌ وَرِمَاحُهُمْ مَرْكُورَةٌ وَبَيْتُهُمْ عَالِيَةٌ

وَسَعَادَتُهُمْ نَاهِيَةٌ وَالخَيْبُولُ مَرْبُوطَةٌ وَبَسَطَ الدِّبْجَاجَ مَبْسُوطَةً وَالْجِمَالَ

Conspexit vallem plantis refertam et arboribus virentem, cujus in margine

tentoria erant fixa, inque eā homines multi, quorum hastae erant in terra defixae, domus altae, fortuna emi-nens, equi alligati, stragula serica expansa, cameli camelaeque genibus nixi, ancillae lyras pulsantes etc. Si-

militer post **ها** ecce semper subjectum proxime efferendum

est, ut **ها** **أَنَا** **مَيِّتٌ** **en** ego moriens sum, **ها** **أَنَا** **أَحْمِلُ** **en** ego porto etc.

Particulae **لَعَلَّ**, **لَيْتَ**, **لَكِنَّ**, **أَنْ**, **إِنْ** cur nomen sub- 671

jecti vi praeditum attrahant sibi in accusativo subjungant, §. 563. 67. expositum est. Tantaque iis inest se nomine apto complendi et subjectum aliquod sibi subjiciendi vis, ut, si subjectum verbi personis vel formis inhaeret, tamen prono-

men ejus praereptum sibi subjungant, v. c. **سَيَكُونُ** **تَفْلِحُونَ** **en** forte felices eritis,

لَا **أُظَنُّ** **أَنْدَ** **يَمُوتُ** **non** puto eum mo-

رِطُورُ **عَسَ** **أَنْدَ** **مُصِيبُهُمْ** **مَا** **أَصَابَهُمْ** **sane** iis accidet quod

illis accidit, ubi participium jam praedicati tantum vicem explet; utque, si ante vocem aliam, quae enunciationis

أَهْتَدَيْتَ بِكَفَيْكَ أَنْ nonne sufficit tibi, quod directus es in

viâ verâ? أَسْتَقْرَءَ وَقْتِ أَنْ tempore, quo absconditus erat etc.

Quaquam si in tali nexu non verbum finitum, sed participium sequitur, personae seu subjecti suffixum ab hoc أَنْ abesse nequit. Singulari praeterea vi أَنْ modum načbatum

complementi sui instar sibi jungit. §. 625. — أَنْ vero rarissime voci dissimili, velut verbo, praepositum invenitur, quod ubi fit, sine vocali ultima ejus syllaba effertur eodem

discrimine quod inter أَنْ et أَنْ est, scilicet ut vocalis finalis, ubi adest, proclivem voculae nexum cum nomine praeparet, suspensa vero nexum hunc consuetum sublatum vocemque

magis hiantem notet, v. c. أَنْ كُنْتَ مِنْ قَبْلِهِ مِنَ الْغَافِلِينَ sane antehac inter negligentes fuisti Sur. 12, 4 ¹). —

Similiter brevius effertur لَكِنَّ, si adversativum hoc magis per se stat, velut verbo sequente, quod haud ita raro fit, cf.

Sur. 4, 161. 165. 10, 37. — De لَعَلَّ v. porro §. 709.

Deinde invertitur ille verborum ordo ob vim, quâ una ⁶⁷² prae ceteris vox insignienda videtur; sic enim vox haec potior visa ita praeponitur, ut ordo verborum inde pendeat. Frequentior est ea verborum inversio in hebraeâ linguâ vivace admodum et juvenili; rarior in arabicâ, quaquam Koranus vestigia ejus satis multa trahit. Ita raro id cernas oppositi fortius insigniendi causâ duas inter enunciationes, ut

لَا تَعْلَمُونَ أَنَّ اللَّهَ يَعْلَمُ وَأَنْتُمْ لَا تَعْلَمُونَ deus id scit, sed vos haud scitis

1) Sequens لَ satis monstrat أَنْ hoc loco non posse notare si. Cf. de hoc loco Zamakschari in Sac. anth. p. 125. et Sur. 10, 29. 62, 2. 68, 52.

Sur. 3, 65; ^{قَرِيبًا هَدَىٰ وَقَرِيبًا حَقَّ عَلَيْهِمُ الضَّلَالَةُ} *partem vestrum direxit, sed parti alii adjudicatus est error* Sur. 7, 31. Frequentius paulo id fit, ut in singulâ enunciatione unum prae ceteris nomen ut potissimum, de quo dicendum sit, insigniatur, ut ^{اللَّهُ رَسُولُهُ} *hoc praelegimus* ^{ذَلِكَ تَتْلُوهُ} *dei legatus vobiscum est* et sexcenta talia in Korano. Ex utrâque vero ratione cum nomen, quod in quietò orationis fluxu postponendum fuisset, extra juncturam praeponatur, nexus ejus, si opus est, in enunciationis tenore justo loco pronomine ejus suffixo supplendus est. Et nominativus quidem ab initio positus sufficit per se, ut ^{اللَّهُ يَعْلَمُ} *deus scit*: sed nomen, quod e quietâ oratione a statu constructo vel praepositione penderet, ut suffixo suppleatur, ubique necesse est, ut ^{اللَّهُ رَسُولُهُ} *deus — legatus ejus* i. q. *dei legatus*, neque enim genitivus arabicus per se poni potest; ^{مَا فِي السَّمَاوَاتِ وَالْأَرْضِ} *deo est quodcunque in coelo et terra*; accusativus ipse praepositus, cum terminatio ei sit dilucida, sufficere jam potest, ut ^{قَرِيبًا هَدَىٰ} *partem direxit*, ut omnino accusativus facilius praeponitur, ac poetae saepe eum non ob vim, sed ob metrum praeponunt, v. c. ^{كَلِمَاتٍ لَا} *الموتui instar qui terram non secuit* Izzedd. av. p. 70, 3; nomen tamen paulo gravius seque magis secernens, ut definitum, suffixi ope suo loco saepe redit, ut ^{مُوسَىٰ} *Mosen elegimus*, necessariumque id magis, si forte accusativi terminatio non adest, ut post ^{ذَلِكَ} *hoc*.

Quod vero ita extra juncturam praemittitur nomen deinceps suo loco suffixi ope supplendum, in nominativo pronuntiatur, cum oratio ita incipiat, quasi de hōc nomine aliquid praedicaturus sis. Saepe tamen et accusativum praemissum reperias, si post verbum interpositum objectum vel proxime vel praepositionis ope junctum sequitur. Nam ita loquens objecti vim, quam in mente tenet, ab initio statim dilucide exprimit, quae est ratio sermonem integrum jam animo complectentis. Nominativus magis hiat, accusativus mitior est faciliusque subjicitur. Hinc accusativus tum maxime placet, cum particula conditionis et temporis, interrogativa vel negativa etiam, fortior praesertim ut *أَنْ، لَوْ، هَلْ*, fundamenti loco praemissa est, quas easdem jam supra §. 667 basin enunciationis efficere fortiusque ab initio pronuntiari vidimus, v. c. *هل زيداً لقيتَهُ* num *Zaidum* offendisti? *مهما زيداً مررت به سلمت عليه* quotiescunque juxta *Zaidum* transeo, saluto eum, *ما زيداً كلمته* non *Zaidum* alloquutus sum; licet et nominativus feratur, praesertim post, negationem vel interrogativum minus forte, ut *لا تجزعي أن منس أهلكته* ne contremisce, si *Munfisum* interfecero. Post simplicem vero copulam accusativus minus quidem necessarius est, invenitur tamen satis frequenter, ut *والسماء ببنائها — والأرض قرشناها* et coelum aedificavimus — et terram expendimus Sur. 51, 47, 48, sed minus placet, si in enunciatione priori nominativus est, ut *قُتِلَ عمرو وعمرأ جرحته* *Omar* occisus est, et *Amrum* vulneravi, ubi *وعمرأ* potius est. Denique si nihil prorsus praecedit, accusativus minime placet, faciliusque fertur *زيداً قتلته* *Zaidum* interfeci quam *زيداً قتلته*. Praeterea in oratione

commotiore ante imperativum vel jussivum accusativus his

respondens potior est, ut ^{اَللّٰهُمَّ} ^{عَبْدَكَ} ^{اَرَجِدُ} ^{وَابْنِ} ^{عَبْدِكَ} لَا

^{تَجْعَلَهُ} ^{مِنْ} ^{اَلْكَافِرِيْنَ} o deus, *servum tuum tibi commenda-*

tum habe vernamque tuum ne impiis adjungas! — Ubi-

cunque vero ita accusativus fertur, non est cur nomen, quo

hic e sensu sermonis justo pertinet, verbum proximo statim

loco sequatur; nam potest et post statum constructum se-

cundo vel tertio loco distare, aut in enunciatione integrâ

appositâ (e §. 715) sequi, ut ^{مَا} ^{زَيْدًا} ^{أَمَرْتُ} ^{بِقَتْلِ} ^{أَبْنِهِ} *Zaidi*

filiï mortem non praecepi, ^{مَا} ^{زَيْدًا} ^{كَلَّمْتُ} ^{أَحَدًا} ^{مَرِيْبِهِ} *Zai-*

dum qui offenderit neminem allocutus sum; quanquam

ubi vox vere relativa, vel articulus tantum (§. 718), ita in-

tercedit, ut duae enunciationes distinctae formentur, accusa-

tivus qui ad posteriorem pertineat, in priori ferri nequit.

Ceteroquin accusativus ferri nequit, velut si particula enunciationem fundamenti instar incipiens §. 667 post nomen demum praemissum sequitur, quâ ratione nomen prius sine

omni nexu ponitur, v. c. ^{مَا} ^{رَأَيْتَهُ} ^{مُحَمَّدًا} *Muhammedem*

non vidi, ^{زَيْدٌ} ^{قَدْ} ^{رَأَيْتَ} ^{أَحْسَنَ} ^{مِنْهُ} *Zaido jam pulcriorem*

vidi, quo eodem pertinet ^{زَيْدٌ} ^{لَا} ^{أَحِبُّهُ} *Zai-*

dum certe amo; vel si conjunctio per se subjectum mon-

strans ideoque semper nominativo praefixa praecedit, ut ^{إِذَا}

ecce notans (§. 490), ^{أَمَّا} *quod attinet ad (§. 486),* v. c.

^{وَإِذَا} ^{زَيْدٌ} ^{رَأَى} ^{أَمْرًا} *et ecce Zaidum videbat 'Amrus,* ^{أَمَّا}

^{أَت} ^{تَمُودٌ} ^{قَسِيْدٌ} ^{بَنَاهُمْ} *Tamúdum direximus* Sur. 41, 17; etsi

Hic tamen ante omnia notandum, arabismum ut in multis rebus ita in hac quoque longe antiquae linguae semiticae arctos limites transgressum esse. Nam arabismo ea jam indita est nova vis, quâ duo suffixa uni verbo subjungere queat. Quod tamen ut fiat, ordo, quo suffixa duo se excipiant, requiritur justus et perspicuus. Igitur cum gravius suffixum praeponi aequum sit, primae personae suffixum praecedat suffixo secundae vel tertiae, secundae item suffixo tertiae; nec fertur in tertiâ vel aliâ ejusdem suffixi bis ponendi compositio ingrata et obscura; nec denique unquam objectorum series, quae e notione pendet (§. 545), negligi potest.

Licita ergo sunt haecce: ^عأَعْرَفَنِيكَ ^عfacit me te cognoscere, ^سسَلِّئِيهَا ^عid me interroga, ^عتَحِيَّةٌ حَبَاكُهَا ^عsalutatio quaedam, ^عأَعْطَيْتَكُمُوهُ ^عquid te salutavit, ^عبُرِّبِكُمْ ^عtibi eos monstrat, ^عأَسْقَيْتَهُمُوهَا ^عvobis eum dedi, ^عأَسْقَيْتَهُمُوهَا ^عpotavi eos eum (vino). Secus ubi quid accidit, alterutrum objectum separandum est, ut ^عأَرَاهُ ^عmonstravit ei me, cum ^عأَرَانِيهِ ^عnotet: monstravit mihi eum, ^عأَعْطَيْتَهُ أَبَاكَ ^عdedi ei te, ^عأَقْبَضْتُكَ ^عأَبَايَ ^عte me prehendere sivi, ^عسَلِّئِيهَا ^عأَبَايَ ^عinterroga eum id etc. Cum verbo putandi similibusque (v. §. 545) licet quidem dicere, pronominibus diversis junctis, ^علَمْ أَكُنْ حَكِيمًا ^عوَحَسِبْتَنِي ^عnon fui sapiens et tu putasti me esse eum (i. e. sapientem), sed ubi idem suffixum subjungendum foret, id vitandum est, ut ^عظَنَنْتَهَا ^عأَبَاهَا ^عcredidi eam esse illam (feminam, quae quanam sit quaeritur). Ceterum objectum posterius et ibi hoc ^عأَبَا ^عposito separari potest, ubi juncturae duorum suffixorum per se nihil obstat; nam non ubique innovatio haec arabismi

necessario sibi jam constat. — Quae vero voces verborum vim ita referunt, ut et ipsae duplex objectum patiantur, eandem suffixorum juncturam ferunt, ut praepositio **دُونَ** ex §. 593, v. c. **فَوْنَكْ** *accipe eum*, et nomina verbalia, tum participia cum infinitivi, quibus duplex objectum subijci posse §. 644 sqq. monstratum est, v. c. **المُعْطِيَهُمْ** *is qui tibi eos dat*, **أَعْجَبَنِي عَطَاوَكْ** *mirum me tenuit quod ei donum dedisti*. Sed cum verbalibus minor inhaereat transitivi verbi vis quam verbo finito (cf. §. 652), hic frequentius etiam quam post verbum finitum, objectum posterius separatur.

Nec minus per **إِ** suffixum separatur, si accusativus post genitivum a nomine verbali pendentem sequitur, ut **قَتَلَ اللهُ** *quod deus eum interficit* cf. §. 648; vel si nomen verbale indefinite et absolute ponendum est, ut **لَكِنَّهُ سَامِعٌ إِبَاءٌ** *sed is est audiens i. q. sed audit eum*. Utrâque tamen ratione accusativum saepissime diversâ praepositionis **لِ** juncturâ evitari e §. 652 elucet.

2) Potest etiam fieri, ut objectum prorsus nude ponatur, ⁶⁷⁵ ubi jam suffixum sine **إِ** stare omnino nequit. Fit id frequentius in locutione interjectionis ritu pronunciandâ, de quâ v. §. 708.

3) **إِلَّا** notionem latini *praeter* aequans objectum sibi subijcere §. 564 dictum est. Suffixum tamen, si objecti vice est, nondum didicit proxime subijci, sed interposito **إِ**, quo disertius accusativus notetur, carere nequit; v. c. *non est noster dux* **إِلَّا إِبَاكَ** *praeter te* Kos. chr. p. 78, ult. Similiter **لَيْسَ** §. 479 nonnunquam *praeter* notat accu-

sativo suffixi jungendum, ut suffixum disertius potius per **أَبَا** quam proxime subjungatur, nam proxima subjunctio rara est et poetis priva, ut **آتَوْنِي لَيْسَ أَبَاكَ** *venerunt ad me, praeter te*; pr. sg. **لَيْسِي** s. **لَيْسِي** ¹⁾ *praeter me*.

Denique si particula praecedit accusativum postulans eaque suffixo juncta, novum suffixum copulae **وَ** ope accedens per **أَبَا** annectitur, ut in Korano legitur **أَنَا وَأَبَاكُمْ لَعَلِّي** *nos profecto et vos in viâ rectâ sumus, aut in errore manifesto*, et similia satis multa leguntur, ut Schanfari *carm. v. 32* in *Sac. chr.*, *Haret. M. v. 68*. *Sac. anth. not. p. 194*. *Exp. Memph. p. 87, 3. 137, 9*. Cur vero minus frequenter suffixum novum post verbum ita copuletur, v. c. ut dicatur **وَأَبَاهَا قَتَلَهُ** *interfecit eum (virum) et illam (feminam)*, v. §. 727.

676 *Repetitio vocis* cujusdam in enunciatione insignem efficit orationis vim in hac unâ voce positam. Vis tamen haec duplicis generis esse potest: aut *logica*, ut breviter dicam, aut *rhetorica*. Et illa quidem in verbo et nomine perfecto aptius plerumque aliis notari potest rationibus, formationum scilicet et compositionum novarum ingente copiâ, quâ arabismum praecipue gaudere constat. Cujus quidem generis quae sunt, pleraque superius suis locis explicuimus; sunt enim inter se rursus plus minusve diversa; adde nunc unum hoc, insignem notionis nominalis vim oriri posse ex substantivo cum adjectivo ejusdem radicis composito, ut **دَاهِيَةٌ دَهَوَاءٌ** quasi dicas *infortunium infelicissimum* i. e. *maximum*,

1) Formatio hic fluctuat inter suffixum accusativi et nominis: utrumque enim paene aequo jure fruitur.

لَيْلٌ vel لَيْلٌ *nox* quae ante ceteras omnes noctis
 imaginem fert i. e. *aterrima*, atrocissima, بومٌ بومٌ vel بومٌ
dies (velut pugnae) *clarissimus*, شاعرٌ شاعرٌ *carmen ποιητι-*
κώτατον, poetà *dignissimum* et quae alia ejus numeri in
 sublimiore praesertim oratione obvia sunt. Simile est ابي ابي
ego sum superbus superbus, ut idem nomen prius substan-
 tivi, dein adjectivi id definientis locum teneat sensusque sit
 hic: *superbus homo* non specie, sed vere *superbiens*; ظلي
 الظليل *umbra mea optima*; et ليو ليو *leo leonum* i. e.
leo ante omnes ita nominandus. Rariora sunt haecce: انا
 الشجاع كل الشجاع *ego sum audacissimus omnium omnino* ¹⁾,
 مطيرون بالمقالة كل مطير *abjiciunt orationem omnium ci-*
tissime Tab. p. 8, pen. ubi verbum ut alias infinitivo suo ²⁾
 explicatur. Nec logica notionis cujusdam vis voce repetendà
 exprimenda est nisi in *adverbiis* formationi novae haud ido-
 neis, quanquam id quoque in arabismo rarum est, ut جدا جدا
vehementissime Gen. 7, 19 Saad. ex hebraeo מְאֵד מְאֵד.
Rhetorica autem vocis cujusdam vis, si levior sufficit, in
 nomine jam positione vocabulorum satis insigniri potest (cf.
 §. 672); si gravior affectus regnat, ipsum verbum vel nomen

1) Germ. *der Kühnste, der Allerfühnte*. Aliud exemplum Izzedd. av. p. 112, 2.

2) Igitur forma مطير ad eas pertinet, de quibus T. I. p. 379 dictum est. Sed ob sonum jam similiorem sueta infinitivi forma hic sedulo evitata videtur.

repeti potest, id quod in interjectionalibus enunciationibus satis frequens est, cf. §. 708. Semper vero ea vis repetitione exprimenda est in pronomibus personalibus, quippe quae aliter insigniri nequeunt. Nam *suffixis* primum nomen vel particularum, cum sine omni prorsus vi voci adhaereant, si vis sermonis in iis vertitur, pronomina *separata* (neque enim suffixum solum poni potest) subjiciuntur, ut

أَيْنَ نَصِيبِي أَنَا *nostrum* (non aliorum) *jus*, *ubi*

est mea pars? هَذَا الْكِتَابُ لَنَا نَحْنُ *cujusnam est hic*

liber? nostri! أَنَا نَحْنُ نَرِثُ الْأَرْضَ *certe nos, nos heredes*

erimus terrae. Suffixum *accusativi* a verbo pendentis aliâ etiam ratione e §. 670 praeponi eoque insigniri potest; sed cum haud raro ob verborum juncturam bene

praeponi nequeat, et haec ratio hic obvenit, ut أَنَا تَرَى أَنَا *si me vides.* Si quid vero ad suffixa haec appositionis ratione adjungendum est, id solo hoc vinculo intercedente ad-

jungi potest, ut أَضَىٰ هُوَ غَضَبُهُ *ejus quoque ira disparuit,*

أَنَا الْمَسْكِينُ *vae mihi misero!* ubi post

pronomen separatum casum suffixi continuari vides, neque enim in appositione aliud ferri potest; vel si نَفْسِ *ipse no-*

tans e §. 663 subjungitur, melius dicitur رَأَيْتَكَ أَنْتَ نَفْسَكَ *pro-*

(pro أنت hic ob accusativum etiam أَبَاكَ *inseri potest*),

رَأَيْتُكَ بِدُونِ نَفْسِكَ *quam* مَرَرْتُ بِدُونِ نَفْسِي *vidi te ipsum,*

praeterii ad eum. — Deinde eâdem e causâ personae verbali pronomen separatum subjicitur, quo vis ejus

insigniatur, ut أَنَا جِيءْتُ جِيءْتُ أَنَا *si venies, veniam ego;*

fitque id eodem modo necessario ante appositionem, ut dicendum sit *قَلْتَ أَنْتَ نَفْسَكَ* *tumet ipse dixisti*. Si verbo praecedit *أَمَّا* *solum*, non nisi §. 488, verbo in tertiâ personâ pronunciato bene subjici potest pronomen primae vel secundae, cum illa generalior hac, ad quam *أَمَّا* pertinet, restringatur, neque ideo hic verbum cum pronomine tam arcte junctum sit, ut *أَمَّا قَامَ أَنَا* *non surrexit* (quisquam) *nisi ego*, s. *ego solus surrexi*, quod aliter dicitur.

Potest vero etiam nominis substantivi repetitio aliâ ratione 677 ordinem rei continuum et si de pluribus personis sermo est, rem singulo cuique communem notare, ut *ubi terra comminuta erit* *دَكَ دَكَ* *minutatim* Sur. 89, 22. 23. *فِي سَفِيرٍ سَفِيرٍ* *in libris Pentateuchi continuis*, prout ex ordine se excipiunt

Abulf. ann. ant. p. 158, 9. *أَصْبَعًا أَصْبَعًا* *per digitos*, singulis digitis Ibn-Khac. p. 30 not. 1. 7. Quâ ratione si res in pluribus singulis redire dicenda est, vel idem semper nomen in continuis enunciationibus repeti potest, ut *نَزَلَتْ نَزَلَتْ بِحِجْرٍ وَعَمْرٍو* *quisque* ope brevius dici potest: *concederunt Zaid, 'Omar et 'Amr in suo quisque territorio* Tab. p. 236, 11. 12. 1).

Vis quoque orationis eo conspicitur, quod substantivum, 678 quod in enunciatione annexâ pronomine suo satis redire poterat, totum repetitur, quo ipso hoc prae ceteris extollitur, ut in Korano *أَنْزَلْنَاهُ بِالْحَقِّ وَبِالْحَقِّ نَزَلَتْ* *demisimus eum* (Koranum) *cum veritate*, et *cum veritate descendit*; *مَشِينًا*

1) Alia exempla v. congesta in gr. crit. hebr. p. 638. not.

مَشْبَةً اللَّيْثِ غَدَاً وَاللَّيْثُ عَضْبَانٌ *aggressi sumus leonis instar, qui irruit et leo quidem iracundus (i. e. irruit irascens, وهو غداً sine vi dictum, cf. §. 730) Ham. p. 10.*

In simplice enunciatione similis emphasis rhetorica oritur, si substantivum, quod in mente loquentis est, prius pronomine suo innuitur, dein ipsum nominatur jam praeparatum, ut in Korano هو الله أحد (germ. *er, Gott, ist einer*) *αὐτὸς ὁ θεὸς εἰς ἑοῦν*, فانها لا تعي الابصار, *nam illi haud caecutiunt, oculi, et poetice هي النفس ما جلتها تتحمل anima haec, quicquid eam tolerare voluero, tolerabit. In germanico sermone idem ubique imitari licet ¹⁾.*

Neque ad verum pleonasmum suffixum personae nominibus temporis et vicis variis adjunctum referri potest, etsi a nostris linguis mos hic prorsus alienus est. Nam سأروا *profecti sunt diem suum breviter dicitur pro die, quo ipsi tum erant, سمرنا ليلتنا transegimus confabulando noctem nostram v. c. noctem, in qua eramus, قد كان تحبر ليله perplexus fuerat per noctem illam, quam transegit, أعجبتني في مرتبهم per extremam illam noctem Tab. p. 86, 1. 4. من يومه illa vice, quae ipsorum erat, ab illo die, proprie*

1) V. exempla haec a scholiastis passim collecta, ut a Vahidio ad Motenabbii carm. ed. Horst p. 3. v. 1. quanquam locus hic ipse alienus est; nam هو البين حتي *sonat: ea est distantia, ut etc. ut praedicati loco sit.*

die ejus, quo tum temporis forte erat, i. q. *confestim*,
 مِنْ لَيْلَتِهِمْ ^و ^و *inde ab illâ nocte*, quâ erant, *statim*, مِنْ عَامِهِمْ
ab eo ipso anno (quo erant) Wakedi Aeg. p. 147, ult. 61,
 17. 66, 8. 100, 7. Ad praesentem si sermo vertitur, non
 minus dicitur مَاتَ لَيْلَتِكُمْ هَذِهِ *mortuus est hac ipsâ nocte*
vestrâ, quâ versamini, Elnav. p. 76, 15. 16. Suffixum per-
 sonae igitur in his definitionem, quae cogitari potest, ex-
 actissimam breviter supplet.

Ceterum ut ex his pleonasmum, qui jure ita ex arabismi 679
 indole dicatur, nullum esse apparet, ita ellipsis non adest quae
 vere ita vocetur. Nam ineptum est, ea ad ellipsin referre,
 quae ex nostrae tantum linguae genio deesse videntur, in
 arabismo adesse nequeunt. Si quid vero ad justum enuncia-
 tionis cujuslibet ambitum vel sensum perspicuum vere deest,
 id ita comparatum puta, ut e sermonis nexu haud deside-
 retur. Ita poetae saepe personam vel rem *pronomine* tan-
 tum suo insigniunt, sive in vividâ rei mox uberius depingen-
 dae descriptione, sive quod auditores id e nexu sermonis uni-
 verso per se facile concludere posse haud frustra credunt ¹⁾.
 Similiter poetae substantivorum loco *adjectiva descriptiva*
 ponere in deliciis habent: hoc enim omnino ex arabicae poe-
 seos indole est, ut cum omnia in linguâ hac recentia magis
 vividaque quam fixa et emortua sint, res quoque notas de-
 scriptivis idoneis et recentibus innuere sufficiat, si nexus si-
 mul sermonis eo ferat ut descriptiva talia omnino non pos-
 sint non dignosci. Ergo pro *ense* significantius dicunt *can-*
dentem vel *Jemanensem*, *celerem* pro *equo*, *rubrum* pro
labio et sexcenta alia; nec id in antiquioribus poetis obscuri
 quid habet, quanquam seriores id nimis nec satis ubique
 apte frequentarunt. Paulo gravius est, si verbum solum

1) cf. Relskii not. ad Taraf. M. v. 40.

ponitur, e cujus notione subjectum distinctius concludas, ut
 حَتَّىٰ تَوَارَتْ بِأَحْجَابِ تَبَسُّمٌ *subridet* sc. puella Taraf. M. v. 8; *donec occultavit se velo* i. e. occidit sol, ubi e nexu sermonis et feminino verbi genere facile notum illud *solis* nomen concludas. E more vero est, *dei* et *Muhammedis* nomina menti semper obvia omittere, si e formulis, quas subjungere consuetum est, sacris per se concludi possunt; quae formulae cum verbis constant, pronomen quo referantur semper priori voci insit necesse est, v. c. قَالَ تَعَالَىٰ *dixit* (deus) *qui exaltetur!* قُلْتُ لَدَّ صَلَعَمٌ *dixi ei* (Muhammedi) cf. §. 145.

Omnino arabismus in concisum dicendi genus pronior est quam ad diductum. Hinc in prosâ quoque oratione pronomen, quod e sermonis nexu sponte suâ sequitur, facile omittitur; facilius tamen id, si de *rebus* sermo est, quam si de personis, ut أَمْرَهُمْ بِقَتْلِ أَخِيهِ فَفَعَلُوا *jussit eos fratrem suum occidere feceruntque* (id). Et imago ad rem illustrandam accedens saepe summis tantum et necessariis coloribus depingitur, ut تَدْرُ أَعْيُنَهُمْ كَالَّذِي يُغْشَىٰ عَلَيْهِ مِنَ الْمَوْتِ *solvuntur oculi eorum ut quem mors occupat*, ubi per se apparet sensum esse: *ut oculi ejus, quem* etc.

Similiter objectum nonnunquam a verbo pendet, quod auctor in mente habet, nec tamen proloquitur, sive quod sensus ejus ex aliis ejusdem enunciationis vocibus facile consequatur, ut قَا لَكُمْ فِي الْمُنَافِقِينَ فِتْنَةٌ *et quid vobis* (i. q. et cur estis) *de Incredulis* partes duas, s. *bifariam* divisi Sur. 4, 87; sive quod in sermone continuo actio e totâ descriptione facile concludatur, ut *et mox eâ* (caudâ jam descriptâ) *posticam partem* (ferit, ut per se patet) *mox uber* Taraf. M. v. 18; et si verbum ex similitudine praecedentis

enunciationis facile suppletur, ut: *qui impediverunt vos — et munus dei (fecerunt) inane, vel qui docebit legem — et legatum (mittet) ad eos* Sur. 48, 25. 3, 48. 4, 35; sive denique quod locutio proverbialis decurtata est, ut Sac. anth. p. 131, 15.

Si vero ex enunciationis partibus necessariis (§. 655) alterutra deesse videtur, factum id putandum est in oratione abrupta, ut interrogantis, respondentis, qui se satis perspicue loqui credit, ut: أَخْتُكُمْ نَصِيحَتُكُمْ *soror vestra vobis amica* (haec est), dicit qui eam adductam repraesentat Tab.

p. 72, antep. لَا تَخَفْ حَضَائِنِ *ne time, duo litigantes* (nos sumus) dicunt qui iudicem adeunt Sur. 38, 23. 4, 169. أَجَدَّكَ *seriamne tuam mentem* (dici)? Sac. anth. p. 467, pen. et Sur. 91, 13: *camelamne dei* sc. videtis? Aliis locis solâ actione nominandâ gravis oritur descriptio ut stupentis, admirantis, detestantis, v. c. *frui mundo!* (مَتَاعٌ فِي الدُّنْيَا) *deinde ad deum redibunt* Sur. 10, 69.

3. De generis numerique in enunciatione concordia.

Quâvis in enunciatione verba, adjectiva (cum participiis) 680 et pronomina substantivi sui genus numerumque sequuntur. A quâ lege universâ quae in arabismo aliena aut sunt aut esse videntur, multa quidem sunt et perquam varia, prout omnino insignis ubique elucet linguae juvenilis libertas, nec tamen prorsus temere et promiscue licita: nam aut a vocabulorum *collocatione*, aut a *notionis vi* internâ externam formam transiliente excusationem habent justam.

1. Praedicatum subjecto praemissum, cum forma sub- 681 jecti exactior menti saepe nondum obversetur, in proximâ formâ, i. e. sg. msc. manere potest. Quae licentia e veteris linguae indole superstes in arabismo eo frequentius invaluit,

quo constantius in eo praedicatum plerumque subjecto praemittitur (§. 667), ut قَالَ الْمُؤْمِنُونَ ^{صَدَقُوا} *dixerunt Credentes,*

أَدَاخِلِ الرَّجُلَيْنِ ^{صَدَقُوا} *intrabuntne viri duo?* Nec tamen tanta licentia ubique aequae apta est et prona. Primum enim facillime ea fertur atque frequentissima est, ubi praedicatum hoc uno pluribusve vocabulis interjectis a subjecto distat, ut

وَجَاءَ ذَاتَ يَوْمٍ رِجَالٌ مِّنْ مَّكَّةَ ^{صَدَقُوا} *venerunt die quodam* ¹⁾ *viri*

(i. e. nonnulli) *Mecca*, مَا حَضَرَ إِلَّا امْرَأَةٌ ^{صَدَقُوا} *non erat praesens*

nisi femina quaedam, soletque ita ante *يا*, quod gravius enunciationis ordinem inhibet, plerumque praedicatum per se poni. Deinde structura haec facilius fertur, si subjectum msc. pl. vel dualis sequitur, quam si fem. sg. vel pl., rursusque facilius ante femininum *rem* denotans, ubi generis discrimen minus valet, quam ante fem. personale; quanquam

neque id prorsus vetitum est, v. c. إِذَا جَاءَكَ الْمُؤْمِنَاتُ ^{صَدَقُوا} *si ve-*

nerint ad te feminae credentes Sur. 60, 12 (ubi post subjectum verbum semper in fem. pl. repetitur), faciliusque

placet, si collectivi forma abstracto similis adest, ut قَالَ نِسْوَةٌ ^{صَدَقُوا} *dixerunt feminae.*

682 At subjecto nominato praedicatum ab hac licentia prorsus alienum est; unde vel si كَانَ ex §. 208 etc. alii verbo componitur, hoc subjecto postpositum ad generis ejus numerique leges adstrictum est, illud contra, praesertim cum

1) Proprie ذَاتَ يَوْمٍ notat *rem* vel *tempus diei cujusdam* (v. de ذَاتَ §. 456), nec tamen locutio nisi adverbiali hoc sensu permansit, ut ذَاتَ semper in accusativo temporis pronunciatum sit.

laxius semper cum sententiâ cohaereat, plerumque in formâ proximâ manet, v. c. ^{كَانَ الْمَسْلُومُونَ يَقُولُونَ} *solebant Moslemi dicere*. Nec negligendum, licentiam illam etiam inde excusari, quod praedicatum omnino non tam arcte cum substantivo cohaeret quam appositio. Igitur pronomen substantivo praemissum (hoc enim ex §. 662 solum in appositione praemittitur) ab hac licentiâ alienius est, et rarissimae sunt juncturae hujusce exempli: ^{ذَٰكَ الْقَصُورِ} *hi viri duo*, ^{ذَٰكَ الرَّجُلَانِ} *haec palatia* ¹).

2. Pluralis notionem in collectivum abstractum resolvi posse ex §. 297 constat. Cui abstracto cum femininum genus respondeat, verba, adjectiva et pronomina ad substantivum plurale referenda in *fem. sg.* concipi possunt. Quae junctura in arabismo eo frequentior facta est, quo magis collectivi formae eidem principio subjectae invaluerunt §. 302 sqq. Nilque hic interest, utrum appositio sit an praedicatum, v. c. ^{أَتَتْ الرِّسْلَ} *liberi multi*, ^{جَاءَتْكُمْ الْبَيْنَاتُ} *venerunt legati*, *venerunt ad vos clara testimonia*. Nec dualis, cum non nisi species quaedam pluralis est, legi huic universae adversari potest, v. c. ^{قَالَتِ الرَّجُلَانِ} *dixerunt pedes* in fabulâ. Sed licet frequentissima linguaeque adamata sit haec structura, haud tamen promiscue prorsus obtinet.

1) Nam ^{هَٰذَا النَّاسُ} *hi homines* in versu Motanabbii (cf. Sac. chr. T. 3. not. p. 44) vix huc referri poterit, cum ^{نَاسٍ} *ناس* ex origine *sg. msc.* sit poetisque propterea structura cum *msc. sg.* facile condonetur; exemplum vel e prosâ oratione affert schollion in Sac. anth. p. 466. — ^{ذَٰكَ الْبَصِيرَةِ} *ذلك* legitur in Baidhavi comm. ad Sur. 10, 44 ed. Heaz. p. 158.

Facilius enim fertur; ubi de *rebus*, quam ubi de *personis* agitur; facilius quoque, si substantivum personas denotans in collectivi formâ, quam si cum pluralis terminatione comparet. Deinde si de personis agitur, adjectivum et pronomen substantivo apposita constantius fem. sg. sequuntur; sed verbum in orationis progressu potius in pluralem sensu idoneum transit, et pronomen haud appositum ob sensum magis perspicuum e lege in plurali pronunciatur. De bestiis si agitur, fem. sg. magis suo loco est, est enim ac si de rebus sermo fiat; licet tamen etiam pluralem vel msc. vel fem. ad eas transferre, ut in longioribus descriptionibus oratio nonnunquam plures inter rationes anceps haereat, v. c. Izzedd.

av. p. 108 sq.; suffixum tamen plurale هُنَّ frequentius est Tab. p. 68, ult. 70, 1. Abulf. ann. ant. p. 196, 23. Exemplum fem. sg. in secundâ verbi personâ rarissimum versus

hicce habet: **أَلَا يَا حَامَاتِ الْأَرَكَ تَحْمَلِي رَسُولَةَ صَبِّ لَا بُغَيْتُ**

هَسُّ مِنَ الْسُّكْرِ *heus! columbae Ardi! perferte epistolam*

amantis ab ebrietate haud convalescentis, et: **جَائِمٌ تَجِدُ**

أَنْ رَأَيْتِ خِبَامَنَا قُقُولِي كَذَاكَ الْدَّهْرُ عَسْرٌ عَلَيَّ بِسْرِ

Neg'di! si tentoria nostra videritis, dicite: talis est fortuna; infausta post fausta!

Ceterum non tantum ubi de hominibus agitur, verbum ubique in pluralem e sensu abire potest, sed poetae et alias omnes collectivi formas plurali componere possunt metro urgente, v. c.

لَعَلَّ مَنَابَنَا تَحُولُنَّ أَبُوْسَا *fortasse fata nostra*

(sg. مَنِبَةٌ fem.) *vertentur in infortunia, حَامِي اللَّاتِي أُسْرُ بِهَا*

virtutes meae quibus gaudeo (ubi pl. fem. cum fem. sg. componitur, prius tamen ob metrum tantum introductum est).

Not. T. 12. p. 426. Et adjectivum collectivi rem vel bestiam

denotantis formae appositum in oratione paulo sublimiore saepe in pl. fem. effertur, ut ^{أبام معدودات} *dies numerati*, ^{جبال راسبات} *montes firmi*, ^{أسود ضاربات} *leones voraces*.

Et in prosâ fem. pl. et adjectivi ac pronominis et verbi dictum frequentatur, si de rebus singulis nonnullis, paucioribus agitur, quâ de re v. §. 327.

3. Praeterea autem quae obviae sunt aberrationes satis multae, omnes e *sensu* substantivi vel sermonis cujusdam *singulari* excusantur:

1) Feminino masculinum jungere praeter fas non licet. Potest vero id masculini sensu construi, si in fabulis animalia aliaeque res hominum instar ratione praedictorum sermones conserentes finguntur. Similem sensus excusationem habet ^{ناسوت كلى} *humanitas*, i. q. homo *perfectus* de Christo dictum e dogmaticis Abulf. ann. ant. p. 162, ult. Talia in singulis, prout apta sunt, locis considerata. Nec prorsus ad illegitima referendum, si quando pron. ^{هن} pro ^{هم} occurrit, ut Abulf. l. c. p. 196, 23. Tab. p. 204, 20: superstes enim id est ex antiquo usu, qui femininum in hoc potissimum pronomine nondum distinxit ¹⁾).

2) Numerorum commutatio quae saepe esse videtur semper e justis causis vel scriptoris mente pendet. Primum enim substantivum aliquod neglectâ numeri sui formâ e sensus vi potiori construi potest, idque in arabismo frequentissime fit. Huc enim refer, quotiescunque collectivi forma quaedam non cum f. sg., quae proxima est ratio, sed cum pl. vel msc. vel, si eo opus est, fem. construitur, quâ de re v. §. 683. Porro plura substantiva ex origine simplicia, cum collectivi sensum teneant, cum pl. ponuntur, praesertim si ratione

1) cf. gr. hebr. crit. p. 643.

praeditos notant, ut نَاسٌ (§. 421) = *homines*, quod continuo cum pl. msc. ponitur, قَوْمٌ *populus*, قَرْيَةٌ *pars* = *nonnulli*, كُلُّ لَعْنَةٍ قَتْلُونَ (§. 516) *ei obsequentes sunt*; potestque vel pronomen plurale apponi, ut أُولَئِكَ الْجَاعَةُ *hi copia* i. e. haec hominum copia; facilius participium vel adjectivum in plurali apponitur, ut الْقَوْمُ الْفَاسِقُونَ *populus* i. e. *homines praevaricantes*. Animalium nomina per se collectivi sensus, ut طَيْرٌ = *aves*, غَنَمٌ = *ovis*, خَيْلٌ *equi*, quae plerumque cum fem. sg. struuntur, si forte singulas magis distinguere placet, cum pl. quoque fem. jungi possunt. Quae vero nomina hominum copiam non indistinctam et variam, sed certam sibique semper constantem denotant, ut nomina tribuum, gentium, sectarum et factionum, ea possunt quidem ut omnia collectivi sensus cum plurali dici, sed melius et frequentius cum fem. sg. struuntur, cum non tam de singulis quam de copia constante agatur; neque interest, qualem formam haec nomina per se sequantur, ut الْعَرَبُ *Arabes* (proprie msc. sg.), بَنُو إِسْرَائِيلَ *filiis Israelis*, النَّصَارَى *Christiani*, quibus omnibus jungi potest قَالَتْ *dixerunt*.

686 Deinde pluralis facile in singularem, et hic vice versâ in illum mutatur in *sententiis generalibus*, quarum natura et hunc et illum aequo jure et sensu fert. Nec numerum ita mutare licet nisi in enunciatione novâ, vel saltem ita, ut praemissa verba magis per se stent, velut si participium

praecedit (cf. §. 639) ¹⁾. Hoc in hebraismo frequenter obvium in arabismo praeter Koranum satis rarum est, v. c.

مَنْ تَبِعَ هُدَايَ فَلَا خَوْفٌ عَلَيْهِمْ
quicumque institutionem meam

sequitur — *iis non instabit timor*, الَّذِينَ يُجَادِلُونَ فِي آيَاتِ

اللَّهِ بِغَيْرِ سُلْطَانٍ أَتَاهُمْ كَبْرٌ مَقْتًا
qui disceptant de dei signis

sine auctoritate iis delatá — *is gravi odio est* Sur. 40, 37. 5, 69. ²⁾.

3) Si subjectum pluribus substantivis constet statu constr. 687

annexis, structura tamen a priorie tantum ut fundamento procedit. Interim haud raro vis prioris e toto juncturae sensu multo minor est, ut structura potius a posteriore procedat. Fitque id e lege, si prius nomine e sensu suo adjectivum

aequante constat, ut كُلُّ et جَمِيعٌ §. 516, v. c. كُلُّ نَفْسٍ ذَائِقَةُ الْمَوْتِ

quaeveris anima gustatura est mortem, كُلُّهُمْ مَاتُوا *omnes*

ii mortui sunt, rarius dicitur كُلُّهُمْ بِسَأَلٍ cum sg. hoc sensu: *quivis eorum interrogat* Ibn-Khac. p. 31, 5. 59, 1. Eodem

modo أَدْرَكْتَهُمْ بَاقِيَ الْقَضَايَا *assecuta sunt eum reliqua fata*

Nicoll catal. Bodl. p. 44, 6; atque remotius etiam بَعْضٌ ita

construitur, ut بَعْضٌ الْمَغَائِرِ يَتَّظَلُّ بِهَا *intravit spe-*

1) Satis mirum et singulare hoc: مَا مِنْكُمْ مِنْ أَحَدٍ عِنْدَ حَاجِرَيْبٍ
non est e vobis quisquam (§. 577), *qui ab eo nos impediunt* Sur. 69, 47, ubi rhythmici finalis causá id factum videtur. Paulo facilius 72, 23.

2) Ubi auctor كَبْرٌ scribens putat se جَادِلٌ dixisse; neque enim aliter perfectum كَبْرٌ stare poterat, cf. §. 756.

praeditos notant, ut ناس (§. 421) = *homines*, quod continuo cum pl. msc. ponitur, قوم *populus*, فریق *pars* = *nonnulli*, كلُّ كَعْتَا تَتُونِ (§. 516) *ei obsequentes sunt*; potestque vel pronomen plurale apponi, ut أَرْبَعُ الْجَاعَةِ *hi copia* i. e. haec hominum copia; facilius participium vel adjectivum in plurali apponitur, ut الْقَوْمُ النَّاسِقُونَ *populus* i. e. *homines praevaricantes*. Animalium nomina per se collectivi sensus, ut طَيْرٌ = אָוֶה *aves*, غَنَمٌ = צֶמֶן *oves*, خَيْلٌ *equi*, quae plerumque cum fem. sg. struuntur, si forte singulas magis distinguere placet, cum pl. quoque fem. jungi possunt. Quae vero nomina hominum copiam non indistinctam et variam, sed certam sibique semper constantem denotant, ut nomina tribuum, gentium, sectarum et factionum, ea possunt quidem ut omnia collectivi sensus cum plurali dici, sed melius et frequentius cum fem. sg. struuntur, cum non tam de singulis quam de copiâ constante agatur; neque interest, qualem formam haec nomina per se sequantur, ut الْعَرَبُ *Arabes* (proprie msc. sg.), بَنُو إِسْرَائِيلَ *filiis Israelis*, النَّصَارَى *Christiani*, quibus omnibus jungi potest قَالَتْ *dixerunt*.

686 Deinde pluralis facile in singularem, et hic vice versâ in illum mutatur in *sententiis generalibus*, quarum natura et hunc et illum aequo jure et sensu fert. Nec numerum ita mutare licet nisi in enunciatione novâ, vel saltem ita, ut praemissa verba magis per se stent, velut si participium

praecedit (cf. §. 639) ¹⁾. Hoc in hebraismo frequenter obvium in arabismo praeter Koranum satis rarum est, v. c.

مَنْ تَبِعَ هُدَايَ فَلَا خَوْفٌ عَلَيْهِمْ *quicumque institutionem meam*

sequitur — *iis non instabit timor*, الَّذِينَ يُجَادِلُونَ فِي آيَاتِ

اللَّهِ يَغْتَابُونَ سُلْطَانَ أَتَاهُمْ كِبَرٌ مَقْتًا *qui disceptant de dei signis*

sine auctoritate iis delatá — *is gravi odio est* Sur. 40, 37. 5, 69. ²⁾.

3) Si subjectum pluribus substantivis constet statu constr. 687

annexis, structura tamen a priore tantum ut fundamento

procedit. Interim haud raro vis prioris e toto juncturae sensu

multo minor est, ut structura potius a posteriore procedat.

Fitque id e lege, si prius nomine e sensu suo adjectivum

aequante constat, ut كُلُّ نَفْسٍ ذَائِقَةُ الْمَوْتِ §. 516, v. c. وجميعٌ et كُلُّ

quaevis anima gustatura est mortem, كُلُّهُمْ مَاتُوا *omnes*

ii mortui sunt, rarius dicitur كُلُّهُمْ يَسْأَلُ *cum sg. hoc sensu:*

quivis eorum interrogat Ibn-Khac. p. 31, 5. 59, 1. Eodem

modo أَدْرَكْتَهُ بِأَيِّ الْقَضَابَا *assecuta sunt eum reliqua fata*

Nicoll catal. Bodl. p. 44, 6; atque remotius etiam بَعْضٌ *ita*

construitur, ut دَخَلَ إِلَى بَعْضِ الْمَغَارِ يَتَظَلَّلُ بِهَا *intravit spe-*

1) Satis mirum et singulare hoc: مَا مِنْكُمْ مِنْ أَحَدٍ عِنْدَ حَاجِرَيْنِ *non est e vobis quisquam* (§. 577), *qui ab eo nos impediunt* Sur.

69, 47, ubi rhythmici finalis causá id factum videtur. Paulo facilius 72, 23.

2) Ubi auctor كَبُرَ scribens putat se جَادَلَ مِنْ دَخَلَ dixisse; neque enim aliter perfectum كَبُرَ stare poterat, cf. §. 756.

luncam quandam, in ed umbram quaesiturus ¹⁾). Similiter

كَمْ مِنْ فَيْتَةٍ قَلْبَلَةٌ غَلَبَتْ فَيْتَةً كَثِيرَةً
quotus exercitus i. q. quoties exercitus parvus vicit exercitum magnum? Sur. 2,

250, كَيْفَ مِنْ قَرْيَةٍ عَتَتْ
quoties urbs aliqua descivit 65, 7,

de quibus structuris cf. §. 707. Eodemque pertinet elativi in statu constr. substantivo indefinito praemissi structura, de

quâ v. §. 532 et 689, v. c. كُنْتُمْ أَشَدَّ أُمَّةً عَاشَتْ فِي الْأَرْضِ ^{صَاعِدَانِ}

fuistis fortissima natio, quae in terra vixit.

- 687 Si adjectiva formae قَتِيلٌ et قَتُولٌ cum paucis aliis frequentissime cum fem. vel plur. junguntur: ea generis discrimen tollere posse e §. 298 ²⁾ recordandum est, ut رَيْبُونَ كَثِيرٌ,

1) cf. Zamakschari in Sac. anth. p. 132, 17-19. — كَلْنَا fem. كَلَا

ambo, quod ex §. 519 e lege singulari sive msc. sive fem. junctum mansit, rarissime similem sensus structuram hanc init, ut praedicatum a substantivo in genitivo subnexo pendeat: cf. Sac. anth. p. 51. 71 sq. 95, 4-7 et not. p. 451. Tab. p. 164, 11.

- 2) T. I. p. 177: est tamen ibi l. 3 vox *personae* delenda; neque adjectiva haec tam stricte quam ibi dictum fuit, licentiam hanc sequuntur, nec generis discrimen sublatum tam ab adjectivi cuiusdam formâ quam ab ejus notione pendet. Vox enim stricte adjectiva quae nil nisi qualitatem denotat, ad mutationem formae minus proclivis est quam participium cum verbi personis conjunctissimum; illud igitur in genere magis immobile ignavumque fieri potest quam hoc. Nec participium unquam sine generis discrimine est: adjectiva autem simplicia multa jamjam ejus minorem curam habent. Videasque rem hanc in transitu versari: nam a multis femininum usitatum est, ut عَدُوَّةٌ ^{سَدَّةٌ} *inimica*, ظَرْبَةٌ ^{سَـ} *grata*, رَحِيمةٌ ^{سَـ} *misericors*, quaeque frequentius jam generis discrimen exuere di-

myriades multae Sur. 3, 146; ^سرَجَالٌ ^سكَثِيرٌ ^سوَنِسَاءٌ *viri multi et feminae* 4, 1. Tab. p. 66, 11. cf. p. 32, 10. ^سمَدَّةٌ ^سكَثِيرَةٌ *spatium multum* Abulf. ann. ant. p. 136, 9, ^سذُلُولٌ ^سالْأَرْضِ *terra est sub-*
jecta Sur. 67, 15, ^ستَوْبَةٌ ^سنُصُوحٌ *poenitentia sincera* 66, 8,
^سصَرَصْرٌ ^سعَاتِبَةٌ *ventus strepens, penetrans* 69, 6. porro
praedicati vice, ut ^سقَرِيبٌ ^سالسَّاعَةِ *hora est propinqua* Sur. 42,
 17. *Eodem pertinet* ^سبَلَدَةٌ ^سمَيِّتٌ *regio mortua* Sur. 43, 11,
 unde quod de origine adjectivorum hujus formae §. 387, 3
 diximus, novo argumento probatur. Si vero adjectivum ex
 his per se substantivi loco ponitur, ut ^سالْمَيِّتَةُ *i. e. mortua*
bestia, generis discrimen terminatione notandum est, nisi
 forte vox ejusmodi in substantivum abierit, ut ^سبَتُولٌ *virgo*
 (proprie segregata a coetu). Duo numerum notantia ^سكَثِيرٌ
 et ^سقَلِيلٌ saepe jam neutrius vice substantivi notionem explent,
 ut ^سمَا فَعَلُوهُ إِلَّا قَلِيلٌ ^سمِنْهُمْ *non fecerunt id nisi paucum*
 (i. q. pauci) *eorum*, ^سالْقَلِيلُ ^سمِنَ النَّاسِ *paucissimi ex homini-*
bus, ^سهُمْ قَلِيلٌ ^سكَثِيرٌ ^سمِنْ كُنْبِهِ *multi ex ejus libris*, ^سهُم قَلِيلٌ *ii sunt*
pauci Tab. p. 616, 14.

Denique idoneo hoc loco de adjectivi elativi ^سأَقَلُّ *§. 252 689* usu et structurâ multifariâ agendum est. Nomen enim hoc

dicerunt, eadem haud ita raro fem. distinguunt. Ceterum omnia haec de sg. tantum fem. valent: pluralis enim ob formas collectivae alia est ratio.

ob vim elativi peculiarem sui potius juris esse et solitarie poni amat, unde plerumque *neutrius* instar sine generis numerive discrimine concipitur nec nisi ubi causae graviores urgent, adjectivi vulgaris modum sequitur.

I. Neutrius instar suique quam maxime juris elativum, ubicunque substantivo proxime non subjungitur, conceptum videmus. Fit autem hoc

1) ubi praedicati vulgaris ratione eoque articulo vacuus elativus subjunctus est; neque enim praedicatum tale arctissime cum subjecto cohaeret. Potestque praedicatum hoc sine circumscriptione ampliori poni, ut in universum gradum sueto majorem seu maximum notet, quae est levissima superlativi denotatio; v. c. ^و ^ا ^{لله} ^{اعلم} *deus est gnarior quam homines*, ut per se patet, i. q. *deus est gnarissimus*, ^و ^ا ^{لله} ^{اعلم} *بما في* *deus optime scit quae in animis vestris sunt*; ^و ^ا ^{هو} ^{الذي} ^{يبدي} ^{الخلق} ^{ثم} ^{يعبده} ^{وهو} ^{اهون} ^{عليه} *ille est qui creaturam manifestat, dein redire jubet (morte), idque ei facile est admodum*; ^و ^ا ^{بني} ^{بيتا} ^{دعامة} ^{اعز} ^{واطول} *struxit domum, cujus columnae admodum sunt fortes et longae, omnia e Korano ¹⁾*. Sed plerumque elativi notio vaga aliis vocabulis definitur. Si res alià comparationi inserviente major dicenda est, praepositio ^و ^{من} ex §. 575 succedit, ut ^و ^ا ^{نحن} ^{احق} ^{بالمك} ^{منه} *ea est justior quam ego*,

1) Si quis in hujusmodi locutionibus elativum positivi loco positum vult, egregie fallitur. Conferendus potius est usus comparativi apud Graecos et Indos. Cf. Baidhavi ad Sur. 10, 22. in Henz. fr. p. 131.

nos regno digniores sumus illo. Atque hic comparativum nostrum strictius dictum locutioni inesse vides. Potest vero etiam copia tota in genitivo sequi, quâ ratione superlativum oriri apparet, ut *اللَّهُ أَرْحَمُ الرَّاحِمِينَ* *deus est clementissimus*

clementium i. q. *omnium* *فِي أَفْضَلِ النِّسَاءِ* *ea est optima feminarum*, *أَنْتُمْ أَعْلَمُ الرِّجَالِ* *vos estis gnarissimi virorum.*

Et ne quid dubii de verâ *مِنْ* comparativi notione resideat, hoc insuper adnotemus, post superlativum adeo hujus generis posse in distinctiore expositione *مِنْ* sequi, ut *كَانَ مُحَمَّدٌ أَشَدَّ النَّاسِ حَيَاءً مِنْ الْعَذْرَاءِ فِي حَذْرِهَا* *erat Muhammed omnium pudicissimus, magis adeo quam virgo in metu suo (timida)* Elnavavi p. 70, 10. 11.

2) Ubi elativus sequente genitivo *indefinito* circumscribitur, eâ quâ §. 532 expositum est ratione; sic enim semper substantivi vice est. Rarissime certius, quod intelligendum sit, substantivum post copiam in genitivo dictam subjungitur; quo facto jam nil restat, nisi ut illud per accusativum subjungatur, ut *هُوَ أَفْضَلُ النَّاسِ رَجُلًا* *is est optimus inter homines (ut) vir*, pro quo brevius poterat dici *رَجُلٍ*.

3) Denique neutrum hoc ante copiam rei universam in genitivo suppositam etiam liberius sive subjecti vice sive alii voci subjunctum poni potest, modo ejus relatio e reliquo sermone satis aperta sit, ut *أَطْوَلُكُنْ بَدَأَ أَسْرَعُكُنْ لِحَاتًا فِيَّ* *quae vestrum longissimis manibus est, ea celerrime me sequetur* Elnavavi p. 78, 14, ubi feminini denotatio ex suffixo *نَا* pl. satis per se elucet; *قِصَّةٌ مِنْ أَعْجَبِ الْقِصَصِ* *narratio quae-*

tivi notio ut distincta fiat, praepositio من accedat necesse est. Superlativus distinctus autem aut ex copiâ totâ in ge-

nitivo *definito* subnexâ patet, ut أكبر الناس *maximus hominum*, aut e substantivo suo proxime per genitivum indefinitum subnexo §. 532, aut ex solo articulo qui apto loco, ubi copiae totius comparatio facile suppletur, *unum hunc* e totâ copiâ

insigniat; nam si dico هو الأكبر, id proprie sonat: *is est ille, qui inter omnes maximus*, ut articulo nutus insit ad copiae universae comparationem mente instituendam. Quodsi nihil ex his evenire potest, necessario aliae voces accedunt ad superlativi distincti et acuti notionem formandam; consuetumque est in arabismo simplici elativo ita subjungere

voces sensus generalioris, ut ما أبعد ما يكون *remotissimum quodcunque est* i. e. omnium remotissimum, أحسن ما يكون *omnium pulcherrimum omnium*,

طائرة كاعظم ما يمكن *volucris ex maximarum quae esse possunt, genere*, هو في أشد ما يكون *est is in (periculo) omnium gravissimo* Koseg. chr. p. 88,

1; vel distinctius sic: هذا البيت أحسن ما أوتيت *haec domus est optima quam inhabitem* Izzedd. av. p. 105, 6.

Ceterum e lege universâ §. 666 sqq. من cum nomine comparato semper elativo postponendum est; nec praeponitur nisi ob interrogativum nomen, vel e poetarum audaciâ rarâ. Nec nisi quae proxime ad elativi notionem describendam faciunt,

ante من inseri possunt, ut زيد أكثر مالاً من عمرو *Zaid ditior opibus est Amro*.

Rarissime ex antiquâ linguae semiticae simplicitate elativi 692

loco simplex adjectivum legitur, ut الأصغر منهم *minimus eorum*

أصغرهم *Abulf. ann. ant. p. 162, 3.*

693 Jamque his omnibus enunciatio simplex satis descripta est. Sed formam ejus hucusque proximam tantum sive rectam delineavimus. Possunt vero ejus varii esse colores. Etenim *negatio* et *interrogatio* accedere possunt; vel etiam nova prorsus enunciationis facies *interjectionis* vi oriri. De his igitur jam deinceps dicendum.

1. De negativis enunciationibus.

694 De negatione unius nominis per se positi hic non agitur.

Constat enim ex §. 518, eam nomine negativo ^{نـ}غَيْرُ statu const. jungendo exprimendam esse, ut ^{نـ}غَيْرُ ^{مـ}مَخْلُوقٍ ^{نـ}increatedus, cum articulo ^والانسان ^والغَيْرِ ^والمَخْلُوقِ ^وhomo ille *increatedus*, ubi articulum ante statum constr. ex §. 536 explicabis. Potest quidem adjectivum vel participium etiam praedicati vice positum ita negari, v. c. ^{نـ}وَهُوَ ^{نـ}غَيْرُ ^{نـ}خَائِفٍ ^{نـ}illo non *timente*: sed vel in his proprie nomen tantum per se negatur.

Agitur vero de negatione totius enunciationis, particulis negativis denotanda. Tangit quidem et haec proxime non nisi unam in enunciatione notionem, sed ita, ut simul hujus ratione reliquas enunciationis partes neget. Cumque praedicatum ut nervus totius enunciationis semper aut solum aut simul negetur, sedem negatio fere propriam et continuam ante praedicatum occupavit, quâ in re iterum simplicitatem linguae agnoscas; neque enim negationis sedes eâ libertate et facilitate variat quâ in nostris linguis. Nec nisi insigni vi negatio alii voci, quam insignire necesse est, praeponitur. Omninoque collocatio negationis e sensus perspicuitate pendet. — Particulae porro negativae variae sunt. Nam quamquam ab initio unum tantum linguae praesto fuerit *non*, tamen hac particulâ cum aliis particulis compositâ novisque

huc traductis maxima linguae ditissimae orta est particularum negativarum copia pro enunciationum sensu vario bene distincta. Est quidem linguae penuria quaedam primitus in eo sita, quod ad negationem objectivam et subjectivam (hebr. לֹא et לֹא־ , gr. οὐ et μη) distinguendam particulis non utitur distinctis, nam primitivo illi y utraque notio inest ¹⁾: sed serius lingua plurimam progenuit negationis varietatem sensui aptam.

1. y negatio est non primitiva tantum, sed etiam latis- 695
simi usus, ut deinceps patebit. In praedicto tamen negando
 y juxta reliquas, quae exortae sunt, negativas particulas hac
potissimum vi praedita est, ut fortius e sensu subjectivo ne-
get; haec certe virtus ei soli integra permansit. Hinc eo
semper utendum est in negatione subjectivâ ante modum
g'ezmatum (cf. §. 210. 211), sive tertia sive secunda adsit

persona, ut لَا تَفْعَلْ *ne facias!*, nec non

ante modum emphaticum §. 212, ut لَا أَفْعَلُ *non faciam!*

Ejusdem vero ditionis est perfectum in juramentis, votis vel
imprecationibus interjectionis ritu vi insigni elatum (§. 198, 1),

ut $\text{لَا يَبَارِكُ اللَّهُ فَيْكَ}$ *non benedixerit (vel ne benedicat) tibi*

deus! $\text{لَا أَشْبِعُ اللَّهَ بَطْنَكَ}$ *ne saturet deus ventrem tuum!*

$\text{لَا يَجْعَلُ اللَّهُ ظَنِّكَ وَلَا أَشْبَ قَرْنَكَ}$ *foedet deus existimatio-*
nem tuam nec crescere faciat cornu tuum! Abulf. ann.

T. 2. p. 280, 5. 362, 4. Har. p. 498; juramenti exempla ple-
raque jurandi formulam adjunctam exhibent, quanquam eâ

careri etiam potest, ut $\text{لَا خَرَجْتُمْ مِنْ هَهُنَا}$ *per*
vitam Pharaonis, non exibitis hinc! Gen. 42, 15. trans-

lat. Saadiae, $\text{لَا عَصَبْتُ رَبِّي}$ *per deum, non adversabor*

1) Ut in syriaco ܐܝܢܐ .

domino meo! Abulf. ann. T. 2. p. 44, 2; cf. Uylenbr. *Irac.*

pers. p. 31, 5. *قَالَتْ لَا ذُقْتُ فَدَّكَ وَلَا عَشْتُ بَعْدَكَ* dixit: *non gustabo absentiam tuam nec sine te vivam* Arabs. vit. Tim. 2. p. 776. Quae quidem eo minus ambigue vel obscure dicta censi possunt, quo magis alias perfecti cum y juncturas praeter hanc usu prorsus fere abolitas esse e sequentibus patebit; cf. §. 710. — Denique eadem vi y praeditum conspicitur, si breviter accusativo jungitur ad enunciationem perfectam formandam, ut §. 555 pluribus monstratum est.

696 In his igitur neque alia ulla negatio huic primitivae substitui potest. Sed praeterea y frequentissime modo imperfecti raf'ato praepositur sine ullà vi et tum maxime, cum verbum in modo hoc sine ullà emphasi efferendum est. Ita-

que dicitur e lege de re simpliciter futurà, ut *سَبَّحَانَ الَّذِي*

لَا يَظْلَمُونَ *laus sit ei cujus regnum non desinet*,

قَتِيلًا *ne hilum quidem prementur* Sur. 4, 47. 76. 1), saepius etiam de re praesenti, quanquam ibi alia ingruerit di-

cendi ratio frequentior §. 698, ut *لَا أَحْسِبُ* *non cogito*,

لَا يَعْزُبُ *haud novit* 2), *لَا نَقُولُ الْقُرْآنَ مَخْلُوقًا* *non dicimus,*

Koranum esse creatum; sed de statu rei praeteritae §. 207. solum y dici potest, ut nulla unquam negatio alia hic ingruerit.

1) Saepe ita ad vim negationis augendam accusativus *قَتِيلًا* *filum* i. q. hilum, adjicitur.

2) Sine negatione hic et alibi perfectum de praesenti usu venire potest cf. §. 197: sed si negatio praecedit, jam consuetior et lenior dicendi ratio redit; habet enim perfectum hoc sensu dictum emphaticum quid, nec nisi ab initio stare potest. Sed ut *عَلِمْتُ* *novi*, ita

لَمْ أَعْلَمْ dicere potest *non novi*.

لَنْ ex أَنْ ortum (cf. superius p. 115) propterea fortius rem futuram negat, quod iudicium simul loquentis immiscet: *non est, ut fiat* hoc i. e. nequaquam fiet. Apparetque ex hac origine, لَنْ non nisi proxime ante modum verbi naçbatum stare posse. — De مَا et كَمْ ex مَا ortis, quae rem *semel factam esse* negant modo imperfecti g'ezmato necessario praeponenda, satis dictum est §. 210, 2. ¹⁾ Tenendum ante omnia, nisi verbum proxime in modo hoc sequatur, nequaquam iis uti posse sermonem. Poetae tamen metro suadente etiam y perfecto jungere possunt, quod idem in Korano ceterisque scriptis rarissime fit, ut لَا بَقِيَّ لِي لَا زَوْجٌ وَلَا وَلَدٌ *non mansit mihi neque uxor nec liberi* Kos. chr. p. 86, 4. Sac. anth. p. 108.

2. مَا nova est negatio aliunde introducta. Nam cum proprie *quid?* notet, deinde ad negationem traducta est. Qui simplex negandi usus quanquam in arabismo prorsus regnat, nec tamen omnia jam exiit originis vestigia. Nam primum مَا non per se positum nec singulum quid negat, sed ante praedicatum tantum vel ejus loco positum, cf. §. 701. Deinde ei paulo vividior inest sermonis color et vis, ut interrogationis inde aperte cognoscas nativam vim. Quare ibi propria est ei sedes, ubi membrum orationis negativum excipit aliud prius restringens, ut oppositio ipsam negationem magis insigniat. Ejusmodi voces negationem restrin-

1) Ne dubites de compositione hujus كَمْ ex مَا nondum, cf. بَلَى supra p. 76 et لَنْ chald. nisi, prorsus ut latinum nisi ex NĀ et לִי si compositum. Apparet hinc, in componendis particulis linguas semiticas notionem majorem, quae aliā circumscribatur, postponere posse, id quod in linguis indo-germanicis per totam compositionem valet. Sed illae verā compositione non nisi in paucis particulis gaudent.

gentes sunt: ^آ *nisi*, ^{سَوِي} *præter*, ^{حَتَّى} *donec* (§. 518) *et similiter* ^{أَنْ} *usque dum*, ^{مُنْذُ} *ex quo*, ^{قَطَّ} *unquam*,
 etiam ^{أَحَدٌ} *unus* (*ما — أحد*) *ne unus quidem* Abulf. ann.
 T. 1. p. 156, 3), porro ^{وَلَكِنْ} *sed* Kos. chr. p. 99, 11. Abulf.
 ann. T. 1. p. 52, 12, ^{مِثْلُ} *instar*, vel ubi sequitur *comparativus*,
 cujus notio eodem ducit, ut Tab. p. 168, 3. Abulf. ann. ant. p. 154, 5. nec
 diversum censendum est, si opponitur enunciatio a ^{لَوْ} *si* vel ^{لَوْلَا} *nisi* (§. 766 sqq.)
 incipiens; etiam in enunciatioe subjunctâ priorem restringente Sur. 3, 146;
 et nonnunquam post juramentum, ut ^{وَاللَّهِ} *per deum!* Omnia haec, si
 negationes ceteras non prorsus excludunt, tamen multo magis vividius huc
^{مَا} *adamant*. Neque ibi jam temporis discrimen tenetur: potest enim ^{مَا}
 ita cum perfecto pronuciari, ut nisi causa certa hoc ^{مَا} postulare, ei ^{لَمْ}
 cum modo *g'ezmato* substitutum videres, velut ^{مَا نَرَا} *عَلِيٍّ*
^{مَاتَ} *non desiit munere suo veziri fungi* *donec obiret*, ^{لَا} *non per deum*,
^{مَا} *non dixi unquam*, ^{مَا رَأَيْتُ} *مَلِكًا فِي قَوْمِهِ* ^{مِثْلَ} *مُحَمَّدٍ فِي أَصْحَابِهِ*
regem in gente sud qualis erat Muhammed inter socios suos; longe rarius ^{لَمْ}
 hic conspicitur, ut Abulf. ann. T. 2 p. 68, 3. 182, 8. Sac. chr. I. p. 40, 8. De
 praesenti porro et futuro tempore ^{مَا} saepe ita dicitur, ut ^{مَا قَوْقُ} *الَّذِي*
^{أَنْتَ} *non est eo in quo constitutus es altior gradus præter eum quem*

non assequeris nisi eo in quo nunc es mutando, ما أمك ما *non possideo rem praeter hanc*; haud raro tamen hic etiam γ reperitur. Idem conspicitur in imperfecto praeteriti, ut ما باتيهم من رسول إلا كانوا به يستهزئون *non veniebat ad eos legatus ullus quem non illuderent* Sur. 15, 12. Praeter hunc vero usum voculae hujus praecipuum ما ad perfectum negandum prorsus non traducitur, nisi forte id poeta quidam ob metri rationem sibi permittat, ut Abulf. ann. T. 1. p. 30, 8, vel in Korano, si vis quaedam sermonis conspicua est, ut Sur. 42, 47. Ad praesens tamen negandum saepius adhibetur, cum in iis quae de praesentibus eloquimur, facile vividior hujuscemodi sensus appareat, ut ما أحب أن اقتلك *non cupio te interficere*, ما أخاك منك *non timeo abs te*, ما انسان باقبا *non est homo qui duret* cf. §. 554. et similia, ut ما الله بغافل *non est deus negligens* §. 583.

Ad negationem porro rarius quidem quam ما, sed satis 699 saepe traductum est أن, quae particula proprie jurantis est ¹⁾. Quà ex origine أن si negat, at semper perquam severe negat neque aliter nisi in vivo sermone, non item in narratione simplici, ut أبا الله أن أعمل هذا الفعلا *o deus si faciam hanc rem* i. e. non faciam Koseg. chr. p. 73, 4. أن أدري أبعد أم قريب ما توعدون *haud scio utrum lon-*

1) Si faciam! i. e. peribo, si faciam hoc i. q. nequaquam faciam. Cf. gr. hebr.

ginquum an propinquum sit quod vobis promittitur Sur. 21, 109. Cum tamen gravis haec negatio ad vim ما negatis proxime accedat, et structuram ejus imitatur et frequen-

tissime ante ^الا restrictivum legitur, ut ^اان ^ممن ^ششيء ^االا ^ععندنا

^حخزائنه *haud est ulla res (ex §. 577) cujus promptuaria*

non sint nobiscum Sur. 15, 21. 10, 65 bis. 14, 11. 12. 42, 47. 43, 20. 58. 44, 34. 46, 9. 74, 24. Tab. p. 20, 15. 1).

Atque hinc factum est, ut voculae ما et ان, cum idem fere denotent, saepius etiam ad negationem e sensu loquentis fortissimam formandam componantur, fere ut graece οὐ μη;

dici potest; ut ^بما ^اان ^تتمس ^االارض ^االا ^ممنك ^ممنه *haudquaquam*

tangit terram nisi scapulus ejus. ما ان رأيت لهم في الناس

^اأمثالا *haudquaquam vidisti inter homines iis similes* Ham. p. 39. Harir. p. 68 cum not. Abulf. ann. ant. p. 118, ult. Tab. p. 84, 12. 224, pen. Izzedd. av. not. p. 219. Nec tamen

ما ان ita composita reperi nisi in sermone poetico vel elato.

700 3. هو ليس ^لليس *non est* §. 479 per se poni potest, ut

^اان ^ممنك ^اان ^ممنك *non sum* ^اان ^ممنك *is non est sapiens ex §. 583,* ^اان ^ممنك *non sum* ^اان ^ممنك *tui s. tuarum partium; videasque id saepe consulto et cum*

1) Pro لا in hac locutione aliquoties in Korano habetur ^للها Sur. 43, 33 (ubi cf. marg. Petrop.) 86, 4. Origo hujus لا cum perquam obscura sit nec locutio praeter Koranum occurrat, plurima de ea lis est et fluctuatio veterum, nonnullis vel lectionem mutantibus. v. praeterea Sac. anth. p. 81 et not. p. 203. Mihi certissimum videtur, quod quidam veteres tradunt, لا dialectice tantum ab لا differre; ortumque fortasse est ex ^اان لا ^اان لا i. q. ^اان لا.

vi quadam dictum pro simplici negatione, ut لَيْسَ مِنَ الْأَسَدِ ^{صَدَقَ} non est a leone timor meus i. e. non leo est, quem

timeo, sed etc. Hinc porro ad singulam enunciationis partem praeter verbum eo dilucidius et acrius negandam facere potest, ut لَيْسَ لِهَذَا خُلِقْتُ وَلَا بِهِ أُمِرْتُ non ad hoc (gall. ce n'est pas à cela que -) creatus es neque id jussus Abulf. ann. T. 2. p. 42. 44; 200, 14, ut post verbum in perfecto

vel dicatur كَانَ النَّبِيُّ صَلَّى صَلَّى لَيْسَ بِالطَّوْبِ وَلَا بِالتَّصْبِيرِ erat b. *Propheta nec procerus nec brevis* ann. musul. 1. p. 190, 4. Denique praedicato etiam exactiori simpliciter praeponitur aut participio aut imperfecto (ex §. 638. 622), idque in pedestri sermone cum vi quadam oppositionis, ex qua prius tota res negatur, ut لَيْسَ بِعَيْنِي بِهِ — وَلَكِنَّهُ عَنِّي بِهِ non in-

telligit eo — sed intellexit eo Sac. chr. I. p. 89. كَانَ مَا تELLIGIT EO — SED INTELLEXIT EO

fuit quod fuit (i. e. quodcunque fuerit, nam id nunc tacendum mihi est ¹⁾) ex iis quae non sum memorans i. e. quae memorare non meum duco

p. 40; ante لَيْسَ بِرَأْدٍ مِنْهُ غَيْرِ التَّوْبِ بِرَأْدٍ nisi Ham. p. 33. 46. nihil ab eo exspectabatur nisi ut consilio ejus ut auspiciis uterentur Abulf. ann. 1. p. 158, pen. لَيْسَ أَقْصَدُ — بَلْ

non contendo — sed Abulf. ann. ant. p. 200, 6. Wakedi Mesop. p. 5. pen. Interim nonnunquam verbo ita proxime junctum, ut vim vix sentias, simpliciter praesens negare vide-

1) Frequentissima locutio, si quid distinctius exponere loquenti non placet, sive quod prius jam explicitum est sive quod id nunc tangere congruum non putat.

ginquum an propinquum sit quod vobis promittitur Sur. 21, 109. Cum tamen gravis haec negatio ad vim ما negantis proxime accedat, et structuram ejus imitatur et frequen-

tissime ante ^{أَلَا} restrictivum legitur, ut ^{أَلَا عِنْدَنَا} ^{أَنْ مِنْ شَيْءٍ}

^{أَلَا} ^{عِنْدَنَا} ^{أَنْ مِنْ شَيْءٍ} *haud est ulla res (ex §. 577) cujus promptuaria*

non sint nobiscum Sur. 15, 21. 10, 65 bis. 14, 11. 12. 42, 47. 43, 20. 58. 44, 34. 46, 9. 74, 24. Tab. p. 20, 15. 1).

Atque hinc factum est, ut voculae ما et ان, cum idem fere denotent, saepius etiam ad negationem e sensu loquentis fortissimam formandam componantur, fere ut graece οὐ μὴ;

dici potest; ut ^{مَا أَنْ تَمَسَّ الْأَرْضَ إِلَّا مِنْكَ مِنْهُ} *haudquaquam*

tangit terram nisi scapulus ejus. ^{مَا أَنْ رَأَيْتَ لَهُمْ فِي النَّاسِ}

^{أَمْثَالًا} *haudquaquam vidisti inter homines iis similes* Ham. p. 39. Harir. p. 68 cum not. Abulf. ann. ant. p. 118, ult. Tab. p. 84, 12. 224, pen. Izzedd. av. not. p. 219. Nec tamen ما ان ita composita reperi nisi in sermone poetico vel elato.

700 ^{هُوَ لَيْسَ} ^{3.} ^{لَيْسَ} *non est* §. 479 per se poni potest, ut ^{هُوَ لَيْسَ}

^{لَيْسَ} ^{بِحَكِيمٍ} *is non est sapiens* ex §. 583, ^{لَيْسَ مِنْكَ} *non sum tui s. tuarum partium; videasque id saepe consulto et cum*

1) Pro ^{أَلَا} in hac locutione aliquoties in Korano habetur ^{لَمَّا} Sur. 43, 33 (ubi cf. marg. Petrop.) 86, 4. Origo hujus ^{لَمَّا} cum perquam obscura sit nec locutio praeter Koranum occurrat, plurima de ea lis est et fluctuatio veterum, nonnullis vel lectionem mutantibus. v. praeterea Sac. anth. p. 81 et not. p. 203. Mihi certissimum videtur, quod quidam veteres tradunt, ^{لَمَّا} dialectice tantum ab ^{أَلَا} differre; ortumque fortasse est ex ^{لَوْ مَا} i. q. ^{أَنْ لَا}.

tur; nec raro ex poetarum arbitrio pendet diductiore hoc loquendi modo uti, v. c. لَسْتَ تَخْلُو non es liber Ab. II. p. 326, ult. Nec tamen unquam nisi praesens per se negat, ut perfecto nusquam proxime jungatur. Praesens in hoc quoque cerno: عَلِمَ أَنَّهُ لَيْسَ فِيهِ خَيْرٌ cognovit non esse in eo utilitatem Abulf. ann. ant. p. 140, ult. est enim praesens praeteritū.

701 Si forte negatio prorsus absoluta ponitur, velut in respondendo, non nisi primitiva et simplex adhiberi potest, ut si quis respondet لَا وَاللَّهِ non, per deum! Similiterque si negatio non proxime praedicatum tangit neque ejus loco est, لَا solum perspicuum est, ut لَا هُنَّ حِدٌّ لَهُمْ وَلَا هُمْ يَحِلُّونَ لَهُنَّ neque illae his licitae sunt neque hi illis patent Sur. 60, 10, ubi subjecta duo sibi opposita negatio comitatur; fortior tamen ubi negatio requiritur, in his لَيْسَ e §. 700 potius est.

702 Quodsi negativae enunciationi simplici copulā و nova subnectitur, jam ubique redit primitivum istud et ab origine unicum لَا; sufficit enim, postquam ab initio colores negationis et enunciationis diversi depicti sunt, deinde levius simplicem continuare negationem. Semperque id faciendum, si verbum in sequenti thesi non repetitur; sed etiam alias idem fit, si vis negationis recens non accedit. Ita 1) لَا — لَيْسَ Sur. 3, 10. 60, 3. — 2) لَا — لَمْ, ut si post لَا verbum sequatur, non jam modus g'ezmatus, sed perfectum suo loco sit, ut Sac. chr. 1. p. 37, 9 sq. Abulf. ann. ant. p. 86, 9. — 3) لَا — مَا saepissime, ut Abulf. ann. ant. p. 154, 5. Henz. fr. p. 79, ult. 80, 1; de لَيْسَ supra jam obvia erant exempla, cf. insuper Sur. 48, 17 et alia. — 4) fit idem vel post غَيْرَ,

si in descriptione status sermo versatur, ut نَحْرَهَا غَيْرَ مَحْبُوسَةٍ

ولا مَعْتَلَةً jugulavit eas (bestias) nec vinctas nec constrictas

Tab. p. 62, 5. Koseg. chr. p. 63, antep.; etiam post بِغَيْرِ

sine ante substantiva Hos. 3, 4. Polygl. vel مِنْ غَيْرِ absque

Sac. anth. p. 130, 17. Nexus genitivi e غَيْرِ dependentis hoc

و, inserto tolli nequit. — Sed si nova enunciatio non rem-

missa sed recenti vi orditur, eadem negatio semper repetitur,

ut وما — وما — ما Sur. 3, 146.

2. De interrogativis enunciationibus.

Enunciatio *interrogativa* in arabismo ut in plurimis lin- 703
guis antiquis non tono tantum, sed sono quoque vocis pecu-
liaris exprimitur. Potest quidem interrogatio solo tono no-
tari, in thesibus scilicet brevissimis ex vitae vulgaris negli-
gentiâ, ut Tab. p. 160, 5 et sequente in alterâ interrogatione
أُتِ aut? p. 184, 4. cl. p. 60, 13: sed e lege interrogatio
voce quadam idoneâ introducenda est. De quibus particulis
interrogativis cum §. 493 dictum sit, hic pauca tantum ube-
rius exponere restat.

Simplici interrogativo اُتِ respondet in interrogatione priori
subjunctâ vox اَمْ, unde *disjunctivae* interrogationis sensus

oritur, ut اَمْ اَنْزَيْدُ اَمْ عَسْرُ utrum Zaidus an 'Omar? quo eo-

dem et hocce refer اَمْ خَيْرُ اَمْ قَوْمُ تَبِعِ quod latine potius

sonat: an hi meliores sunt quam Tobbai gens? Sur. 41,

39. 44, 36. 67, 22. 10, 35. In interrogatione aliunde pen-

dente idem اَمْ et si eo opus est اَمْ reperitur, ut سَوَاءٌ عَلَيْهِمْ

نذرتهم أم لم تنذرهم *nihil eorum refert, utrum eos monueris necne.* Raro أم per se ab initio ponitur, ut Sur. 43,

49. 50: *أليس لي ملك مصر وهذه الأنهار — أم أنا خير من هذا*

أليس لي ملك مصر وهذه الأنهار — أم أنا خير من هذا *nonne mihi est Aegypti regnum fluviique hi — ?*

imo ego melior sum quam hic qui contemptui est! ubi أم vix a priori أليس dependet, ut أليس hic repetendum sit; videtur potius أم contrarium, quod cogitari possit, e loquentis mente indigitare, ut potius sit: siccine est - an potius ita?

i. e. *imo potius* 1); similiter Izzedd. av. p. 88, ult.: *مَا لِي لَا*

أرى أم كان من الغائبين *cur eum non video? an potius ex*

absentium numero factus est? — هل cum fortius sit interrogativum, in locutionibus quibusdam perpetuum est, ut ante vocem leviolem positum solum vim locutionis ferat; ut

هل لك فيد *placetne tibi? et in aliis brevioribus hujusmodi;*

هل - أن - nisi? quod saepissime idem valet quod latinum non - nisi, ut Sur. 43, 64. 47, 19. Videtur ex origine

esse i. q. ال interrogative quid? τι? — Compositum ال nonne

1) Hinc fortasse Kam. vult أم etiam notare بل *imo*. An praeterquam أم ab initio positum idem prorsus sit quod أ, dubito, licet Kam. أم nonnunquam cum أ confundi dicat; inveni tamen locum qui huc trahi possit Tab. p. 130, 5. Sumendum igitur, voce أم tum magis oblique interrogari, ut germanico *ob*?

Ceterum أم pluries repeti potest, ut Sur. 6, 143 sqq. ubi أما ex ما أم conflatum est, ut أم ex أمن Sur. 67, 20. 21.

cum saepissime rei paulo alacrius affirmandae simpliciter inserviat, vel imperativo, jussivo, emphatico, vocativo simili-

busque praeponi potest, ut *إلا قبح الله وجهك* sane foedet deus faciem tuam! Kos. chr. p. 56, 7. 67, 2. Henz. fr.

p. 98, 5. Eique compar *أما* in prosâ quoque passim reperitur, ut Kos. chr. p. 136, 13. Tab. p. 44, antep. et brevius *ما* Abulf. ann. musul. 1. p. 104, 3.

Compositum *هَلَّا* vel *أَلَّا* ex *هل* vel *أل* proprie sonat quid non? hinc increpantis est et excitantis, et perfecto quidem junctum, ut rem nondum factam esse ideoque e vestigio faciendam esse dicat, ut *هَلَّا أَعْلَمْتَنِي* cur non certiozem me

fecisti? increpantis simpliciter Freyt. chr. p. 31, 3. 15. Iz-

zedd. av. p. 54, 9. 98, 4 sqq. *هَلَّا جَانِبْتَهُ بِفِعْلِهِ* quid non rependisti ei facinus ipsius? i. q. age, repende quod rependendum est, Taal. c. 80. *أَلَّا هَلَكْتَ قَبْلَهُ* cur non periisti

ante eum? quod tibi faciendum erat Tab. p. 166, 16. 18-19. Kos. chr. p. 140, 3. 4. Ad quam eandem notionem collineat

لَوْلَا in Korano praesertim frequenter admodum obvium. Quod ita explicandum censeo, ut *لو* e notione conditionalî in memoriam interrogationem abierit cll. gr. *si*, atque ita voci *هل* prorsus simile reddatur; quae vis interrogandi quamvis alibi in *لو* non reperiatur, in hac tamen voce conflata constare

potuit. Ita: *لَوْلَا فَصَلَّتْ أَبَاتَهُ* cur versus ejus distincti non sunt? qui increpantis, reprehendentis est sermo Sur. 4, 75. 6, 8. 36. 42. 10, 21. 43, 52. 46, 28; (simplicius interrogantis Sur. 10, 97) hinc nonnunquam jussus importuni speciem fert

locutio haec, ut **لَوْلَا أُخْرَتْنِي إِلَيَّ أَجِدَ قَرِيبًا نَاصِدًا وَأَكُنْ مِنِّي** *domine! quidni me vivere sivisti i. q. vivere quaes-
tandem me sine ad terminum usque propinquum ut, fidem
haberem, essemque e bonis, ubi quia in priori membro
imperativi sensus est, deinde jussivus وَأَكُنْ ex §. 732 sequi
potuit, Sur. 63, 10. Potestque idem imperfecto jungi, ut
cur res non fiat, mirans interroget, ut **لَوْلَا تُصَدِّقُونَ** *an non
credetis?* quod tamen vos facere bene posse puto; **لَوْلَا
يُكَلِّمُنَا اللَّهُ** *an non loquetur ad nos deus?* quod tamen eum
decere putamus; cf. Sur. 56, 59. 64. 72. 68, 29 et verbo subaudito
positum 56, 84. Ceterum hoc **لَوْلَا** tum notione tum structurā
et verborum ordine a conditionali §. 771 adeo differre vides,
ut nunquam prorsus cum eo confundi possit. Rarius huic
لَوْلَا eodem sensu dictum substituitur.*

- 705 Interrogativa *pronomina* **مَنْ** *quis* et **مَا** *quid?* ex inter-
rogationis vi ab initio quidem enunciationis ponuntur, nec
tamen tam abrupte quam voces relativi sensus et ipsa **مَنْ**, **مَا**
relativo sensu dicta §. 713 sqq., sed ita ut cum enunciatione in-
time cohaereant; unde etiam accusativi loco et genitivi vice po-
nuntur, ut **مَنْ قَتَلَتْ** *quis iussit? quemnam interfe-*
بِنْتٍ مِّنْ أُمَّتِي *cisti? juxta quem praeteriisti?* **مَنْ هِيَ**
cujus filia tu es? Nomini tamen definito et interrogativo **مَنْ**
ex §. 657 **هُوَ** interjicitur, ut **مَنْ هُوَ الْغَنِيِّ** *quis est dives ille?*
ubi **مَنْ** praedicati loco est. Potest vero interrogativum hoc
ab initio ita segregari, ut complementi loco relativum sibi

guamur a quocunque praeter nos, quod propheta nos amat Sac. anth. p. 464. Ita tamen من nisi sermonis nexi insertum dici nequit. Similiter ما nomini postpositum v. §. 465.

706 Sed quâcunque vi pronomina haec ponuntur, ut casus (praeter §. 462 dicta) ita genus et numerus in iis nunquam distingui potest, sufficitque, si de personâ vel re indefinitâ sermo est, cum proximo msc. sg. structura. Interim من, si diserte de feminâ vel de pluribus sermo est, nonnunquam structuram suam in generis et numeri distinctionem abire

sinit, ut ^{مَنْ} ^{كُنْتَ} ^{أُمُّكَ} ^{مَنْ} *quaenam fuit mater tua?* ubi tamen

من e sensu praedicatum est, ^{مِنْ} ^{مَنْ} ^{يَسْتَعِينُ} ^{الْبَيْتِ} *ex iis*

sunt *aliqui qui tibi obsequuntur*, ^{مَنْ} ^{يَقِفْتُ} ^{مِنْكَ} ^{لِلَّهِ}

quae vestrum deo se submiserit bonumque fe-

cerit; poeta quis vel من indefinitum cum duali verbi junxit Sac. anth. p. 463. Licetque etiam ما cum fem sg. ponere, si poeta quis se eo disertum nomen femininum innuere satis

aperte prodit, ut ^{نَنْظِلُ} ^{بَغْدَادَ} ^{وَتَجْلُو} ^{لَنَا} ^{الدَّجِي} ^{بِمَكَّةَ} ^{مَا} ^{تَمْحُو} *aperte prodit, ut*

^{ثَلَاثَةَ} ^{أَقْمَرٍ} *et tenebrosa erit Bagdad, dispelletque nobis caliginem Meccae id quod tres lunas delet i. e. sol,*

^{الشمس} fem.

Ceterum من de hominibus aliisque ratione praeditis dicere mos fert; de brutis plerumque ما dicitur, ut vers. ad Taraf. p. 16, ult. ed. Vull. Izzedd. av. p. 43, 3, nonnunquam tamen et من occurrit, ut Sur. 15, 20 et alibi in Korano. De vitâ haud praeditis si forte من dicitur, ex imagine rei vivae id fieri cense. Potestque etiam ما de ratione praeditis dici, si cujusnam generis et rationis vel numeri sist,

De vocum كَابِنٌ et كَمٌ quot? structurâ satis jam dictum est §. 568. Unum hoc addo, praedicatum utpote quod e sensu subjectum sit, substantivi subnexi rationem stricte sequi, ut مِّنْ قَرِيْبَةٍ عَنَّتْ quot urbes desciverunt? vel quoties urbs quaedam descivit? Sur. 65, 7.

Denique multas locutiones interrogativas nota ex conciso dicendi genere, ut مَا بَأْلٌ quid causa? sequente genitivo substantivi subjecto proprie inservientis, ut مَا بَأْلٌ لِّوَنِكَ cur color tuus est splendidus? Increpantis sensu مَا بَأْءٌ cum dativo personae subjecto enunciationis inservientis dicitur, ut مَا لَكَ لَا تَبْكِي quid est tibi i. e. cur non ploras? مَا لِي أُرَاكَ لَا نِيْمًا cur te haerere video? Sur. 4, 77. 5, 93. 84, 18. Kos. chr. p. 145, 4; participium vero praesentis loco positum dativo huic statim subjungi potest, ut مَا لَهُمْ — مَعْرِضِيْنَ cur recedunt? Sur. 74, 48. Similis locutio, ubi verbum finitum interrogativae enunciationi breviori statim subjungitur, haecce est: هَلْ لَكَ فِيْهِ نَعُوْدٌ placetne tibi de eo (cf. §. 588) i. e. أَتُرِيْدُ volumusne (§. 615) ut eum visitemus? Kos chr. p. 148, 4. Si vero copula relativa accedit, ut هَلْ لَكَ إِلَى أَنْ تَنْزَغِي num est tibi eo usque ut i. e. num satis tibi est virium ut mundus fias? Sur. 79, 18 sq., simplicis enunciationis ambitum excedi vides.

3. De enunciationis interjectionali.

708 Enunciatio interjectionis ritu prolata animi sensum non quiete et sedate, sed ex repentino motu effert; neque e justâ subjecti ac praedicati juncturâ procedit, sed subitum animi motum breviter effundit, consuetum sermonis ambitum et ordinem haud curans. Unde nova est ejus facies satisque a reliquis omnibus enunciationis generibus distincta. Sed motus ille subitus maxime est varius pro vario, qui animum commovet et percellit, sensu: potestque interjectio aut unâ tantum voce contineri abruptius prolata, aut integram enunciationem regere suoque tingere colore. Singula tamen quae huc pertineant, cum supra pleraque suis locis explicata sint, hic potissima tantum recolligere et nova quaedam iis adjungere placet:

1. Quos *nomen* in interjectione varios admodum animi sensus exprimere potest, eos lingua in talibus diligentissima formis distinguere satagit, particulis quoque, si necesse videretur, idoneis assumtis.

1) Primum igitur enunciatio hujusmodi animi sensum simplicissime ut *volentis* et *jubentis* efferre potest. Quare particulâ hic opus non est; nomen vero aut in nominativo aut in accusativo effertur. Et ille quidem enunciationi inest per se perfectae, quae et subjecto et praedicato distincto continetur, ut *سَلَامٌ عَلَيْكَ* *pax sit tibi!* *لِلَّهِ دَرَكٌ* *dei sit copia, s. benedictio tua!* i. e. deus rem s. opus tuum praemio secundet! bene vovendi formula ¹⁾. *نَهَيْكَ* (vel *نَهَيْكَ بِهٖ* Kam.) proprie: sufficientia tua sit cum eo i. e. eo ut summo

1) Kam. hoc *در* explicat per *سَلَامٌ* *opera* = praemium. Haud omitenda mihi videtur prima notio *copiae*, indeque praemii largi. Veria de eo collegit, nec dijudicavit, comment. ad Har. p. 361.

vel optimo in suo genere *contentus sis*, ^{وَسَبَّ} نَاهِيكَ بِهَا سَبَّةٌ cum eo (facinore) ut dedecore *contentus sis* i. e. *sufficiat tibi hoc dedecus!* ¹⁾. Sin vero uno nomine abrupto totam interjectionis vim effers, id ex §. 567 sq. accusativo subjungendum est ei qui animo subest sensui, ut ^{سَلَامًا} *pax!* Sur.

15, 51. ^{قَسَمًا حَقًّا بِاللَّهِ} *juramentum verum per deum!* Iz-

zedd. av. p. 23, ult. ^{دُونَ} سَحَقًا لَّهُ *distantiam ei!* i. e. procul absit Sur. 67, 11, ubi in solo jam ^{سَحَقًا} tota interjectionis vis expressa est,

^{دُونَ} سَبْحَانَهُ أَنْ يَكُونَ لَهُ وَلَدٌ *laudem ejus* (i. e. absit a deo pro laude ejus), *ut filius ei sit* Sur. 4, 169 ²⁾,

^{وَصَدُودًا} اِدْخُلُوا اِدْفِنُوهُ وَكِرَامَةً *intranses sepelite eum, et satis!* (i. e. et totus assentior cf. §. 565) Not. T. 12. p. 397 antep. Eodem infinitivi in interjectione usus pertinet, v. §. 565 et forma

ei par §. 353, cum negatione ^{لَا} مَسَّاسٌ *ne tangas!* Sur. 20,

95 ³⁾. Remotius etiam y accusativo nominis indefiniti junctum §. 555 huc referendum est. Nomen idem in interjectione repetere consuetum est, ut quid faciendum fugiendumve

sit gravissime commoneatur, ut ^{مَنْتَمَ الْجَبَلِ الْجَبَلِ} *montem, mon-*

tem! i. e. *montem cave ne tangas,* ^{مَنْتَمَ الْاَسَدِ الْاَسَدِ} *a leone cave*

1) Har. p. 79 ubi cf. scholla. Sac. anth. p. 7, 14. نَاهِيكَ proprie est ad summum pertingens eoque sufficiens.

2) cf. ^{مَنْتَمَ الْجَبَلِ الْجَبَلِ} اِدْفِنُوهُ وَكِرَامَةً *absit pro laude et majestate sua ab eo quod ei associant* Sur. 6, 101, 10, 19.

3) Kam. qui locum hunc aliter explicare videtur, etiam ^{مَنْتَمَ} pro imperativo obvium esse notat. Certe equidem vix illo loco ^{مَنْتَمَ} e nominis vulgaris formâ derivaverim.

tibi! ^{النجاء والنجاء} الجِدُّ الجِدُّ *diligentia utendum! et saluti*

prospiciendum! etiam ^{الهرب} النجاء *fugiendum! cedendum!*

Tab. p. 44, 1. 64, 2. Not. T. 12. p. 398. Similiter gravis, quam ad secundam personam convertimus, dehortatio accusativo pronominis secundae personae et rei quae vitanda sit,

exprimitur, copulâ inter duo nomina intercedente, ut ^{أياك} *أياك*

^{وعزة الغضب} *te et iras vehementiam!* utrumque respice et

cave, ut latine dicas *cave tibi ab ira vehementi*; etiam

cum personae nomine, ut ^{وأياها} *أياك* *cave tibi ab iis* (camelis, ne eos capias) Tab. p. 182, ant.; saepius cum infinitivo,

ut ^{والمثلثة في الناس} *أياكم* *cavete ne exemplum statuatis*

in hominibus, ^{ومعاودة مثله} *أياك* *cave ne simile quid re-*

petas, unde etiam haud raro fit, ut, cum infinitivo non locus

sit, ^{أن} *أياكم* cum naçbato sequatur, copulâ jam in laxiori juncturâ

deficiente, ut ^{تكونوا أمثالهم} *أياكم* *cavete ne iis similes fiat* Tab. p. 42 ult. Har. p. 418. Sac. anth. p. 31 sq. (ubi Hariri copulam omittentes carpit). 127, 19. chrest. 1. p. 125

antep., ubi vehementius etiam dicitur ^{أياك والقران والدين} *أياك*

cave, cave, ne Qoranum et religionem laedas.

2) Deinde nomen in interjectione distinctius *allocutionem* efferre potest. Quae quam diversa esse possit quibusve formis et interjectionibus utatur, supra §. 349-52. 494-96 satis explicitum est. A fine decurtatis nominibus §. 350 collectis adde

^{أعقرم} *o Ikrimâ!* Tab. p. 208, 14. ^{أميم} *o Umai-*

ma! Ham. p. 97, 1 cum schol., quae eodem modo ex اُمَّةٌ, عَقْرَمَةٌ oriuntur. In fine aucta §. 351 in pausâ idonea sunt maxime, ut يَا مُحَمَّدَاً o *Muhammed!* Tab. p. 168, 17. 192, 19. Lamentantis interjectio §. 352 non tantum effertur يَا قَوْمَاً *vaeh populum!* Tab. p. 194, 14. Abulf. ann. ant. p. 24, 4 inf. 138, 7., sed diductius etiam e poetarum licentiâ, ut يَا رَحْمَتَاً *vaeh misericordiam!* Izzedd. av. p. 59, 5. —

Secundae et primae personae pronomem in 'allocutione interjectionali effari nunquam lingua didicit ¹⁾; dicendumque propterea de primâ يَا نَفْسِي o *anima mea!* de secundâ يَا هَذَا o *hic*, pl. يَا هَؤُلَاءِ i. q. o *vos*, vel potius, si quem paulo eminentiorem alloquaris أَيُّهَا الرَّجُلُ o *vir!* أَيُّهَا النَّاسُ o *homines!* Ergo neque e relativo pronomine in secundam personam relabi licet, v. c. يَا أَيُّهَا الَّذِينَ آمَنُوا i. q. o *vos qui creditis!*

Sed particulâ يَا non singulum tantum nomen compellari potest, sed integra etiam enuntiatio subjecto et praedicato constans, ut *rationem* potissimum rei interjectio tangat mi-returque. Quare tota enuntiatio uni particulae ita subjungitur, ut et subjectum et praedicatum ab eâ pendere pateat; et prius quidem e sensus perspicuitate necessario subjectum ponendum est. Nec tamen subjectum pronomine constans suffixo simplici subjungi potest, cum بِ suffixum ferre neque-

1) Similiter atque sanscrita lingua ex his pronomibus *vocativum* non formavit.

هُوَ بِأُ dici nequit nisi sensu hoc mystico o *ille!* i. e. o *deus!* Izzedd. av. p. 58 ult. cl. p. 67, 2. هُوَ hoc sensu flecti nequit.

at; nec grave illud accusativi signum **بِهَا** hic idoneum; sed facilius praepositione **بِ** seu dativo introductum praedicato per accusativam subjungendo praeponitur, ut **وَ يَا لَكَ مَمْنُونًا** *o te impeditum esse!* Kos. chr. p. 66, 16. 18; praedicati loco si idem substantivum, quod e mente loquentis subjectum est, redit, latine *qualis* inserere licet cum ex solo subjecti, quale oculis patet, habitu interjectionis causa derivetur, ut **يَا لَهَا رَوْضَةٌ** *o qualem hortum!* **يَا لَدَى رَجُلًا** *qualis vir!* Patetque per se, praedicatum quodvis necessario indefinitum esse. Si vero ita praedicatum diversum non nominatur, saepius ei **مِنْ** praecedit, quod indefiniti notionem augeat (§. 577) eoque simul unam hanc rem prae ceteris omnibus insigniat, ut **يَا لَهَا مِنْ** *o quae tu es alaudu.* Omnia haec vix aliter obvia sunt quam pronomine subjecti loco posito: frequenterque talia substantivum modo dictum amplius definiunt, ut **لَٰنَ الْوَلَاةِ لِمَنْ قَبُولَةٍ وَمَعْتَبَةٍ بِهَا لَهَا** ¹⁾ **مَعْتَبَةٍ** *quia praefectis est superbia et saevitia, o qualis (vel quanta) saevitia!* — Ceterum idem in aliis quoque particulis fieri potest, ut **أَنْ لَهَا حَسْرَةٌ** *vae quantum damnum!* **أَنْ لَهَا خَشَعًا** *phuy hunc humilem!* Tab. p. 170, antep. Licetque adeo eum formulis vocendi superius descriptis dicere **لَهُ دَرْكٌ**

1) ob metrum pro **مَعْتَبَةٍ**; male recentius quis **مَعْتَبَةٍ** imprimi fecit, quasi genitivus talis ex omisso **مِنْ** penderet.

ناهِبِكَ *o quam felix es servus!* Kos. chr. p. 88, 3.

مِنْ مَدِيرٍ *o quam sufficiens tibi est administrator i. e.*

quantum tibi unus hic omnium administratorum loco est!
Sac. chr. 1. p. 15 ult. cum schol. G'anhari.

3) Denique interjectio statim animum de ratione rei mirantem inducere potest; isque color interjectionis ab *interrogatione* mirabundâ procedit. Igitur ما *quid = quam* huic usui inservit, idque insertum in locutione مَا قَلِيلًا *quam*

parum! ut مَا تُشْكِرُونَ قَلِيلًا *quam parum gratias agitis!*

Sur. 40, 59. 67, 23. 69, 41. 42 (ubi Marr. semper male *quam pauci!* transtulit). Praeponitur vero ما integræ enunciationi accusativo subjungendae, ut adjectivum elativum praedicati loco praepositum proxime vim particulae admirandi

augeat, cf. §. 499, 2; ut مَا أَعْظَمَ شَانَهُ *quam magna est*

ejus conditio (vel honor ejus)! مَا أَعْلَمِي *quam scientissimum*

me! i. e. *quam bene scio*, مَا أَخَوْفَنَا *quam timidi sumus!*

Tab. p. 108, 18. 20. 166, 7; مَا أَكْثَرَ مَنْ بَعْدَ السُّكْرَانِ *quam*

multi sunt | qui excusant ebrium Taal. c. 73, مَا خَلِيلِي

أَحْرِي بِذِي اللَّبِّ أَنْ يَهْرِي صَبُورًا *o amice mi! quantopere | ho-*

mine cordato dignissimum est ut appareat patiens, ubi et voces flexionis expertes posterioris accusativi vices sustinere, et vocabula quaedam accusativis interponi posse vides.

Perfectum vides in hoc: فَنَاهِبِكَ مَا كَانَ أَنْبَلَهَا وَأَنْبَلَتْ مَجْلِسَهَا

ergo sufficiat tibi i. e. quam eximie nobilis erat ea et nobilis consessus ejus! Kos. chr. p. 132, 1. 131, 3-5. Esse

autem formam hanc adjectivi elativi, apertissimum inde est, quod structura ejus eadem instituitur, quam elativi esse §. 653

monstratum est, v. c. مَا أَشْبَهَ اللَّيْلَةَ بِالْبَارِحَةِ بِالْبَارِحَةِ *quam similis*

est nox haec ultimae Sac. anth. p. 27. مَا أَحَبَّ الْمُؤْمِنِينَ لِلَّهِ *quam*

et quam bene novit verum, studet scientiae et abstinens est mundi. — Rarior est formula admirandi

quantopere *Credens amans est dei et quantopere ab eo amatus, et quam bene novit verum, studet scientiae et abstinens est mundi.* — Rarior est formula admirandi

brevior vocativi vel imperativi speciem ferens بِدِ أَكْرَمِ *quam*

*honoratus is est, بِمِ وَأَبْصَرَ أَسْمَعَ بِهَمِ *quam bene audiunt et**

*vident! أَحَبُّ الْبَنَاتِ بِنِ نَمُوتُ *quam carius nobis est mori!**

Invenias etiam complementum prius pronomine nudo expres-
sum, dein distinctius in accusativo additum, quae est locutio

interjectionis formam apprime referens, ut أَكْرَمِ بِدِ رَجُلًا,

similiter ac dicitur بِأَ لَدُ رَجُلًا. Raro denique in poesi com-

plementum deest e connexu perspicuum, ut أَنْ يَسْتَغْنِي هَوْمًا

فَاجِدِرِ *si dives erit olim, tunc quam eo dignus est!* Ham. p. 209.

Interjectionis formam similem confer hanc: لَوْ أَنَّكَ كَانَ

حَبِ لِرَابْتَمِ مَخَالِبِيهِ كَأَحَدٍ مِّنْ أَنْبِيَاكُمْ وَأَطُولُ

quam acriores et longiores dentibus vestris videretis ejus ungulas! Lokm. f. 30.

709 Ut مَا illud admirationem denotans, ita optandi particu-
lam لَيْتَ integram enunciationem vel saltem subjectam pro-

xime ponendum sibi in accusativo subjungere §. 567 notatum est. Quodsi distinctior persona non nominetur, suffixum saltem ejus pronomen ex §. 671 ei subjungendum est. Verbum autem praedicali loco positum in *perfecto* pronuntiandum est, cum e loquentis sensu de re quae jam non amplius fieri possit agatur, idque frequentissime obuium est,

بَا لِبْتِي لَمْ أَوْتِ كِتَابِيهِ وَلَمْ أَدْرِ مَا حِسَابِيهِ بَا لِبْتِي كَانَتْ الْقَاضِيَةُ

o utinam non accepissem librum meum, nec scivissem quaenam sit ratio mea! utinam id esset fatum (i. e. mors)! Sur. 69, 25-27. 78, 40. Sac. chr. 1. p. 124 sq. Interim poeta et imperfecto uti potest, quod sine vi dictum

hic simpliciter praesentis loco sit, ut لِبْتِي أَفْدِيكَ *utinam te redimam* vel redimere possim! Taraf. M. v. 40, ubi schol. in perfectum relabitur. Praesentis notio hic ut alias partici-

pio vel imperfecto exprimitur, ut لِبْتِ زَيْدًا حَاضِرٌ non est *uti-*

nam Zaid adfuisset! sed ut. Z. adesset! وَلَا بَا لِبْتِنَا نُزِدٌ وَلَا

بَا لِبْتِنَا نُكْذِبُ بِآيَاتِ رَبِّنَا utinam nos reduceremur (ex orco in mundum) nec domini nostri signa abnegaremus! Sur. 6, 26.

Eodem verbum لَعَلَّ pertinet, de quo v. §. 491. 567. Transiit id in particulae notionem, nec tantum ab initio ponitur sed subjungitur etiam alii enunciationi, ut لَا تَدْرِي لَعَلَّ

خَرَجَ اللَّهُ بِفَعْلِهِ non nosti, an forte deus id facturus sit,

أَخْرَجَ إِلَى ظَاهِرِ الْمَدِينَةِ بِنْتِمْ الْأَخْبَارَ لَعَلَّ أَحَدًا يَصِلُ فَيُخْبِرُ

Urbis portas percepturus res novas, an forte quis adveniret ipsique nuncium ferret. Idque cum subjectum sibi in accusativo subjiciat, si distinctius non adest, iterum sal-

tem pronomen suffixum adsciscit, ut **لَعَلَّكَ تَفْعَلُ** *forte facies*. Post suffixum tamen tam tenue verbum sequens potius per copulam **أَنْ** fortius introducit (Izzedd. av. p. 61, ult. Tab. p. 240, 7), quod idem et alias frequentari incipit. Mala autem est structura hujus **لَعَلَّ** cum verbo finito Izzedd. av. p. 88, 4. — Similem ob notionem **عَسَى** (v. supra p. 109) serius ad hujus **لَعَلَّ** rationem jungi coepit, ut **عَسَىٰ أَرَأَىٰ** *an forte eum videam* Izzedd. av. p. 56, 2. et **عَسَاكَ تَرَىٰ** *forte videbis* p. 99, 12 poetice; antiqua ejus structura est cum **أَنْ**, sive personaliter, ut **عَسَىٰ اللَّهُ أَنْ يَفْعَلَ**, sive per se positum, ut **عَسَىٰ أَنْ تَكُونُوا**.

710 2. *Verbum finitum* in interjectione prolatum minora et formae et notionis discrimina permittit. Nam praeter imperativum et jussivum ei junctum linguae nil restat quam perfectum interjectionis vi prolatum, idque de votis usurpatum §. 198. 695. Omne autem ejusmodi verbum finitum ob insignem interjectionis vim primo loco ponatur necesse est, ut cum subjectum tum reliqua enunciationis complementa ex ordine §. 667 descripto sequantur; isque ordo in perfecto interjectionali constantissimus est, cum ex hac solà vi notio peculiaris sequatur. Quare perfecto emphatico, si id forte praeponi non potest, lenior et consuetior forma substituitur, imperfectum scilicet quod sine emphasi idem dicit, ut **نَقَارَ** **عَمْرٌ إِذَا بِقَتْلِكَ اللَّهُ قَالَ بَدَّ إِيَّاكَ بِقَتْلٍ** *tum dixit 'Omar: tum (si hoc feceris) deus te interimat! Ille vero, imo, inquit, te interimet!* Tab. p. 38, 1, ubi nisi accusativum praeponere potius visum fuisset, haud dubie ut alias semper **تَتَكَلَّمُ**

dictum foret ¹⁾). Ceterum quanquam perfectum hoc ab imperativo vel jussivo eo satis diversum est, quod votum non subjective, sed objective effert, haud tamen ita diversa sunt, ut poeta quis ea metro invitante componere nequeat, ut
 فَمَا نَقْتُمُ — لَيْسَتْ etc. Ibn - Khac. p. 46, 4.

Eodem refer verba admirandi vel vituperandi et fastidendi contracta بِمَسْ وَنِعْمَ de quibus v. §. 499, 1. Ea semper praeponenda nominativus proxime sequitur ut subjectum, idque cum loquens de praesente quodam et certo loquatur necesse sit, articulo definiendum, ut نِعْمَ الرَّجُلُ *gratus est vir!* i. e. *euge virum!* بِمَسْ الْمَسِيرُ *o pessimum iter!* Sed eadem haec locutio ita conformata arctius contracta rursus unum tantum idque subjunctum enunciationis membrum efficere potest, ita quidem ut subjecto iterum definitiori prae-posita jam non nisi praedicatum hujus sit, v. c. بِمَسْ الْعَبْدُ *quam malus servus est tuus servus!* بِمَسْ حَامِلُ *malus Korani portator ego essem tum!* Tab. p. 160, 5. نِعْمَ الْغُلَامُ غُلَامِ أَبِي *bonus servus est patris mei servus!* Similiter nomen proprium introducendum est nomine quodam generaliori, ut نِعْمَ الرَّجُلُ زَيْدٌ *bonus (vir)*

1) Sur. 64, 1 et praeter hanc necessitatem بِسَبِّحْ *laudabit* dicitur pro سَبِّحْ *laudet!* alias in Korano solito. In vulgari tamen stylo perfecti usus prorsus invaluit. Sed sequiori aetate simplicius imperfectum redire coepit, ut اخذ الله et بخير الله sine discrimine sensus in Burckhardti prov. ar. n. 492. 508. 720.

vulgaris praepositionis instar adhibita est و §. 595: nec tamen ea hujus و vis jam est, ut pronomen etiam personale suffixi formam indutum sibi subjiciat, ut praepositionis, quae praeterea ex origine huc destinata est §. 585, usus hic semper manserit:

rit: بِكَ *per te*, بِه *per eum* etc. Insuper و semper per se ponatur necesse esse e notione ejus primam apparet, unde in nexu cum verbo jurandi ب iterum solum usu venire potest ¹). Concisa autem jurantis interjectio uti et vocativus ejusmodi brevis saepe mediae orationi inseritur, quasi derepente accedens et cessans, nec ceteroquin orationis gressum inhibens, ut ثَبَّتْ عِنْدَنَا اَنْكُمْ وَاللَّهِ الْكُفْرَةَ *constat apud nos, vos per deum! esse infideles* Sac. chr. 1. p. 172, 8. Kos. chr. p. 147, 8. Ham. p. 97, 1. et supra §. 527.

Actio quam quis juramento interposito se effecturum affirmat, modo emphatico cum ا affirmativo notatur (cf. §. 496), ut اَللّٰهُمَّ لَا تَقْتُلْنِيْ *per deum, profecto eum interficiam!*

Si a nomine, non a verbo incipit pluribus vocibus constans enunciatio, post juramentum اِنْ- اَنْ dicitur. In negativo vero juramento لا fortius prolatum hujus ا affirmativi locum occupat. Miram autem faciem antiquus quidam jurandi usus servavit. Nam cum jurare idem esse possit quod *exsecrari* vel rem nefandam a se alienam esse testari, verbum in imperfecto simplici sine isto ا affirmativo subjunctum actionem,

1) De aliis jurandi formulis cf. T. I. p. 369. Fortior jurandi formula اَللّٰهُمَّ ibi descripta saepius obvia est in vetere lingua, ut Tab. p. 38, 8. 40, 12. 178, antep., et pro eo اَللّٰهُمَّ اَمَّا illo اَمَّا contracto ante denuo accedentem jurandi particulam p. 40, 6. 8. 10 70, 16. Arabs. Fāk. p. 47, 9. 73, 14.

quam quis facere nolit, satis jam perspicue notat, ut نَالَيْتُ
 هَاكِيْ وَاسْأَلْ نَاحِيَةً مَا لَهَا *tum exsecratus sum* s. no-
 lui juramento interposito *tristis esse* i. e. juravi me non tri-
 stem fore *de pereunte, nec lugentem foeminam, quid ipsi*
sit, interrogare, حَتَّى — اَقْسَمْتُ بِاللّٰهِ اَسْقِبَهَا *per deum juro*
me eam non potaturum esse donec etc. et sine jurandi
 verbo, sed cum sensu ejus *تَاللّٰهِ تَفْتُوْا تَذَكَّرْ يُّوسُفُ حَتَّى* *per*
deum juro non te Josephi mentionem facere desitutum
esse donec etc. *فَقُلْتُ بِمَنْ اَللّٰهُ اَبْرَحَ قَاعِدًا* *tum dixi, per*
deum juro me non cessaturum sedere etc. Sur. 12, 85. Hariri in Sac. anth. p. 47. Ibn-Doreid poem. ed. Hait. v. 73. Grammatici arabes in his ante imperfectum γ supplent, positque id haud dubie inseri, si ex aliâ prorsus dictionis ratione rem dijudicare velis: sed negatione ex veteris linguae sensu opus non esse facile patet. Congruum autem jam est, ut cum illi locutioni sine negationis particulâ tamen negandi sensus insit, contrarii sensus locutio additâ eâ insigniatur; unde in Korano dicitur v. c. *لَا اَقْسِمُ بِمَا تُبْصِرُوْنَ وَبِمَا لَا تُبْصِرُوْنَ* *non exsecror s. non nolo* i. e. juro *per id quod conspiciatis quodque haud conspiciatis*, sequente plerumque affirmativâ oratione *اِنَّ* — *اِنَّ* vel *لَا*, nec negatione, Sur. 56, 77. 69, 38-40. 70, 40. 75, 1. 81, 15. 84, 14. 90, 1. ¹⁾). Nota hic propter γ semper esse imperfectum *اَقْسَمْتُ*, non *اَقْسَمْتُ*.

1) Vix morari potest quorundam sententia mira, quâ $\bar{ج}$ pro γ legendum praecipiunt (v. marg. Petrop. ad S. 75, 1), difficultatem scilicet onerosam sublaturi. — Ipse ego aliquando putavi, γ sepa-

Inter particulas affirmandi et respondendi (v. T. 1. p. 368)

latissimi usus est نَعَمْ *ita, sane*, quo quis se ei, quod vel simpliciter vel interrogative enunciatum est, assentiri fatetur; nec interest, utrum negativa enuntiatio sit necne. Rarius

apud veteres pro نعم dicitur بِجَدٍّ, quod proprie notat *satis*,

deinde *bene* ¹⁾. Sed بَلِي rem negatam vel dubitatam contra alterius mentem graviter affirmat, *utique, ne dubita!* ut

قَالَ السُّنَمُ أَنْصَارَ اللَّهِ قَالُوا بَلِي *nonne, inquit, vos estis dei adjutores? Utique, respondebant; بَلِي* *putavit se non rediturum esse. Utique. redibit!* Sur. 6, 29. 75, 4. 84, 13. Tab. p. 72, 4. 190, 18. Abulf. ann. I. p.

102, ult. — أَجَلٌ simpliciter affirmat, nec post interrogationem poni amat, ut أَظَنُّ بِحَدِّكُمْ أَنَّهُ كَانَ بَرًّا قَالُوا أَجَلٌ *puto eum vobis narrare se insontem fuisse. Certo, respon-*

derunt Tab. p. 26, 16. 166, 8. جَبْرٌ *profecto!* haud multum

distat; أَيٌ vero ante jusjurandum tantum usu venit, cf. Bai-

dhavi ad Sur. 10, 53 p. 166. — Difficilior verq̄ vox est كَلَّا stylo tantum antiquiori familiaris. Omnibus tamen denuo perpensis, sic mihi nunc statuendum est, كَلَّا primitus vehementem sententiae, quam quis ab aliis foveri putat, detestationem et negationem efferre, ut prorsus particulae بَلِي oppositum latinum *nequaquam!* dicat, v. c. *enses hostium*

randum esse et explicandum ex gr. *μή*, prop. *non ita est*, ut vultis; *jurabo* etc. Sed tum idem *μή* ante reliquas quoque jurandi formulas reperturus esses.

1) بَلِي vel بَلِي *sufficit mihi*, cf. حَسْبِي et قَطْنِي §. 475 sq.

fulgentes videns, laetamini, inquit, jam enim hostes inter se dissident ipsi. Quibus ille وَاللَّهِ وَكَلِمَاتُهَا nequaquam, per deum! respondit; sed sunt illi enses aliam ob causam stricti Tab. p. 162, 4. *jam insanus factus es, dixerunt. Tum ego, وَرَبِّي مَا جُنُنْتُ* nequaquam per deum, non insanus sum, dixi Ham. p. 292, 6; unde simul apparet لَا juramento jungi amare. In Korano quidem saepius graviter affirmare videtur, sed ita tamen, ut loquens opinionem, quam alios alere scit, ante omnia acriter negans, quid ipsi probetur, deinde affirmet, ut vel sic propria notio e sensu loquentis intacta maneat; quid enim graviter negans contrarium affirmet, ex contextu satis ubique perspicuum est, v. c. *disceptant inter se de die judicii, quasi eum negaturi sint; كَلَّا سَبِّعَلْمُونَ* nequaquam! cognoscent eum! i. e. nihil omnino est quod dubitent; *omnino cognoscent eum. Loci fere omnes sunt Sur. 74, 16. 32. 52. 75, 11. 20. 26. 78, 3. 4. 80, 11. 25. 82, 9. 83, 7. 14. 15. 18. 89, 18. 96, 6. 15. 19. 102, 3-5. 104, 4. Optimeque praeter alia conferri potest graecum μὴ τὸν θεόν, quod e vi sua primitiva negat, sed etiam ad gravem affirmationem traducitur* ¹⁾).

- 1) Olim equidem affirmandi notionem primitivam habens vocem اَلَّا derivavi, ut esset *omnino, imo*. Sed tum كَلَّا non per se, sed ex opposito tantum negare posset. Quod cum secus se habeat, jam vocem derivandam censeo e radice كَلَّ cum كَلَّا كَلَّ كَلَّ cohaerenté eo sensu, quo *cohibere, prohibere* notare potest; cognatae enim sunt notiones cingendi, ambiendi, et cohibendi. — Kamus p. 1971 etiam cum suffixo كَلَّاك, كَلَّاك dici posse vult, similiter ac حاشاك T. I. p. 369.

II. De enunciatione adnexâ.

1. De enunciationibus relativis.

Relativarum enunciationum duplex est genus: nam aut ⁷¹² persona vel res singula relative describitur, ut tota enunciationis relativæ viâ in *substantivo* quodam describendo ver-setur, velut si dico: *arbor quæ floret placet*, vel *qui tacet sapit*; aut integra enunciatio relativæ *particulæ* ope aliunde pendet, ut si dico: *quod vales, gaudeo*. Utrumque genus probe quidem distinguendum est: sed in semiticis tamen linguis sibi invicem similius quam in nostris. Omnino enim semiticæ linguæ indoles rursus eo cernitur, quod relativum quodvis non eâ, quâ in sanscritis linguis antiquis, libertate collocari potest, sed proximo tantum loco, id vero est, ab enunciationis suæ initio ponitur. Atque ut relativum *particulæ* vim explens nude et abrupte præponitur, ita idem *substantivi* locum tenens fundamenti tantum firmi vice abrupte et per se ab initio collocatur; unde fit, ut vox hæc relativa, etsi e sermonis nexu *substantivi* sensum necessario induat, e formâ tamen suâ et notione *particulæ* propior et flexionis haud valde sit capax. Quâ tamen ratione cum vox relativa abrupte et per se præmissa sit, *junctionis* ejus definitio exactior, quæ e toto enunciationis sensu et nexu postulatur, in sequentibus non minus supplenda est pronomine personali, quam post aliud nomen sine nexu præmissum idem faciendum esse §. 672 dictum est. Itaque ut arabice dicitur: *Nahmudus — dixi ei*, ita eâdem ratione: *qui — dixi ei*. Multo simplicior hæc est ratio, quam si Latini, quibus pronomen relativum perfectius et volubilius omniumque flexionum et *junctionum* capax est, pro eo dicunt: *cui dixi*. Atque hæc antiqua relativarum vocum inertia in arabismo satis quidem emendari coepit, nec tamen ita tolli, ut ipsa linguæ indoles penitus subversa sit: nam fundamentum ejus intactum servatum est.

I. Relativum *substantivi* vim explens, primo uberius do- ⁷¹³ cendum est, quomodo ex illâ ratione enunciationi suæ jungi

possit. Triplex enim juncturae ratio cogitari potest: 1) si relativum ex enunciationis secuturæ sensu ad *subjectum* describendum facit, tamen pronomen personale subjecti exactius

definiendi causâ deinceps inseritur, ut الرَّجُلُ الَّذِي هُوَ مَرِيضٌ

vir, qui aegrotus est, هُوَ فِي الدَّارِ الَّذِي هُوَ فِي الدَّارِ qui est domi, مَنْ

هُوَ مَرِيضٌ *qui est insons, مَا هُوَ ضَلَالٌ* quod est error. Interim

cum subjectum in talibus haud facile obscurum esse possit, pronomen hoc personale frequentius omittitur, si alia vocabula relativum inter, quod jam solum subjecti vim tenet, et praedicatum intercedunt; at si nihil quod partes sermonis necessarias duas dirimat intercedit, idem rarissime nec nisi poe-

tice deest, ut مَنْ هُوَ يَنْطِقُ بِمَا سَعَى *qui laudi*

studet non loquitur id quod stultum est. Ante verbum contra, quod pronominis personalis vim complectitur, idem

superfluum prorsus esset, ut e lege dicatur مَنْ مَاتَ *qui*

mortuus est, الَّذِي يَقُولُ qui dicet; memini tamen in poetâ

legere دَعَانِي هُوَ — يَا مَنْ هُوَ — *o eum qui — me vocavit! —*

2) si relativum ad *objectum* redit, objectum deinde suo loco

exactius denotandum est, suffixo igitur addendo, ut الرَّجُلُ

الَّذِي قَتَلُوهُ *vir, quem interfecerunt, مَنْ رَأَيْتَهُ* quem vidisti.

Interim frequenter jam structura haud ita prorsus absolvitur, sed relativum simul objecti loco dictum sufficere putatur, cum objectum praemittere haud prorsus aspernetur lingua (cf. §. 672); apteque discrimen hoc positum est, ut ubi de *rebus* sermo est, brevior objecti denotatio sufficiat, v. c.

النِّصْفُ الَّذِي رَدَّتْ *pars dimidia quam rejecit tribus,*

الَّذِي أَنْزَلَ اللَّهُ
 liber, quem deus demisit Sur. 4, 135,

مَا أَمَرَ الَّذِي فَعَلْتَ
 quaenam est res quam fecisti? ما

عَلِمْتُ مَا كُنْتُ جَاهِلًا
 quod deus tibi dabit, ما

عَلِمْتُ مَا كُنْتُ جَاهِلًا
 cognovi quod ignorabam, ما جَهِلُوا

homines inimici sunt ejus quod ignorant; rarius in hujusmodi locu-

tionibus suffixum additur, ut ما قُلْتَهُ quod dixi poetice Iz-

zedd. av. p. 80, 15. De personis autem si sermo fit, gravior

et dilucidior objecti denotatio rarius deest, ut مَاتَ إِلَهُ الَّذِي

كَانَ يُعْبَدُ
 mortuus est deus ejus quem colebat Tab. p. 6,

ant. Kos. chr. p. 103, 3. 4. مَنْ لَمْ تَرُدْ
 quem viatico non

instruxisti Taraf. M. v. 103, quod propter metrum dictum

esse monstrat scholiasta vulgare مَنْ لَمْ تَرُدْ substituens. Fa-

cilius tamen et haec brevior locutio se ingerit, si relativum

simul prioris enunciationis objecto inservit, ut بِضَلَّ اللَّهُ مَنْ

بَشَاءُ وَيَهْدِي مَنْ بَشَاءُ
 errare sinit deus quem vult dirigit-

que quem vult, مَنْ بَشَاءُ
 offert deus eam (gratiam

suam) cui vult ex §. 546. — 3) si relativum neque ad ob-

jectum pertinet, sed ad notionem alii nomini vel, quod ad

idem redit, praepositioni subjiciendam, suffixum suo loco ne-

cessario sequitur neque ullà ratione omitti potest, ut الرَّجُلُ

الَّذِي بُوِجِدَ عِنْدَهُ
 vir, cujus filius mortuus est

الَّذِي بُوِجِدَ عِنْدَهُ
 apud quem reperitur, مَنْ لَدَى مَا كَثِيرٌ
 cui sunt opes

multae, ^{من دعائي رسولك} ما تدعوهم اليه, ^{من دعائي رسولك} *ad quod eos vocas*, ^{من دعائي رسولك} *cujus legatus me vocavit*. Nec nisi ubi post relativum ad certius substantivum non pertinens eadem praepositio eodemque sensu repetenda foret, structurà grate contractà praepositio et proinde suffixum omitti potest, ut ^{من دعائي رسولك} بالذي ^{من دعائي رسولك} *quasi dicas transiit apud quem transiit Sulaiman*, pro ^{من دعائي رسولك} مرة. Interim hic quoque junctura brevior, modo ullà ratione ferri possit, libenter restituitur. In linguà saltem vulgari post nomina tempus locumve notantia solum الذي ponitur, ut simplicem relationem denotet adverbio similem ¹⁾. Quod quamvis lingua culta reprobavit, in aliis tamen locutionibus §. 715 vestigia servavit satis manifesta.

714 Jam vero substantivum singulum duplici rursus ratione relative describi potest: aut enim substantivum certius relativa voce vel enunciatione circumscibitur, ut si dico: *arbor quae floret placet*; aut vox relativa per se ponitur ipsius substantivi locum explens, ut: *qui sapit tacet*. In utroque genere vocum relativarum vis et structura eadem est, sed junctura diversa. Nam enunciatio, quae ad substantivum aliquod se referat, in arabismo ex ordine verborum, qui ubique regnat, simplice substantivo huic proxime apponatur necesse est; est enim et haec appositio quaedam longior, cujus universa lex hic valet. Unde fit, ut relativum hoc prorsus adjectivi vice substantivo suo adhaereat, nec novum sermonis ordinem ducat. Sed vox relativa per se posita, cum substantivi loco simul sit, recentis substantivi vim et juncturam tenet; potestque hinc dupliciter poni. Aut enim simpliciter novam enunciationem orditur, ut الذي قال هذا زيد

1) v. gr. crit. hebr. p. 649 sq.

qui dixit hoc est Zaid, ^{مَنْ} ^{يَتَّبَعُ} ^{اللَّهَ} ^{يَفْرَحُ} *qui deum timet*
gaudebit; aut enunciatio hujusmodi nova simul aliunde pen-
det, ut vox relativa etiam post verbum transitivum vel sta-
tum constructum vel praepositionem adeo poni possit. Sic
duplicem nexum una vox relativa explet; nam cum ab unâ
parte enunciationis majoris membrum sit, ab alterâ ipsa no-
vam enunciationem orditur; quam duplicem notionem recen-
tiores et, ubi casus diversi sunt, antiquae etiam linguae no-
strae demonstrativo et relativo exprimunt. Ita: ^{هُوَ} ^{الَّذِي} ^{قَالَ}
is est ille qui dixit, ^{يُحِبُّ} ^{مَنْ} ^{يَشَاءُ} *amat quem vult*,
^{يَقُولُ} ^{لِلَّذِي} ^{قُلُوبُ} ^{الَّذِينَ} ^{آمَنُوا} *corda eorum qui crediderunt*,
^{يَقُولُ} ^{لِلَّذِي} ^{هُوَ} ^{مَرِيضٌ} *dicet ei qui aeger est*, ^{يَا} ^{مَعِيَ} *in eo quod me-*
cum est, etc.

Voces autem quae relativi vim teneant, plures sunt.

Proximum est ^{الَّذِي} ex demonstrativo ortum §. 458 sq.; id-
que personam vel rem certam ponit, sive ad substantivum
modo dictum referendam, sive per se dictam, ut quam am-
plius describere superfluum esse videtur. Hoc igitur ita
comparatum est, ut brevius articulus quoque vim ejus susti-
nere possit; articulus enim ex eodem genere est. Ex alio
genere sunt pronomina proprie interrogativa, quae in hanc
vim relativam traducuntur; ea enim et per se semper dicun-
tur substantivi loco, et cum proprie interrogent, sensum
maxime vagum fundunt nec de certo uno enunciationem in-
telligi volunt, sed de omni qui huc pertinere possit.

1. ^{الَّذِي} si, quod plerumque fit, substantivo postponitur, 715
tam arcte ei adjectivi instâr junctum est, ut non genus tan-

tum ejus numerumque, sed casum quoque servet. Casus tamen servati ob flexionis inopiam exemplum manifestum esse

nequit nisi post dualem in casu obliquo positum, ut *فِي نَزْمٍ*

الْمَلِكَيْنِ اللَّذَيْنِ تَقَدَّمَ ذِكْرُهُمَا *tempore regum duorum, quo-*

rum mentio praecessit Abulf. ann. ant. p. 48, l. 154, 4

Not. T. 12. p. 273, 9. 13. Respondet huic graeca constructio, quam attractionem vocant. Cf. etiam §. 720.

716

Sed illud ante omnia tenendum est, arabicum hoc relativum ipsâ origine et compositione suâ gravissimam demonstrativi vim complecti. Hinc non nisi *definito* substantive (§. 507) postponi potest; quae lex eo usque valet, ut post indefinitum relativum hoc prorsus omittatur. Vetus quidem hic est linguae semiticae mos, ut enunciatio relativa substantivo suo etiam sine particulâ relativâ nectatur, quippe quae per se tam laxè enunciationi praecedat, ut post substantivum sine sensus dispendio abesse possit. Ita enim relationis notio appositae enunciationis habitui et nexui, puto etiam tono, post substantivum relative explicandum *suspensio*, satis inest; neque ambiguitas sermonis metuenda. Sed hic usus in hebraismo liberior et poetas plerumque distinguens, in arabismo ad certas has restricta est leges, ut *الَّذِي* post substantivum definitum non possit non poni, quo dilucidior sit in relatione sermonis continua series, omittatur vero necessario post indefinitum. Pendet igitur lex summa prorsus ab adjectivorum appositorum ratione §. 662; nam ut dicitur

الْمَلِكُ الْعَادِلُ *rex ille justus* et indefinite *مَلِكٌ عَادِلٌ* *rex qui-*

dam justus, ita in relatione appositioni simillimâ *الْمَلِكُ*

الَّذِي بِعَدْلٍ *rex qui justus est* et indefinite *مَلِكٌ بِعَدْلٍ* *rex*

qui justus est. In singulis eadem hic est enunciatorum ratio

quae omnino regnat §. 712; nam 1) verbum personale simpliciter apponitur, ut

مَلِكٌ بَعْدِلٌ *rex quidam qui justus est,*

quanquam, si adjectivum vel participium formari potest, verbum hic rarius usurpatur; sed pertinent huc haecce potissimum:

أَنَّ أَوْلَ بَيْتٍ وَضِعَ لِلنَّاسِ لِلَّذِي بِيَكَّةَ *prima domus (sacra)*

quae data est hominibus (cf. §. 532), ea est, quae

Beccae (i. q. Meccae) est. أَرْجُوا غَيْرَهُمْ قَوْمٌ ذَلَّ وَغَيَّرَ قَوْمٌ أَفْتَقَرُوا

miseremini illustris viri ex hominibus, qui vilis, et ditis,

qui egenus factus est Izzedd. av. p. 57. Quodsi adjectivum

praedicatum est, facilius id substantivo statim apponitur, ut

الرَّجُلُ الَّذِي هُوَ مَرِيضٌ *vir aegrotus* pro definito رَجُلٌ مَرِيضٌ

§. 712; at si praedicatum non adjectivo, sed substantivo vel

alio termino quodam constat, pron. pers. deesse nequit, ut

مِنْهُ أَبَاتٌ حَكَمَاتٌ هُنَّ *vir qui est in domo, viri*

quae sunt versus perspicui, qui sunt fundamentum libri Kor. — 2) si relativum objecti loco est, solum

suffixum conspicitur, ut

رَجُلٌ قَتَلُوهُ *vir (quidam) quem interfecerunt.* Suffixi autem suppressio hic paulo difficilior

est, quanquam obvia esse potest, ut in versu hoc:

فَا أَدْرِي *nec scio, mutaveritne*

eos longinquitas temporisque spatium, an opes quas acquisiverunt, pro

أَصَابُوهُ. — 3) si relativum nomini vel praepositioni subjiciendum est, suffixum semper redit, ut

رَأَيْتُ رَجُلًا مَاتَ ابْنُهُ *vidi virum cujus filius mortuus est,*

رَأَيْتُ رَجُلًا لَهُ مَالٌ كَثِيرٌ *vidi virum, cui sunt multae opes.*

Sed hic notatu dignissimum est, post nomina *temporis* durationem notantia enunciationem relativam sine omni vel relativo vel suffixo et praepositione posse adjungi; scilicet ex antiquo more praepositio cumque eâ suffixum deest, quia temporis duratio generaliter describitur, relativum الذي vero ex arabismi lege, quia definitione non opus est (cf. §. 712).

أَقَامَ رَسُولُ اللَّهِ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ بِمَكَّةَ ثَلَاثَ عَشَرَ سَنَةً بَوَّيَ الْبَيْدِ *substitit propheta dei b. Meccae 13 annos per quos oracula ei ob-*

tingebant Tab. p. 28, 7. 14. 30, 6. كَانَ بِأَيِّ الشَّهْرِ وَالشَّهْرَانِ لَا

بَوَّيْتُ فِي بَيْتٍ مِنْ بَيْتَيْ نَارٍ *veniebat mensis unus vel alter per quos in nullâ ejus domo ignis accendebatur* Elnaw. p. 70, ult.

Occurrunt quidem loca satis multa, ubi eadem haec relativi الذي suppressio post nomen articulo instructum vel per se definitum cernitur. Sed in iis laxior est junctura, aut quia articulus ad remotius quid respicit vel totum genus denotat eoque ipso demonstrativi vim remotiorem et minorem habet, ut praeter exemplum modo laudatum Eln. p. 70. 1)

مَا يَنْبَغِي لِلرَّجُلِ مِثْلِكَ *quod decet virum tui similem, ubi*

etiam لِلرَّجُلِ بِشِبْهِكَ *virum qui tibi similis est per verbum*

dici possit, كَمَثَلِ الْحِمَارِ يَحْمِلُ أَسْفَارًا *ut exemplum asini.*

qui libros portat Sur. 62, 5. cf. Izzedd. av. p. 219, 14.; aut quia sequentia e sensu auctoris ut minus gravia adjecta sunt

1) Hic articuli mensem unum alterumve *illius aetatis*, seu aetatis prophetae totius, innuunt.

describendi magis quam definiendi gratià, ut سَأَلُوا مِنَ الْغَالِبِ *interrogaverunt de praecipuo, quod ei in more fuerit* Taal. c. 67, *هو جميع أحواله جمعاً أربعة من العجايب* (liber) *est tota historia vitae ejus, quam collegerunt quatuor e discipulis ejus* Abulf. ann. ant. p. 144, l. 160, 12. Tab. p. 80, 17. 152, 6. Kos. chr. p. 116, 8; quo eodem pertinet imperfectum statum describens, ut Abulf. ann. ant. p. 20, 6. Aut denique poeta loquitur brevius, ut Ibn-Khacan ed. Weyers p. 47, 14. saepiusque in Corano, ut Sur. 4, 161. 40, 41. 47, 7. 79, 27 sqq. Nota etiam نَعِمَ الرَّاي رَأَيْتَ *euge consilium i. e. quam bonum consilium cepisti!* Tab. p. 102, 8.

Si الذي per se ab enunciationis fronte stat, proxima ⁷¹⁷ haec msc. sg. forma non ad hominem tantum, sed ad rem quoque traduci potest, ut *هو الذي قلتُ id est quod dixi, يَحْزَنُكَ الذي يَقُولُونَ* *contristat te id quod dicunt* Sur. 6, 32; in poetae verbis بِأَدْرَاكِ الَّذِي كُنْتُ طَالِبًا *assequendo id, quod quaerebam* Ham. p. 31 الذي sine accusativo pronominis ponitur; participium enim hic verbi vice est, etsi cum suffixo طَالِبَةً dici possit.

Notanda hic locutio, quà ex integrà locutione unum nomen praemisso relativo prae ceteris omnibus maximà vi ita insignitur, ut descriptioni ejus per relativam enunciationem finitae nomen ipsum proxime succedat; quod quam varie fieri possit, exemplis his a grammaticis probatur: *الَّذَانِ بَلَّغَا* *ii (ambo) qui ad Veziros epistolam*

miserunt, sunt poetae duo; رسالة الوزراء
ii ad quos poetae duo epistolam miserunt, sunt Veziri;
et التي بلغها الشعراء الوزراء رسالة *id quod poetae duo ad*
Veziros miserunt, est epistola. Omnes tres hae dictiones
بلغ الشعراء

unam variant sententiam simplicem hanc: رسالة الوزراء *miserunt poetae duo ad Veziros epistolam;*

sed in primâ emphaticâ illâ dictione poetae duo, in secundâ Veziri, in tertiâ epistola prae ceteris omnibus insignitur. Apparetque ex his, relativi praemissi genus numerumque semper e substantivo quo se referat in fine posito duci, cum ad hoc tota mens revocetur; nec nisi ubi femininum substantivi personam non denotat, masculinam ut proximam relativi formam praemittere licet. Si in enunciatione verbo carente singulum nomen insignire placet, relativo pron. personale

nectendum esse e §. 714 per se apparet, ut الذي هو مريض

is qui aeger est, est Zaid, ubi praedicatum non insignitur, sed subjectum, e simplice زيد مريض Zaid est aeger

derivatum. Sin vero notio secundaria tempus vel rationem indicans eaque e §. 561 accusativo simpliciter expressa insignienda videtur, in relativo vaga accusativi denotatio minime sufficit, quia accusativus notione tali non valet nisi insertus et subjectus enunciationi integrae. Jam vero cum nomen ejus secernatur solitarie ponendum, exacta temporis vel rationis per praepositionem aptam denotatio accedat necesse est, ut

الذي صمت فيه يوم الجمعة *is quo jejunavi, dies*

est veneris, الذي جئت له رغبة فيك *id ob quod veni, est*

اللَّهُ *qui fortem tuetur, deus est*; verbumque aut ad eandem personam vel rem pertinet, quam vox relativa insignit, ut الملوك المومنون *reges qui credunt*; aut ad aliud subjectum enunciationem relativam regens, ut ويل للغاسية قلوبهم *vaeh iis, quorum corda dura sunt*. Videndum jam est de ultimâ hac ratione paulum difficiliori.

Verbum enim, etsi ad subjectum diversum pertinens, articulo accedente in participium et casum abire cogitur, ut tamen articulus relativi instar ad totam enunciationem pertineat et post participium pronomine personali e §. 712 sqq. complendus sit; apparetque facile, participii casum e nexu enunciationis universo, genus vero numerumque e sequenti

subjecto pendere; v. c. عسقلان المتقدم ذكرها *Askalon* (urbs), *cujus mentio praecessit*, breviter pro his: التي

الملك المتقدم ذكرهم; تقدم *reges quorum mentio praecessit*, pro الذين تقدم, et sic porro. Quodsi relativum de

msc. sg. agit, ut subjecto suffixum proximum * subjiciendum sit, omisso hoc facilius articulus subjecto accedit; est enim articulo, qui subjectum comitari amat, per se vis definiendi

insita, v. c. المتقدم الذكر i. q. *is cujus mentio praecessit*. Praeter proximum autem hoc genus proximumque numerum idem, ne ambigui quid oriatur, haud aequè frequenter occurrit. — Emphasis §. 717 hic eodem modo exprimi potest. Licetque adeo subjectum praeponere, ut e

verbo finito in enunciatione زيد ضرب جاريتها *Zaidus verberavit ancillam suam* emphatica fiat dictio زيد الضاربها

هو جاريتها *Zaid quam verberavit, ancilla ejus est, et similia*.

Si verbum ita comparatum est, ut passivum personale formari nequeat vel si in verbo subjectum disertum tacere placet, passivum neutrum, ex §. 547. 660 ortum jam non minori jure in participium abit, ut ^{مَغْشِي عَلَيْهِ} *is quem animus defecit* e locutione ^{غَشِي عَلَيْهِ} §. 660 descripta; ^{لَهُ بِالْمَلِكِ} *is cui regnum mandatum est*, ^{وَالْمَلُوكِ الْمُرْمُوزِ عَلَيْهِمْ} *reges, in quos aenigmatice dictum est*, ^{وَالْكَتَبَةِ الْحَاجُوجِ إِلَيْهَا} *ecclesia ad quam invisendam concurritur*, ^{وَالْمَوْضِعِ الْخُرُوجِ مِنْهُ} *locus, unde exitur vel exeunt homines*, ^{وَالْمَوْلُودِ لَهُ} *is cui genitum est*, quae est dictio maxime vaga et generalis ad patrem, cui infans vel infantes nati sunt, describendum; et alia ejus generis innumera. Tenendum id genus locutionum e deliciis arabismi esse. Potest et alia enunciatio praecedere, ut ^{كُلِّ فِئَةٍ وَمَضْبَيْ عَلَيْهِ} *quivis perfuga et quem angustiae premebant* Tab. p. 118, 4 (proprie et super quo arctatum erat, angustiae erant), ^{كَانَ الْمَشْهُورِ بِتِلْكَ النَّاحِيَةِ وَالْمَشَارِ الْيَدِ بِعِلْمِ التَّنْجِيمِ} *erat is clarissimus in illa regione isque in quem digitis tendebant* i. e. celeberrimus in astronomia, et negatione ^{غَيْرِ} e §. 694 simul praepositâ: ^{أَهْدِنَا صِرَاطَ الَّذِينَ أَنْعَمْتَ عَلَيْهِمْ غَيْرِ الْمَغْضُوبِ عَلَيْهِمْ وَلَا الضَّالِّينَ} *doce nos viam eorum, quibus beneficia contulisti, quibus haud succensetur quique haud errant* Sur. 1, 5-7, ubi genitivi ^{غَيْرِ} et ^{ضَالِّينَ} ex statu constructo ^{صِرَاطِ} continuato pendet.

719 Ut autem الذي post nomen indefinitum supprimi §. 715 vidimus, ita articulus hic eadem ratione omittitur, sive praecedat nomen indefinitum, sive, quod jam novum accedit, participium sensu indefiniti substantivi per se ponatur; participium enim ut nomen substantivi jure per se stare potest.

Ita: ^{كَنِيسَةً} ^{مُحَجَّجًا} ^{أَلْبَاهَا} ecclesia quaedam, ad quam concurritur, ^{مَوْلُودٌ} ^{لَهُ} homo quis, cui genitum est i. e. pater factus ¹⁾.

720 Cum jam الذي substantivo praecedenti intime per appositionem jungi §. 715 notatum sit, multo magis eadem appositio in participio exspectatur. Igitur participium simplex

semper eundem casum continuat, ut ^{مِنَ الْقَرِيبَةِ} ^{الظَّالِمِ} ^{أَهْلِهَا}

ex urbe, cujus populus injustus est Sur. 4, 73, ^{بِالْمَوْضِعِ}

كَانَ مَسْجِدًا مُحَجَّجًا, in loco, unde exitur, ^{مِنْهُ} ^{الْمَخْرُجِ} ^{مِنْهُ}

^{الْبَيْدِ} ^{فِي} ^{الْجَاهِلِيَّةِ} erat id templum aliquod, ad quod concurrebatur tempore paganismi. Si relativa enunciatio sub-

jecto novo constat, id quidem nominativo suo utitur ex §. 667 praedicato postponendum, sed participium praemissum cum ob relativi juncturam arctius jungendum sit, vel sic casum prioris substantivi continuat (cf. simile quid §. 560), ut

^{قُلْتُ} ^{لِامْرَأَةٍ} ^{مَقْتُولِ} ^{أَبُوهَا} dixi feminae, cujus pater interfectus erat.

Ultima haec structurae lex non de participio tantum valet, sed de quovis adjectivo in enunciatione relativa,

1) pro مولود لها i. e. mater e novâ formatione contractius dicitur in rhythmo finali مولودة Izzedd. av. p. 102, 6, quasi مولود per se jam patrem notare possit.

quae peculiari subjecto nititur, ut **صَفَّ كِتَابًا سَاطِعًا** *composuit librum, cujus sensus est lucidus, demonstratio acris, لَزِيدِ الْحَسَنِ وَجْهٍ *Zaido, cujus facies pulcra est, لِسَائِلَةٍ عَنَّا خَفِي سَوَالِهَا* *feminae interroganti de nobis, cujus interrogatio obscura est* Ham. p. 80. **أَمْبِلُ بِكُمْ إِلَى تَيْمِ مِنَ الْعَرَبِ كَثِيرٍ عَدَدُهُمْ شَدِيدَةٌ شَوْكَتُهُمْ** *conducam vos ad tribum quandam Arabum, cujus numerus magnus, robur insigne* Tab. p. 102, 6. Nec minus apparet, praedicatum ex §. 681 in msc. sg. diverso numero generique praecedere posse, quod tamen, nisi msc. sg. praecedat, vix tolerari potest, ut **شَرَابٌ مُخْتَلَفٌ الْوَانِدُ** *potus, cujus colores diversi sunt* Sur. 16, 69.*

Sed in juncturâ praedicati et subjecti relativâ haud una 721 est dicendi ratio. Nam primum suffixi loco subjectum articulo insigniri potest, qui vim definitionis non minorem suggerit (cf. §. 504. 718): nulloque sensus discrimine dicitur **الرَّجُلُ حَسَنٌ الْوَجْهَ** *et حَسَنٌ الْوَجْهَ* cum nomine definito **الرَّجُلُ حَسَنٌ** *vir cujus facies pulcra.* Cumque articulus poetis paulo rarius sit, poetice adeo subjectum in hisce locutionibus sine articulo effari licet, etsi id ut innovatum rarius sit, **رَجُلٌ حَسَنٌ وَجْهٌ** *genit. رَجُلٌ حَسَنٌ وَجْهٌ*; sed post definitivum nomen adjectivum ex §. 662 ut ubique, ita et hic articulo carere nequit, ut dicendum sit **الرَّجُلُ الْحَسَنُ وَجْهٌ**. Deinde vero missâ relativæ enunciationis per se stantis formâ substantivum posterius adjectivo subjungi potest, aut arctius status constructi ope ex §. 525, aut laxiori accusativi nexu

ex §. 545. Genitivi junctura inter has propior est et frequentior, praesertim si substantivum postremum articulo praeditum est, ut

رجل حسن الوجه ^{د د - - د ص} *vir pulcher faciei*, quam ad notionem indefiniti acuendam bene etiam et ex arabismi indole aptissime sine articulo

رجل حسن وجه ^{د د - - د} *dicatur*;

at cum nomine definito necessario iterum dicendum est

الرجل الحسن الوجه ^{د ص - - د ص}, ut articulus ne in postremo quidem substantivo omitti possit. Accusativi subjunctio facillima est, si

substantivum postremum sine articulo ponitur, ut رجل حسن ^{د د - - د}

الرجل الحسن وجه ^{د د - - د}; nec minus in definitâ oratione ^{د د - - د} *potest quidem et articulus accusativo addi, sed vix id toleratur, si de nomine indefinito agitur, bene contra, si de definito. Articuli vice accusativo et suffixum subiici potest, idque facilius fertur, si de definito nomine agitur, ut*

الرجل الحسن وجه ^{د د - - د} *vir pulcher faciem suam* Tab. p. 44, 13; minus bene

رجل حسن وجه ^{د د - - د}. Idem vero suffixum articuli vice genitivo haud facile accedit, cum genitivi junctura arctissima sit eoque suffixo hoc melius careat; vix dicitur unquam

رجل حسن ^د

وجه ^د, cum definito nomine prorsus dici nequit. — Ceterum

participium quoque ita struere licet, ut v. c. pro رجل مقتول ^{د د - - د}

رجل مقتول ابا ^{د د - - د} *vir cujus pater interfectus est* dicatur

vel رجل مقتول اب ^{د د - - د}. Omniaque haec facile patet redire, si

subjectum enunciationis relativae, quod cogitare ita licet, pluribus substantivis constat statu constructo junctis.

Denique ut relativum in appositione *descriptorid* omitti posse §. 716 dictum est, ita articulus post definitum nomen

هو الذي انشا... الزرع : Sur. 6, 141 : *is est qui produxit — segetem varii coloris, oleam malaque punica similia et dissimilia* ¹).

Cum vero participium ita vi saltem suà relativi notionem 722 complectatur, alia enunciatio ei ita annecti potest, ut ante verbum finitum, in quam ut proximam verbi formam oratio jam relabitur, relativum non repetatur, ut *مرتد او كاد ان يرتد* *deficiens* i. q. *qui defecit vel in eo erat ut deficeret* Tab. p. 14, 9 sq. 220, 7. *ان المتصدقين والمتصدقات واقترضوا الله* *largiti* (i. q. *qui largiti sunt*) *viri feminaeque et (qui) deo pulcrum fenus crediderunt* Sur. 57, 17. cf. 6, 97 ex var. lect. 67, 19. 77, 47 sq. 100, 3-5 et post adjectivum similiter 77, 31. 90, 13-17. (sed وهو 77, 31 ex §. 730 explicandum est). Maxime autem pronum hoc est negatione *y*, intercedente, cum *y* nisi verbo finito jungi nequeat, ut *qui merentur id (beneficium) neque abjiciunt* Lokm. f. 18. — Infinitivus similiter in verbum finitum abire potest; sed id in hebraismo ²) frequentius, in arabismo satis rarum est, ut *بعد ايمانهم وشهدوا* *postquam crediderunt et testati sunt* Sur. 3, 85; infinitivus enim ex solà praepositione pendet ut etiam dici potuerit *بعد ان امنوا*. Ibn-Khac. p. 39, 5. Contra etiam infinitivus e nexu universo idoneus post verbum finitum ob causam quandam introductum redire

1) In Korano mira nonnunquam est fluctuatio inter enunciationem relativam et accusativum *descriptorium* (§. 557), ut Sur. 5, 54.

2) v. id expositum in gr. hebr. §. ult. De constructione mutata loqui nefas est.

potest, ut: *jussit vos deus* ^{عَلَّمَ} ^{وَسَبَّحُوا} ^{بِهِ} ^{شَيْئًا} *ne quid ei*
associetis (ubi negatio verbum finitum postulat) ^{وَيَا} ^{الْوَالِدِينَ}
et parentibus benefacere, tum sequitur ^{وَلَا} ^{تَقْتُلُوا}
neve interficite, dum oratio indirecta in directam abit, et
denique imperativus negatione absente Sur. 6, 151 sq.

- 723^a In descriptione rei longiore facile accidit, ut post pau-
sam quandam oratio denuo recenti vi assurgat novoque im-
petu pergat; unde fit, ut, licet casus obliquus praecedat, in
eàdem re describendà jam nominativus sequi possit. Conti-
nuatur quidem descriptio, sed ita ut quae sequatur nova et
longa descriptio, potius per se stare nitatur. Saepe id in
poetis et Korano accidit a novi versus initio, ut: ^{وَادْعُوا}
^{رَفِيعَ} ^{الدَّرَجَاتِ} — ^{اللَّهِ} *invocate igitur deum ... altus gra-*
duum i. q. qui est altus Sur. 40, 16. 44, 7 (ubi variant
lectiones). 73, 8; post ^{لِيَوْمِ} *diei* similiter sequitur accusativus
temporis ^{يَوْمِ}, qui illum diem laxius describat Sur. 83, 5 sq.
Nonnulli grammatici multo etiam majore licentià appositionem
nominis definiti cujusvis secerni posse putant, v. Sac. anth.
not. p. 53 sq. Exempla hujus appositionis laxioris invenias
(si lectio, de quo non dubitandum videtur, vera est) Abulf.
ann. ant. p. 160, 9. 11: ^{هُوَ} ^{مِنْ} ^{أَنْبِيَاءِ} ^{بَنِي} ^{إِسْرَائِيلَ} ^{الْمَتَعَبِدِينَ}
est is ex prophetis Israelitarum qui religiose colunt etc.

- 723^b 3. ^{مَنْ} *quis* et ^{مَا} *quid* relative dicta semper per se ab
enunciationis relativae initio substantivorum loco sunt nec
unum certum ponunt, sed sensu magis vago dicuntur, scilicet

ut loquens singulum, de quo loquatur, quisnam vel quidnam sit, se nescire vel non curare fateatur. Tam autem perspicua et singularis est notionis relativae ratio, ut voces hae relativo sensu dictae cum interrogativis §. 705 confundi nequeant; nam tono semper, plerumque etiam structurâ relativum satis differt ¹⁾. Raro ماذا sicut in interrogatione manet Sur. 10, 100.

أي ex §. 707 indefiniti notionem vel majorem tenet quam ما et من, ut per se jam latino *quicumque* respondeat. Hinc et componitur أي quicumque, أي quidcumque; posterius hoc haud raro sejungitur, ut tenue ما per se ponatur, ut أي ما تدعوا فله الاسماء الحسنی *quocumque nomine eum vocatis, ejus (dei) sunt nomina pulcerrima*, substantivo vero في أي صورة ما شاء ربك *in quacumque formâ voluit deus, te formavit* Sur. 82, 8. Diversum autem est, si ما cum أي ut praedicato compositum rationis notionem adjungit, ut الرجل أي الرجل *vir, qualiscumque vir est* Ham. Tebr. p. 336. أي أيما حال *qualiscumque est conditio* Sac. anth. not. p. 202 vers. ult.

Quatenus أي relativi vice est, eandem quam omnes voces relativae structuram subit: sequitur igitur e legitus supra descriptis pronomen personale, ut أي هو أفضل *quicumque est praestantior*, أي دعاني إليه *ad quemcumque me in-*

1) ضربت فيهن رغبته *verberavi eum quem desiderasti pro*

ضربت من رغبته dictum ut singulare quid profert Kamus p. 1932, 1.

Est enim ex interrogativâ potius ratione dictum.

vitavit. Sed cum flexio in eo ubique perfectissima exprimi queat, nominativus et accusativus ex eo saepius sine illo ponuntur, praesertim si **اي** non nude ponitur, sed cum genitivo quodam, ut **افضل ابيهم** ^{عبدون} *quicumque eorum praestantior est*.

Quodsi enunciatio relativa e verbo vel nomine et praepositione praeviã (cf. §. 717) pendet, casus obliquus in hoc **اي** bene exprimi potest, quod in reliquis relativis vocibus haud ita licet: sed simul vox, etsi in casu obliquo pronuntiata, consuetã relatiui ratione cum sequentibus cohaeret, ut et nominativi loco e sensu esse possit. Idemque prorsus obtinet,

si **اي** interrogativo sensu dicitur. V. c. **اعرفني بـاي هو افضل** ^{د ع ب د} *certiorem me fac de eo, qui est praestantior, vel بـاي —*

قالوا *de omnibus qui dixerunt etc.* Si tamen **اي** nomini in statu constructo junctum enunciationem simplicis subjecti loco orditur, firmiter per se ita stat, ut enunciationis relativae nexus cum priori e solo sensu dilucidus sit, ut **اختلفوا** ^{د ب د}

سلم علي ^{د ع ب د} *disceptant de eo, uter primus fuerit, في ابيها اسبق*

افضل ^{د ع ب د} *saluta omnem quicumque praestantior est, ubi*

etiam **علي ابيهم هو** ^{د ع ب د} dici potuit. Interim in his quoque nominativus non ubique apparet, velut Sur. 68, 7, cf. sententias varias grammaticorum arabum in Sac. anth. not. p. 210.

ابها, fem. **ابتها** ^{د ع ب د} vocativum introducere, v. §. 349. Breviter nunc adde, poetas etiam interdum **ذا** inserere, ut **ابها ذا** ^{د ع ب د} *o qui hinc latras* Ham. p. 291.

De alio ejus usu adverbiali v. §. 664.

II. Conjunctio relativa, quâ integra enunciatio alio refe-

724

ratur, est ^{أَن} §. 484 et nonnunquam ما §. 485 1). Hic non nisi hoc docendum, quam variâ ratione conjunctio haec theses jungat. Jungit autem eas

1) ita, ut ab integrâ enunciatione pendeat vel eam com-

pleat, ubi raro praecedit relativa dicitio, ut ^{أَن تَفْعَلْ هَذَا خَيْرٌ لَّكَ}
ut facias hoc, conducit tibi, saepius sequitur ex cogitationum serie justâ, quae est ratio arabismi indoli omnino aptior. Notio autem conjunctionis, quae e nexu pendeat, varia est. Potest enim ^{أَن} vinculo quam maxime laxo inseri, ut sermonem, quem e prioribus expectes, suavi facillique transitu introducat; quâ ratione prorsus per se ponitur et vel imperativo praeponi potest, ut ^{مَنْ مَبْلَغٌ مِّنِّي حَبِيبِي رِسَالَةٌ أُن}

^{كُومًا} *quis a me ad amicos nuncium perferet: surgite* etc. Ham. p. 186, cf. §. 484. Si contra ^{أَن} arctius cum enunciatione suâ cohaeret, aut simpliciter enunciationem ut relativam jungit, ut verbum, si quod sequitur, in indicativo ponatur, ut ^{أَشْهَدُ بِأَنَا مُسْلِمُونَ} *testare, nos esse Pios*, ما

^{أَعْدُوتُ أُن فَعَلْتُ هَذَا} *non moratus sum ut facerem i. e. sine morâ feci hoc*, ^{لَمْ يَتِمَّا لَكَ أُن فَحَكَ} *haud se continuit quin*

^{أَن خَرَجَ} *rideret, ubi secus ac Latini dicunt, ^{أَن} simplicissimum est orationis vinculum; aut*

1) In formulâ juramenti ^{بِذِي تَسَلَّمَ} proprie: *per quod salvus eris*

i. q. per salutem tuam, ^{ذِي} gen. ذِي, quod proprie demonstrativum est, relativo sensu dicitur, ita tamen ut ذِي non simplex sit

particula ^{أَن}, sed neutro ما similis, id inducens, quo quis se salvum fieri posse putat.

consilii simul vel sensus subjectivi notionem includit, ut modus naçbatus ex §. 624 sq. sequatur. Verba timendi, cum suspicionem metui junctam exprimant, verborum putandi similia ut Germanis junguntur, v. c.

قد خفت أن لا ينزل المطر ^{ق د خ ف ت ا ن لا ي ن ز ل الم ط ر} ubi Latini ex alio sensu sine negatione dicunt: *timeo, ut descendat pluvia*, et contrarium ^{ا ن} *timuit ne* — Sur.

5, 117; similiter ^{لا يومن أن يفعل} *non fides ei habetur i. e.*

ab eo timeri potest *ne faciat* Sac. anth. p. 129, 4. ^{أؤتمتم}

^{أن برسسل} *securine estis ne mittat* Sur. 67, 17. 18. Impediendi contra et cavendi verba consentaneum est simplici ^{ا ن}

exponi, ut infinitivo in germanicis linguis, v. c. ^{منعهم أن}

ubi Latini rursus ex alio sensu dicunt *impedivit eos ne dicerent*, ^{حذر أن} *cavere ne* Sur. 5, 57. Similiter vero

dicitur ^{جعلنا على قلوبكم أجنه أن تفقهوه} *imposuimus animis vestrum vela i. e. impedimenta, ne intelligatis id* Sur.

6, 24. 18, 58. Unde fit, ut, cum *cavendi* et *impediendi* notio ex sermonis nexu dilucida non ubique diserte memoretur, ^{ا ن} haud raro per se idem sit quod latinum *ne*; poteris-

que locos hos omnes eo satis facile dignoscere, quod ^{ا ن}

ex verbo quodam omisso *cogitandi* ideoque etiam, ut e nexu patet, *cavendi* et *impediendi* pendere intelligis. Saepe

id a verbo quodam amovendi, abscondendi, obliviscendi, fugiendi etc. praecedente per se sequitur, ut ^{اجنبني وبني أن}

^{تجد الاصنام} *amove me et filios meos (impediens ita) ne colam idola* Sur. 14, 34. cll. 18, 65. 41, 22. 44, 20. Ham. p. 48., vel ubi alià ratione notio illa facile nexui inest, ut

تَتْرَكَ اللهُ اللهُ أَنْ تَتْرَكَ *deumi deum!* i. e. *cave tibi a deo* (cf. §.

708) *ne relinquant* ¹⁾ Henz. fr. p. 30, 1, sequente *بَلْ* *sed*

cum imperativo; nec tamen id necessarium, ut *أَنْ جَاءَكُمْ*

فَاسْفُ بِنَبَأٍ قَتَبْتَنُوا أَنْ تُصِيبُوا قَوْمًا بِجَهَالَةٍ فَتُصْحَبُوا عَلَيَّ مَا

فَعَلْتُمْ نَادِمِينَ *si vobis fraudulentus prophetiam attulerit,*

bene distinguite, (caventes) ne populo ignorantid noceatis ipsosque vos factorum poeniteat Sur. 49, 2. 6. 4, 175.

5, 22. 6, 156. 7, 173. 9, 46 etc. *لَا تَتَّبِعُوا الْهَوَى أَنْ تَعْدِلُوا*

ne sequamini libidinem, caventes ne exorbitetis Sur. 4, 134.

Sed si enunciatio, in quâ *أَنْ* ullâ ratione ita ponitur, ut ne-

gationem saltem e loquentis *sensu* inferat, paulo laxius porro

per copulam continuatur, semper *لَا*, *neque* deinceps substi-

tuitur, jam enim vis illa magis cessat et negatio, quae

sensui inest, voce etiam exprimenda est, ut Sur. 41, 22. —

Similia sermonis continuandi sustentacula alias quoque repe-

riuntur. Nec tantum *أَنْ مَنَعَ* *impedivit ne dicitur, sed licet*

etiam negationem iterum urgendo *أَلَّا مَنَعَ* vel *أَنْ لَا* — dicere,

quod magis laxius quam fortius sonat; cf. Sur. 7, 11. Simi-

liter laxius *لَا خَافَ أَنْ لَا* *timuit ne*, ubi negatio plerumque

deest.

2) Alterum est, ut *أَنْ* enunciationem integram ad unam singulam vocem referat, quae cum per se enunciationi inte-

1) Pro *أَنْ* sequitur *مِنْ* cum infinitivo, quod post notionem *cavendi* bene fertur, Arabs. Fâk. p. 42, 21.

grae jungi nequeat, voce illà relativà ut vinculo utitur. Est autem vox ejusmodi singula plerumque praepositio, ut ^{بَيْنَ} ^{أَنْ} ^{بَيْنَ} ^{أَنْ} interea quod i. q. *dum*; ^{مِنْ} ^{أَنْ} quod rarius componitur, Tab. p. 150, 9. 228, 5; ^{مِنْ} ^{بَعْدَ} ^{مَا} ^{مِنْ} ^{بَعْدَ} ^{مَا} *postquam* Sur. 3, 19. 105, ubi ^{مَا} in Korano vides pro ^{أَنْ}, et alia plurima §. 484. 1). A nomine raro ^{أَنْ} pendere potest, uti fit in hocce infinitivi exemplo: ^{أَرَادَ} ^{أُظْهِرَ} ^{أَنَّهُمْ} ^{مَاتُوا} *voluit manifestare, eos mortuos esse, et: ^{وَ} ^{قَدْ} ^{أَنْ} ^{أَسْتَتَرَ} *tempore quo sese abscondidit, de quo v. praeterea §. 522. Frequenter vero post adverbia quaedam ^{أَنْ} ponendum, ut ^{أَنْ} ^{أَلَا} ^{أَنْ} nisi ut §. 737, ^{أَنْ} ^{لَمَّا} *ut ne* §. 626, ^{أَنْ} ^{أَمَّا} ^{أَنْ} sive ut §. 775; ^{أَنْ} ^{كَمَا} ^{أَنْ} ante nomina pro ^{أَنْ} ^{كَمَا} *quemadmodum*, quod ante verba ponitur (cf. Tebr. Ham. p. 550, 5 a f. schol. ad Taraf. v. 71); nonnunquam ita, ut diductior dicendi ratio rarius obvia sit, ut ^{أَنْ} ^{لَمَّا} ^{أَنْ} *quum* Ham. p. 146. Izzedd. av. p. 111, 12. Tab. p. 34, 15. 104, 11. Denique ^{أَنْ} semper inseritur ante interrogationem ab enunciatione priori pendentem, si ea a voce flexionis ex parte orditur, ut a ^{أَنْ} ^{هَلْ} Elnav. p. 92, 1. Not. T. 12. p. 394, 4.**

1) Interim pro ^{أَنْ} ^{كَأَنَّ} ^{كَأَنَّ} ^{كَأَنَّ} *quia erat* seriores saepissime brevius dicunt

^{كَأَنَّ} ^{كَأَنَّ} ^{كَأَنَّ} ^{كَأَنَّ} *quia dicebat* Abulf. ann. ant. p. 68, 17. 98, 16. 110, 20. 130, 4 sq. Alia

ex usu antiquiore pendent, ut ^{مِنْ} ^{مِنْ} ^{مِنْ} ^{مِنْ} *causam* notans nunquam cum ^{أَنْ} et verbo finito, sed semper cum infinitivo brevius ponitur.

Ham. p. 98, 27 sq. Sac. anth. not. p. 193. Izzedd. av. p. 81, ult. Abulf. ann. ant. p. 28, 1. Notabilis haec est suo in genere arabismi volubilitas ¹⁾. Deinde ubi post verba dicendi persona subjecti in oratione directâ mutanda esset, eadem servari potest, quo arctior sit sermonis nexus, quanquam signum orationis obliquae praeterea nullum adest, ut **قَالَ أَنْكَ**

نَارَاتِي حَدَّثَنِي أَنَّهُ سَمِعَ *dic te esse amicum meum*, **صَدِيقِي** *narravit*

نَادِي ... **مَنْ أَنَا** relativo **أَنْ** *mihi se audisse etc.*, et sine **أَنْ** relativo **أَنْ**

— **بِرَأْسِ أَخِيهِ فَلَهُ** *edixit ... qui ipsi fratris sui caput*

attulerit, ei fore praemium etc. Abulf. ann. ant. p. 144, 15.

Quanquam in longiore expositione facile et nonnunquam ob sensum perspicuum necessario oratio directa redit, ut Wakedi Mesop. p. 5, 16. Aeg. p. 113, 4. 5. 116, 17 sq. Arabs. Fâk. p. 27, 7-9. Elnav. p. 76 sq. In mandati vero dati descriptione uberiore, quaecunque agenda sint, futuro tempore modisque verbi huic idoneis simpliciter *describi* possunt;

verbum primo loco positum, si statim post **أَمْرَهُ** *jussit eum* sequitur, per **أَنْ** *ut* jungendum est; sed si quid praeterea intercedit jussum exponens, verbum deinde vel sine **أَنْ** *sac-*

cedit, ut **أَمْرَهُ بِجَنُودِهِمْ ... بِجَلْبِهِمْ ثُمَّ بِمِضْيِهِ ... فَإِذَا قَرَعَ**

سَارَ *jussit eum de agminibus eorum ... eos captivos ducere, deinde pergere ... et cum rem confecisset, proficisci ad alios etc.* Tab. p. 90, 12 sqq. 94, 10-95, 1 sqq.

Notanda haec longa mandati descriptio ita adornata, ut ad

1) Differt ab hoc, si quando post verbum dicendi oratio statim recta

inducitur, omisso **أَنْ**. Ubi nota, orationem ab **أَنْ** *en* exordien-

tem semper directe proferendam esse haud praeposito **أَنْ**, ut Sar. 63, 1. 6, 32. 10, 29.

graecam orationem obliquam proxime accedat; nihil enim ad hanc nisi modus verbi singularis seu optativus deest.

2. De enunciationibus copulativis.

Copulas linguae esse duas constat (§. 478), uno ex fonte ⁷²⁶ ortas, sed discrimine satis magno diremtas, و et ف; possuntque iis et singulae voces et sententiae universae copulari. Est enim et hoc e simplicitate linguae hujus, ut quaecunque liceat, simplici copulâ nectantur; quam simplicitatem arabismus ornavit, non sustulit. ف e notione suâ sententias multo saepius nectit quam nomina singula: et si quando singula connectit nomina, semper e notione suâ consequentiam simul temporis seu plures res certo ordine vel tempore sese excipientes notat, ut

فالاقترب الاقرب فالاقرب ^{صواعق و صواعق و} *proximus et deinceps proximus* et sic porro, فالاول الاول ^{صواعق و صواعق و} *primus et qui deinceps primus* etc., فوساعة ساعة فوساعة ^{و و} *horis continuis, فويوماً يوماً فويوماً* *quotidie* Arabs.

Fâk. p. 34, 1, فاشباً فاشباً ^{و و} adverbii instar *rem* (aliquid) et *rem* i. e. paulatim Sac. anth. 125, 1. not. p. 447, 12, inque similibus locutionibus, ut فاضرب سوطاً فاضرباً ^{و و} *ictu flagelli et* deinde *quod minus* etiam eo Tab. p. 42, 19. 142, 18. فبعوضة ^{و و} *muscam et deinceps quod. eâ nobilius* Sur. 2, 26.; ante nomina locorum ف exprimit loca deinceps serie continuâ sita vel peragrata, ut Ham. p. 79, v. 2. Umrukeisi M. v. 1. Lebid. v. 1.; nec desunt alia exempla, poetica praesertim, ut Ibn-Khac. p. 22, 6. 12.

Cum simplex per copulam nexus regnet, ea quoque, ⁷²⁷ quae ut minus gravia latine saepe praepositione *cum* subjunguntur, per و connectuntur, ut جاء الملك وعبادة ^{و و} *venit rex*

tionis initio praepositio haud repetitur, si nomen similiter collocatum praecessit Sur. 4, 159-60. Baidhavi in Henz. fr. p. 140, 1. Si tamen ab initio praepositio suffixo tantum debili juncta erat, eam repetere praestat, quo firmior sit nexus, ut ^علِي وَلَا خِيَمِهِ *mili fratrique ejus*, ^{وَمِنْ كَلِمِهِمْ} *ex eo omnibusque iis*; nec nisi rarissime in prosa oratione praepositio haud redit, in poetica paulo frequentius, ut فَتَدَّ خَابٌ *jam perit qui torretur in eo* (sc. bello) *flammaeque ejus*. Ante novum vero suffixum praepositio ubivis repetenda est, ut ^{وَبَيْنَهُمْ} *eum inter et illos*.

Si contra idem genitivus ad plura nomina copulata nexa pertinet, cum nomen in statu constr. per se poni nequeat, priori statim genitivus addendus est, isque in posteriori repetendus vel suffixo suo resumendus, ut ^{بَنُو الْمَلِكِ وَبَنَاتُهُ} *filiis filiaeque regis*. Interim saepe jam brevior pro eà invaluit dicendi ratio, ut v. c. dicatur: ^{أَهْلَكَ لَهُمُ الْخَوَاصُّ وَالْعَامُّ} *perdidit et principes et plebem eorum* (v. de ل §. 598 sqq.) pro ^{وَعَامَهُمْ} *خواصهم وعامهم*.

In negativâ enunciatione pro ^و semper ^{وَلَا} distinctius repetitur, ut ^{لَمْ يَبْقَ أَبِي وَلَا أُمِّي} *non superstes est pater matris meae*; potestque negativi vis vel urgeri ita, ut in priori jam negatio repetatur, velut ^{لَمْ يَبْقَ لِي لَا أَبِي وَلَا أُمِّي}, et ^{مَا خَلَقَ اللَّهُ مِنْ خَلْقِهِ لَا أَعْظَمَ وَلَا أَكْرَمَ — مِنْ مُحَمَّدٍ} *non creavit deus e creaturis suis nec majorem nec nobiliorum — Muhammede Wakidi Mesopot. p. 6, 18.*

mus, ego et tu pronomina postposita singula explicationis potius causâ apposita putanda sunt.

Si subjectum plura verba praecedunt, rursus haud necesse est in iis genus ejus numerusque exactus exprimatur; potest enim ex §. 681 in iis msc. sg. sufficere, etsi id bis consulto repetitum haud multum placeat; plerumque contra

in altero genus numerusque notatur, ut ^{وَأَعْتَدْنَا} ^{بِعَبِيٍّ} ^{عَبْدَاكَ} *insolentes violentique fuere duo servi tui*, vel prius statim exactius definitur, ut alterum in proximâ formâ maneat, ut ^{بِعَبِيٍّ} ^{وَأَعْتَدِي} ^{عَبْدَاكَ}.

Cogitari et hoc potest, unum idemque nomen in enunciationibus duabus copulâ nexis eodemque praedicato utentibus prius subjecti, deinde objecti loco esse et vice versâ: quâ de re grammatici indigenae ex linguae familiaris, in quâ fere solâ id obvium est, usu multa disputaverunt. Summa huc redit. Nomen id, quo firmius duas enunciationes colligat, in fine ita ponitur, ut ne suffixo quidem in priori opus sit. Praeferturque in fine nominativus, ut accusativus objecti ad alterutrum verbum complendum facile suppleatur, ut

^{وَضَرَبْتُ} ^{الزَّيْدَانَ} ^{ضَرْبِي} *verberarunt me et verberavi ego*

Zaidos duos, ^{مَرَرْتُ} ^{وَمَرَّيِي} ^{زَيْدًا}; fertur tamen etiam accu-

sativus, ut ^{وَضَرَبْتُ} ^{الزَّيْدِينَ} ^{ضَرْبُونِي}; nec suffixi complemen-

tum in priori prorsus vituperatur, ut ^{وَضَرَبْتُهُ} ^{وَضَرَبْتِي} ^{زَيْدًا}.

Quodsi objectum remotius ita duabus enunciationibus commune intercedit, uti accusativus verbi ^{كَانَ} *similiumque et accusativus remotior verborum putandi, faciendi etc., ob-*

jectum hoc eodem modo in fine collocatur, v. c. ^{كُنْتُ} ^{وَكَانَ}

^{ظَنِّي} ^{وَظَنَنْتُ} ^{زَيْدًا} *fui fuitque Zaid similiter aeger*; ^{مَرِيضًا}

زَيْدًا مَرِيضًا *putavit me putavique Zaidum aegrum esse,*
etc.

Si verbo cuidam subjuncto novum annectitur, cum copulà negatio verbo regenti ab initio praeposita repeti solet; haec enim est totius arabismi indoles, ut nexum et compages

sermonis paulo sit laxior, ut مَا امْكِنِّي اَنْ اَعْمَلَ شَيْئًا وَلَا اَقْطَعَ *non possum agere quid et decernere* Arabs. Fàk. p.

امْرًا *non possum agere quid et decernere* Arabs. Fàk. p.
10, 9. لَمْ تَكُنْ تَسْتَقِرُّ وَلَا تَقْوَانِي *non erat quiescens et cunctans* Lokm. f. 20.

729

Ut usus copulae maxime varius et frequens, ita notio ejus summa ubique eadem est, quanquam nonnullae notionis varietates externo etiam linguae cultu distinctae sunt. Igitur primum et verba singula et integrae enunciationes simplici hoc nexu sese excipiunt, ubi nostrae linguae subjunctionem potius amant. Ita in oratione vulgari رَكَعَ فَاطَالَ *inclinavit se et prolongavit* i. q. diu inclinavit se, pro quo

etiam dicitur per subjunctionem اِطَالَ الرَّكُوعَ *Kos. chr. p. 119, 8 cll. v. 12. 13. p. 146, 13.* Culta lingua nomen nomini e sensu potius subjunctum quam annexum accusativo ¹⁾, et imperfectum alii enunciationi similiter nexum naçbato effert §. 564. 628. Deinde copula neque ab *adversativa* nostrà enunciatione aliena est: nec tamen unquam copula per se adversativum notat, sed adversativi notio e solo totius enunciationum nexum sensu apparet, collocatione simul verborum, ubi variari potest, ita instructà, ut vox, cui vis et oppositio insit, fortiter praemittatur, §. 672. Saepe quidem Marraccius و *sed* convertit, ut Sur. 62, 7. 11. 64, 7. 70. 6. 7: sed tu

1) Quam parum tamen Korani lectores sibi semper consteat, monstrant variae lectiones, v. c. ad Sur. 10, 28.

vim oppositionis nunquam copulae huic simplici inesse videbis.

Prae ceteris hic notanda venit enunciationis *statum* describentis subnexio. Quae enim enunciationes actionis vel rei conditionem et statum depingentes nostris in linguis antiquis casibus obliquis vel aliâ ratione idoneâ subjunguntur, eae in semiticis haud mutatae copulâ tantum simplicius subnecti possunt; inhaeretque huic status descriptioni pro singulis locis eadem sensus varietas, quae in dicendi formulis latinis graecisque huic respondentibus cernitur; recentiores enim linguae statum hunc exactius pro singulis locis varie describere solent. Ipsa autem enunciatio sic subnexa ita instruitur, ut per se jam *statum* describat, quod quomodo fiat, summam jam dictum est §. 670. Summa quidem lex haec est, ut subjectum contra ordinem vulgarem praeponatur; unde fit, ut, si enunciationis subnexae subjectum nomine prius jam indigitato constat, pronomen saltem ejus jam reponendum sit,

ut ^{قَالَ} ^{وَهُوَ} ^{وَاقِفٌ} *dixit et is stans*, ^{قُلْتُ} ^{وَإِنَّا} ^{وَاقِفٌ} *dixi stans*, quod latine brevius dici potest; ipsumque substantivum repetitum vides in hoc:

^{لَمْ} ^{يَحْرِكْ} ^{زَيْدٌ} ^{النَّاسَ} ^{وَالنَّاسَ} *non movit Zaid homines licet paratos ei*

Tab. p. 210, 7. Nonnunquam subjecti instar nomen aliquod gravius praemittitur, quod deinde subungere idoneum videtur, ut

^{كَيْفَ} ^{تَكْفُرُونَ} ^{وَإِنَّمَا} ^{تَتْلِي} ^{عَلَيْكُمْ} *quomodo fidem denegatis, cum vobis praelegantur signa dei* Sur. 3, 101.

Sed cum praeterea maxima sit dicendi varietas, singula jam distinguenda sunt: 1) subjectum e lege praeponitur, ubi enunciatio distincto praedicato et subjecto constat; praedictum autem pro sensu quam maxime varium esse potest, vel

ut adjectivum, uti in hisce: ^{الَّذِينَ} ^{كَفَرُوا} ^{وَمَاتُوا} ^{وَهُمْ} ^{كَفَّارٌ}

qui fidem abnegarunt obieruntque infideles, لا تَقْتُلُوا
وَدِدُوا *ne interficite feras, dum estis in sacris*
 Sur. 3, 90. 5, 104; vel participio levique cum discrimine im-
 perfecto, ut *تَكْفُرُونَ بِآيَاتِ اللَّهِ وَأَنْتُمْ تَشْهَدُونَ* *cur dei*
signis fidem abnegatis, cum ipsi testes eorum sitis? Sur.
 3, 69. 6, 150 poetice *وَإِنِّي — وَمَكْرَمٌ* *et quomodo (id fiat)*
cum ego — honoratus sim? Arabs. Fāk. p. 43, 23, v. de
 ان §. 634. et alia exempla §. 636; vel denique verbum e
 sensu orationis in perfecto pronunciandum est, ut, cum sta-
 tus sit notandus, *قَدْ* ex §. 199 verbo praecedat. Sed hic
 jam novi quid accedit. Cum enim hoc *قَدْ* per se jam sta-
 tum non possit non notare, simulque graviter ab initio col-
 locari amet (§. 667), e lege jam cum verbo pedissequo pro-
 xime post copulam ponitur subjecto sequente, ut *لَا يُؤْمِنُونَ*
وَدِدُوا *non credunt ei, licet jam praeces-*
sit exemplar priorum Sur. 15, 14. Tab. p. 126, 8. 10. Abulf.
 ann. ant. p. 148, 10; nec subjectum, si nomine jam noto
 constat, repetatur opus est, ut *هَذَا غَنَاوَهَا وَقَدْ أَسْنَتْ فَكَيْفَ*
وَدِدُوا *hic est ejus cantus cum jam consenuit; qua-*
lis ergo erat cum juvenis esset? Kos. chr. p. 132, 9. Sur.
 4, 160. 60, 1, quanquam pronomen, sensus ut magis perspi-
 cius fiat, etiam praeponi potest, ut Henz. fr. p. 12, 4. Re-
 motius ubi nexus distat, idoneum ex §. 202 videtur *كَانَ*
 praepone, ut *وَكَانَ الْحَرُّ قَدْ أَوْهَجَ* *jam exarserat aestus*
 Wakidi Mesop. p. 6, 7; quod idem *كَانَ* imperfecto sta-
 tum describenti praepone potest, si nexus paulo susten-

tandus est, ut *وَكُنَّا لَا يَكَادُ يَفَارِقُ رَجُلًا مِّنَّا أَبَدًا خَجْرًا* et ita
constituti eramus, ut neminem nostrum unquam fere
culter suus deficeret pro *وَلَا* etc. Tab. p. 70, 9. Raro idem
 تَد imperfecto praeteriti ita praeponitur, ut statum designet,
 velut *وَقَدْ كُنَّا نَقُولُ* *quanquam dicebamus* Tab. p. 10, 12.

vel imperfecto praesentis vice dicto *وَقَدْ تَعْلَمُونَ* *dum vos*
scitis Sur. 61, 5. et poetice Tab. p. 140, 6. 212, 8. Sac.
 chr. 1. p. 135, 10. Negativà in enunciatione cum تَد nusquam
 prorsus poni possit (negatio enim aequè ac تَد verbo pro-
 xima est), negativae particulae ejus locum occupare possunt

pro sensu idoneae, ut *وَمَا وَلَمْ* i. e. *cum non* de praeterito

Sur. 3, 47. 4, 156. Ham. p. 100, 6; poetice *وَمَا بَخَشِي*
jam eramus ita, ut non metueretur discessus noster Ibn-
 Khac. p. 46, 9; et *وَلَا* cum imperfecto de praesenti Sur. 6,

82. Rarissime autem perfectum sine تَد simpliciter copulae
 ita subnectitur, ut sensus eandem inferat status notionem, ut

وَقَعَدُوا قَالُوا لِأَخْوَانِهِمْ وَقَعَدُوا *dixerunt de fratribus suis, cum ipsi*
domi mansissent Sur. 3, 169. 6, 101¹⁾ et Ham. p. 89, ant.

ubi schol. infert *وَقَد قَتَلت* pro poetae verbis *وَقَتَلت*. Sim-
 plex vero verbum substantivum bene ab initio ad statum de-
 scribendum adhiberi potest, non enim nisi paulo prolixius
 pro pronomine ita dicitur; ut *nolebant diem aliquem ma-*

nere *رَابِنَاءَ قَدْ* *وَلِبَسُوا فِي جَاعَةٍ* *haud in coetu versantes,*

تَغَبَّرَ لِرَبِيدٍ وَكَانَ عَلِيٌّ جُنْدِهِ *vidimus eum in Zaidum iratum*
esse, qui exercitui ipsius praeerat, ut thesin ita annexam

1) Idem Baidhavi vult in loco Sur. 10, 14 p. 121, sed sine causà justâ.
 Omnino enim singulare hoc nusquam temere credendum est.

latine exprimere poteris, Tab. p. 14, 9. 58, 11. Abulf. ann. ant. p. 16, 6. — 2) Si, quod rarius fit, enunciatio praedicato distincto ita caret, ut nomen cum praepositione vel adverbium ejus loco sit, subjectum non adeo constanter praeponitur, sed cum copula jam partem enunciationis ejusmodi necessariam constituat, ordo vocabulorum potius ex §. 669 ita instituitur, ut quae minus gravia sint, medio sermoni inserantur. Ita pronomen semper post copulam proxime sequitur, ut

ما نزلنا ونحن في المغرب نسمع *haud desiimus, cum in Occidente (i. e. Africâ) essemus, audire etc.* Sac. anth. not. p. 222; porro: *advexit cistas multas*

وأثقالها من داخل *dum pessuli earum intus erant* Abulf. ann.

ant. p. 122, 9; sed saepe etiam ita: مات وله سبعون سنة *mortuus est cum ei 70 anni essent i. q. septenarius, y*

ترجعن وفي قبك والحجة *non redibis ita ut in ore tuo dens*

لله مبرات *et: cur dei causâ opes non erogatis*

cum dei sit hereditas coeli terraeque? —

3) Omnibus his denique voces tempus locumve describentes praeponi possunt. Facileque apparet plura ex illis dicendi genera necti posse, ut Sur. 3, 40. Abulf. ann. ant. p. 152, 6, ubi quid sit participium inter et imperfectum discriminis, satis apparet. Ratio quoque, quâ enunciatio status potiori jungatur, varia est: potest enim arctissime jungi vel inseri,

ut vel dicatur اتقف وصوله وهم مشغولون *accidit ut veniret*

cum occupati essent etc. Henz. fr. p. 11, أتذكر وقد سألت *meministine te rogare,*

ut latine dicitur Abulf. ann. ant. p. 88, 18 sq.; si vero enunciationum nexus satis distat, exactior nexus resumitur solet: هذا و *hoc (fiebat) dum etc., vel*

etiam si ita potius videtur, **وَكُلُّ هَذَا** *omnia haec* (fiebant) *dum* etc., ut Kos. chr. p. 68, pen. 73, pen. 87, pen. Izzedd. av. p. 57, ult. Sac. anth. p. 50, 19.

Raro nec nisi poetice copula omittitur in sermonis fervore, ut: *hi sunt socii paradisi* **فِيهَا خَالِدُونَ** *ita ut in eo*

perpetuo habitent Sur. 3, 116. 10, 27, **جَاءَوكُمْ حَصْرَتٌ صَدُورُهُمْ**

venerunt ad vos coarctatis animis Sur. 4, 89; unde, si nova persona non inducitur, cum copulà vel pronomen personale a verbo finito abest 'Taraf. M. v. 88 (ubi **أَمْشِي** est

dum ibam). Diversum autem est, si enunciatio, quae hac ratione subnecti potest, accusativo potius ex §. 552 ita sub-

jungitur, ut copulae per se non sit locus. Hoc arabismo, qui ubivis concisam concinnamque dictionem amat, in deliciis est; sed quanquam utraque dicendi ratio saepe pari usu virtuteque frequentatur, subjunctionem tamen in brevioribus aptio-

rem esse facile intelligitur. Ita 1) **قَالَ وَهُوَ وَقَفَ** i. q. **قَالَ وَاقِفًا** 1)

dixit stans. Imperfectum autem statum describens, cum verbum finitum personam includere possit, si idem subjectum

permanet, e lege fere proxime annectitur, ut **مَاتَ بِشَهِدٍ**

mortuus est testans, et paulo remotius: **لَمْ تَحْرَمَ — تَبْتَغِي**

cur prolibes — quaerens Sur. 66, 1. 2) **قَتَلْتَ الْغُلَامَ نَائِمًا**

interfecisti servum dormientem i. q. **وَهُوَ نَائِمٌ**

dum dormiebat. Sed subunctum etiam in genitivo nomen ita accusativo descriptorio compleri potest, ut **وَتَبَّ عَلَيَّ وَجِيهٍ نَائِمًا**

prosiluit in faciem ejus dormientis, تَلَّتْ غُلَامَ مَرْيَمَ نَائِمَةً

interfecisti servum Mariae dormientis i. q. وَهِيَ نَائِمَةٌ 3)

Integra enunciatio diverso nomine ut subjecto constans ita subjungi potest, ut accusativus in participio praeposito exprimatur, subjectum vero sequens in nominativum redeat; est enim haec ratio relativae simillima, nisi quod praedicatum praemissum subjunctum est eoque tota thesis ad subjunctas

pertinet, ut: *non poterunt adorare* خَائِعَةً أَبْصَارَهُمْ تَرْهَقَهُمْ

dejectis oculis, terrente 1) *eos ignominia*, postquam ad adorandum

salvi vocati erant Sur. 68, 44. 70, 44. 76, 21 et alia supra

§. 560. Rarius enunciationes subjunguntur, quarum ratio subjectum in accusativo praeposere jubet, ut: *consedi prope*

eum رُكِبْتِي إِلَى رُكْبَتِهِ *ut genu meum prope ejus genu esset*

Tab. p. 10, 4. et saepius in Korano خَالِدِينَ فِيهَا *ut mansuri*

sint in eo (Paradiso) Sur. 3, 15. 87. 136. 4, 12. 5, 94. 6, 128 etc. cf. similia 76, 13. 14. 78, 22.

731 *نِ* quomodo nomina singula jungat, §. 726 dictum est; restat ut, quomodo integras enunciationes jungat, exponatur.

Hic autem ejus usus triplex est: 1) *نِ* in vulgari vocabulorum ordine ab enunciationis novae initio consequentiam denotat actionis seu actionem priori ita nexam, ut eam non comitetur nec temere accedat, sed ex eà prodire ac sequi videatur; unde etiam huic nexui simplici (germ. *und so, da* optime respondet) substituere poteris nostrum: *cum* id

factum esset, *tum* etc. Ita: قَالَ كُنْ فَكَانَ *dixit deus fiat!*

et factum est رَمَاهُ فَأَصَابَ عَيْنَيْهِ *jecit eum et ita oculos ejus attigit, quod latine etiam sic sonat: jaciens attigit*

1) Imperfectum تَرْهَقَهُمْ hoc in nexu aequae ac participium statum describit.

vi efferri potest, alia vocabula praecesserunt, ut ذِيَايِ فَاتَّقُونِي *me igitur, me timete*, فَاطْعُوا أَيْدِيَهُمْ *qui furatur sive vir sive mulier — eorum manus abscindite*; licet tamen orationem ita resumere, ut cum objectus vel praepositio jam praecedat, complementa cetera absint, ut عَلِيَّ اللَّهِ فَلْيَتَوَكَّلِ الْمُؤْمِنُونَ *dominum tuum honora*, *deo confidant Credentes* Sur. 3, 122. 5, 12. 69, 32. 74, 3-7. 93, 9-11 (ubi objecto أَمَّا praecedit). 94, 8. Porro saepe sequitur post أَمَّا *quod attinet ad*, quod tamen ipsum ita compositum est, ut per se vocem ipsi subjectam in qualibet formâ nexuque ferat. Saepe etiam bis resumenda venit oratio, ut بِغُضَلِ اللَّهِ وَبِرَحْمَتِهِ فَيَذَكُّ فَلَيفِرْحُوا *de gratiâ dei et misericordiâ, de eâ gaudeant!* Sur. 10, 58. — 3) Ex omnibus his denique facile elucet, quomodo نِ post protasin a particulâ temporis vel conditionis incipientem apodosin introducere queat (ut germ. *so*). Nec tamen in apodosi cum e nexu jam dilucida esse possit, utique consequentiae signum frequentatur; sed ibi maxime idoneum est, ubi apodosi fortius et disertius notanda videtur. Singula v. inferius. Hoc autem ex omnibus apparet, si praedicatum distinctius desit, نِ e notione suâ simul cum consequentiâ existentiam tam dilucide notare, ut vel unam enunciationis partem constituere possit, ut: *ille (deus) vos ex unâ animâ prodire fecit* فَسَنُقَرِّبُكُمْ وَمَسْجِدَكُمْ *ita ut jam adsit locus quietis et depositi*, مَنْ أَبْصَرَ فَلِنَفْسِهِ *qui cernit, sibi ipsi cernit* Sur. 6, 99. 104. 56, 90. 94.

732

Copulae oppositus est nexus novae sive vocis sive enunciationis simplex. Eaque dictio, quae audit *asyndeta*, duplicis est generis. Aut enim copula consulto propterea omittitur,

quod secutura orationem inhibitam vel interceptam explicant
otius et supplent, v. c. Sur. 10, 23. Aut copula propter
im et properantiam insignem deest, quod intra arabismi
nes unâ potissimum in dictione peculiari frequenter cerni-
tur. Solet enim imperativus saepe ita actionem postulare,
ut consequentia simul, quae animo tenetur necessarioque
inde sequi jubetur, eâdem emphasi efferatur, jussivo igitur
qui imperativo respondet (cf. §. 750 sqq.). Est haec quasi
arsis et thesis, videturque haud dubie voce primum intentâ,
dein remissâ pronunciatum esse; cumque jussivus postpositus
e nexu jam non possit non apodosin constituere, ut in em-
phaticâ hac dictione copula omittatur consentaneum est; so-
let enim omnino arabismus و apodoseos omittere, ubicunque
modus ejus cum modo protaseos emphatico quodam vicissim
ita cohaeret, ut apodoseos vis e solâ verbi emphasi dilucida

sit (§. 744. 750). V. c. $\text{عَامِلُوا تَجِدُوا وَانزِعُوا تَحْصِدُوا}$ *labo-
rate inveniat! i. e. laborate ut inveniat, vel si laboratis,*

invenietis, serite et metite! $\text{اَجْبِرُوا اللّٰهَ يَغْفِرْ لَكُمْ ذُنُوبَكُمْ}$
confugite ad deum, ut vobis peccata condonet Sur. 46,

31. 57, 28. 67, 4 (ubi male Marr.). 71, 3. 4. 10 - 12. اِبْسَطْ

$\text{يَدَكَ تُبَايِعُكَ}$ *porrige manum tuam, ut fidem tibi spon-
deamus* 1). Quam arcte autem utrumque verbum cohaereat,

exinde apparet, quod sensus prioris verbi per se sine com-
plemento alius cogitari nequit, ut $\text{قَدْ لِلذِّبَانِ اٰمَنُوا يَغْفِرُوا}$

$\text{لِلْمُسْتَغْفِرِينَ}$ *dic iis qui credunt, ut condonent veniam im-*

1) Tab. p. 38, 13, cui si p. 8, 7. لِنُبَايِعُكَ *ut f. sp. substituitur, id
e sensu eodem redire, sed diversâ ratione dictum esse credendum
est. Elucet quoque, quam male nonnulli theses has conditionales
nominent.*

plorantibus, ذَرُونَا تَتَّبِعْكُمْ *sinite nos sequi vos* Sur. 45, 14.
 14, 30. 20, 26. 48, 15. 70, 42. اَفْعَلْهُ دَعْنِي *sine me hoc faciam* Taraf. M. 57; quodque, quo jussivus fulciatur, exhortatio simplex imperativo expressa sufficit, ut تَعْلُوا تَدْعُ *agite! vocemus filios nostros, tum supplicemur et dei diras in mentientes conjiciamus* (unde simul jussivos post varias copulas continuari posse vides) Sur. 3, 60. 6, 151. 63, 5. ¹⁾

733 Ad has copulativas particulas tum notione tum usu frequenti satis prope accedit ثُمَّ (§. 480), notans *tum*. Peculiarem id usum tenet in vocabulis vel sententiis datâ operâ repetendis, quod loquentis animus cum vi iis inhaeret, ut وَابْرَاهِيمَ إِذْ قَالَ لِلرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ صَبْرًا وَابْرَاهِيمَ إِذْ قَالَ لِلرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ صَبْرًا *vaeh, etiam* (vel, ut denuo dicam) *vaeh!* Sac. chr. 1. p. 170. cf. Sur. 82, 17 sq. In actionum progressu ثُمَّ notat intervallum quoddam temporis ²⁾, quod inter utramque actionem intercedat, quae notatio tam distincta neque in و neque in ف est: sed tamen ad copulae vim tam aptum, ut vel ex §. 628 modus naçbatus sequi possit, aequè

1) In Korano jussivus vel imperativo haud praemisso ita dicitur, ut consequentiam hanc denotet, ut يَغْفِرْ ut condonet (si ita facitis, ut dictum est) Sur. 61, 11. et post copulam وَيَعْنِبْ *et ut obliteret* 42, 33, pro quo v. 38 وَيَعْنُوا sine hoc nexu.

2) In personis enumerandis ثُمَّ notat, unam temporis ratione post alteram venisse Tab. p. 86, ant. Similiter inter adjectiva urbium et regionum positum, v. c. المِصْرِيُّ ثُمَّ المَقْدِسِيُّ *Aegyptius, deinde Hierosolymitanus*, quoniam serius huc sedem transtulit.

ac post **ف**, **و** fit, ut **تَلُمِينِي** ثُمَّ **عَلَيَّ** مَا لَكَ **عَلَيَّ** ثُمَّ **عَلَيَّ** *ne consume quae tibi sunt (opes) med causâ, ne deinde me vituperes* Lokm. f. 16. Post imperativum **ثُمَّ** orationem in imperfectum ut sedatius exponendi modum reducit Tab. p. 148, 7. Quodsi actio sequens paulo recentior et a prius memoratâ remotior narranda est, post **ثُمَّ** simul poni solet **أَنَّ** *en*, quod statum rei magis praesentem et vicinum notet; unde in Korano vel habetur **أَنَّ** — **ثُمَّ** **أَنَّ** Sur. 5, 38.

Causam denotans enunciatio annectitur per **أَنَّ** *en*, ut 734 Sur. 10, 64, ubi haud dubie *nam* notat (Baidh. explicat similiter **لَآنَ** *quod*): sed plerumque pro eo dilucidius dicitur **فَإِنَّ** *etenim* ex §. 731. Frequentissimum enim hoc simplex **أَنَّ** per se hac tantum vi praeditum est, ut in novo sermone auditores excitet; unde saepe etiam totam orationis seriem orditur¹⁾. Aliae voces, quae lat. *nam* expriment, linguae desunt: nam **لَآنَ** magis relative notat *quod*, *quia*, arctiusque propterea jungitur.

1) Hinc **أَنَّ** رَبِّكَ هُوَ أَعْلَمُ *en dominus tuus est sapiens* Sur. 6,

117. 119., ubi **هُوَ** ex §. 672 insertum est propter **رَبِّكَ** vi prae-positum. Augetur autem orationis vis **لَآ** emphatico postposito, ut

أَتَىٰكَ لَآ **أَتَىٰكَ** لَآ **أَتَىٰكَ** *verene tu es Josef?* Sur. 6, 19. 79, 10. 11.

56, 49. 57, 9.

8. De enunciatione adversativâ.

573 Adversativæ particulae et pauciores sunt et rarius obviae: non enim, nisi ubi maxime iis opus est, eas usurpant, ex §. 729 jam apparuit. Proxime huc pertinet بَلْ §. 477, praeviae negationi oppositum, ut بَلْ — لَا non — sed; seriores eo paulo liberius utuntur, jungentes و بَلْ imo etiam Ibn-Khald. in Sac. chr. 2. p. 126 ant. و بَلْ imo ne — quidem Arabs. Fâk. p. 2, 13. 1). — Contra vero كَيْنَ vel cum copulâ و كَيْنَ §. 483 magis per se gravem sententiae oppositionem notat: at, verumtamen, quanquam etiam post negativam enunciationem poni potest.

736 Adversativæ autem enunciationi proxima est et cognata restrictiva, de quâ hic dicendum videtur. Duplex ejus genus discernatur:

1) اِنَّمَا §. 488 ad unam tantum notionem omnem orationis sensum ita revocat, ut cum per se maximâ vi insigniatur, postquam quae forte praeterea accedant voces, mediae orationi insertae sunt, vox ab illâ vi tacta in fine sequatur; hoc enim omnino ex linguae hujus indole est (§. 669), ut quae voces duae gravissimae totam enunciationem fulciunt, reliqua interposita amplectantur. Ita اِنَّمَا زَيْدٌ شَاعِرٌ Zaid poeta tantum (nec aliud quid) est, اِنَّمَا زَيْدٌ شَاعِرٌ Zaid tantum (nec quis praeter eum) poeta est, اِنَّمَا عَبَدُوا فِي ذٰلِكَ

1) In his juncturis insertum و etiam notat, quod in arabismo raram.

Nam in locutione اِنْ كَانَ وَلَا يَدَّ مِنْ si est nec dubie i. e. necessario etc. Henz. fr. p. 67, 1 و potius ex §. 730 ita explicandum est, ut statum notet.

وَاَهْوَاءَهُمْ *nam per se cupiditates tantum*
suas sequuntur, أَنْتِ إِنَّمَا تَلِدِينَ فِي كُلِّ عَمْرٍكَ وَاحِدًا
tu non nisi unum totâ vitâ tuâ paris, إِنَّمَا أَجْرِي عَلَيَّ اللَّهُ
dei tantum est praemium meum; ab initio enunciationis co-
 plativae *وانما* notat proinde *et tantum = at,* ut Gen. 28,
 19 Saadias pro *לֹא לְוָךָ* ponit *لَوْنَر* — *وانما* eodem sensu,
 collocatione vero vocabulorum ex hujus *انما* vi inversâ.

2) Diserta exceptionis particula est *إِلَّا* nisi modis variis 737
 juncta. Nam plerumque negationem (vel interrogationem ei
 parem) proxime restringit, ut lat. *non — nisi;* ubi rursus
 saepissime vox, ad quam sermo restringitur, sola nominatur, ut
 cum *non — nisi* idem sit quod *tantummodo,* totius structurae
 ratio salva maneat, ut si restringitur praedicatum: *مَا زَيْدٌ إِلَّا*
non erat مَا كَانَ إِلَّا كَاذِبًا, *non est Zaid nisi mendax,*
is nisi mendax, vel notio subjuncta quaedam: *مَا أَقَامَ إِلَّا مَدَّةً*
non substitit nisi spatium quoddam (i. e. aliquamdiu),
مَا نَفَخْتُ إِلَّا أَخَاكَ *non interfecisti nisi fratrem tuum,*
non nisi juxta Zaidum praeterii; vel de-
 nique subjectum, ut *مَا قَتَلَهُ إِلَّا زَيْدٌ*
nisi Zaid. Vides omnia haec ita strui ut etiam absente ne-
 gatione et *و* salva sint. Nec tamen nisi ex rarâ licentiâ hae
 particulae juxta se poni possunt, sed post negationem for-
 tius praepositam inserantur necesse est minus gravia. At si
 negatio non praecedit, ut *و* enunciationi laxius postpositum
 latino *praeter, excepto* respondeat, jam accusativus ei sub-

jungendus est (§. 564, b) 1), ut *قَتَلَ الْقَوْمَ إِلَّا زَيْدًا* *interfecti sunt homines praeter Zaidum*, ubi nota locum Sur. 60, 4: *أَذْ قَالُوا* *cum dicebant Abrahamidae*, et post longum satis intervallum *إِلَّا قَوْلَ أَبِيرْهَيْمَ* *praeter vocem Abrahami* i. e. praeter id quod Abr. dixit. Quodsi post negationem tota res, unde quid excipiatur, ante *لا* nominatur, nomen post *لا* saepe similiter accusativo subjungitur, cum laxior haec jam esse possit structura; saepe tamen, ubi arctius complemen- tum jungere praestat, casus idem, qui rei totius fuit, conti- nuatur: ut videndum sit, quid quovis loco aptius sit, nam raro utrumque sine ullo discrimine dicitur. Ita si dico *لَا إِلَهَ إِلَّا اللَّهُ* *non est deus ullus nisi deus ille verus*, no- minativus e pluribus Arabum suffragiis potior habetur, quia prius sine altero vix cogitari potest; sed si dico *لَمْ يَكَلِّمَنِي* *non allocutus me est quisquam nisi Zaid*, *أَحَدٌ إِلَّا زَيْدٌ* *non dedi vobis libros nisi Le- gem*, pro casu continuato optime etiam accusativus subjungi possit *إِلَّا التَّوْرَةَ*, *إِلَّا زَيْدًا*, cum haec paulo laxius adjuncta sint; necessario vero accusativo utendum est, si forte ex- ceptionem per se positam prius inserere placet, ut *لَمْ يَكَلِّمَنِي أَحَدٌ إِلَّا زَيْدًا*, vel si quod denique excipitur e diverso prorsus genere accedit, ut cum re totâ bene componi nequeat, ut *مَا جَاءَنِي أَحَدٌ إِلَّا فَرَسًا* *non ad me ullus (homo) venit ex-*

1) Unde nonnunquam simili et sensu et structurâ pro *لا* obvium est

لَا يَكُونُ vel *لَيْسَ* *non est* i. q. ut desit, praeter (cf. §. 675).

cepto equo quodam; facileque ex his omnibus patet, cur
nova exceptio quaevis ut forte fortunâ accedens laxius ac-

cusativi ope subjungatur, ut ^{مَا جَاءَ إِلَّا زَيْدٌ إِلَّا عَمْرٌو إِلَّا سَعِيدًا}

non venit nisi Zaid (quod nomen e prius dictis non nisi
nominativo efferri potest) i. q. venit solus Z. *praeter* 'Oma-
rum, Sa'idum etiam. — Quod vero discrimen in singuli
nominis juncturâ inter casus obtinet, idem ad enunciationum
iuncturam transfertur. Nam post negationem arcte junctam

cum enunciatione securâ proxime cohaeret nullo inter-

posito orationis vinculo; ipsa autem adjuncta enunciatio post
ita instituitur, ut *conditionem* vel *statum* (ex §. 670)

describat, utpote quam notionem ubivis aptam esse, facile vi-
dere licet. Subjectum igitur praedicato praeponendum; sin

vero novum non est, facileque e nexu suppletur, idem hic et
omittere licet. Saepeque his ita comparatis و status (§.

730) accedit, quod statum vel conditionem disertius reprae-
sentet. Ita: ^{وَاتَمَّ مُسْلِمُونَ} ^{لَا تَمُوتُنَّ إِلَّا وَأَنْتُمْ مُسْلِمُونَ} *ne moriamini nisi*

Muslimi ὄντες s. ita ut *M. sitis* Sur. 3, 102; porro: *cubi-*

culum non dicitur nadi ^(نَادٍ) ^{وَفِيهِ أَهْلُهُ} *nisi ita ut qui*

ibi congregari solent in eo sint Sac. anth. p. 30, et sine co-

pulâ: *neminem reperi* ^{أَحْسَنَ مِنْهُ} ^{إِلَّا زَيْدٌ} *nisi ita ut Zaid*

eo esset pulcrior; non ostendimus iis signum ^{الْأَكْبَرِ} *nisi ita ut majus priori esset* Sur. 43, 46. De verbo

finito huic و postposito aptius dicetur §. 749. At si per-

fectâ jam enunciatione و laxius novam adjungit, أن inter-

ponendum est, idque variâ ratione, v. c. modo naçbato se-
quente *non licet uxores dimittere* ^{بِغَاحِشَةٍ} ^{إِلَّا أَنْ يَأْتِيَنَّ} *nisi*

forte flagitium committant Sur. 4, 18. 65, 1. vel sic: *ego*
 (Muhammed dixit) *optime literam* ضي *pronuncio* اَلَا اَنْتِ مِنْ اَلَا
 قُرَيْشٍ nisi quod e Kuraischi tribu sum i. e. nisi forte id
 minus quis propterea mirabitur, quod e Kur. oriundus sum.
 Similiter: *non iracundus sum* اَلَا مَنْ اَلَا *verum qui peccaverit,*
is puniendus est Sur. 88, 23, ubi ان من illius ان vim ita excipit,
 ut propius accusativi loco sit (unde نى in apodosi sequitur).
 Ceterum in arctâ quoque juncturâ illâ ان interponi, singu-
 laris enunciationis ratio jubere potest, ut اَنْ اَنْتِ اَلَا اَنْ نَمُضِي
si noluerit i. e. nihil aliud voluerit nisi ut eamus, ubi ان
 e verbo volendi pendet; vel: ما قُبِضَ نَبِيَّ اَلَا (ان يقْبَضُ)
 دود دود - *propheta mortuus non est nisi ita, ut mo-*
riatur ubi sepelitur Tab. p. 24, 16 ubi ان الا conditionem
 suggerit, quâ prius dictum necessario cogitandum sit.

Eandem, quam particula الا, notionem continent nomina
 in statu constr. سَوِيَّ، بِيْدَ، غَبْرَ، jungenda casuumque
 vicissitudini subjecta §. 518. Structura quoque eadem, hoc tan-
 tum discrimine, ut qui casus in particulae الٰي usu sensui tantum
 inesse vel post particulam demum conspicuus fieri potest,
 idem jam in nominibus his insigniatur. Ante enunciationem
 perfectam statum exhibentem iis uti non e more est: sin-
 gulo potius nomini junguntur vel particulae ان, saepiusque

1) Editor ان omisit, quod mihi omitti non posse videtur. Alioquin
 الٰي proxime cum modo ناغبato jungendum esset, quod ferine
 possit dubito.

in accusativo laxius dicitur ^{عَنْ} ^{أَنْ} *nisi quod*. — ما خلا et
 ما عدا §. 478 accusativum sibi subjicere v. Tab. p. 82, 17.

146, 1. Breviora autem خلا, عدا, حاشا praeter accusati-
 vum ut praepositionum vim imitantes genitivum sibi subjun-
 gunt; possunt tamen etiam tam nude poni, ut nominativus
 sequatur.

لا سِمْهَا proprie non simile ejus quod i. e. praecipue, 738
 praesertim, de quo v. §. 486, vel etiam ولا سِمْهَا, ita semper
 per se ponitur, ut si omnino nomen ei postponitur, nominativus
 sequatur; licet tamen etiam genitivum ei subjungere, quasi
 is a statu constr. ^{سَيِّ} ita penderet, ut eo ما tantum diluci-
 dius exponatur ¹); v. c. ^{زَيْدٌ} ^{عَلَيْهِ} ^{الْعَجَبِيُّ} ^{النَّاسُ} لا سِمْهَا ^{زَيْدٌ} —
mirum me habuerunt homines, praesertim Zaid.

فَضْلًا adverbii vice (§. 467) praepositioni ^{عَنْ} junctum
 proprie notat *excessum ab* hac re i. e. ne dicam de hac re,
 ut prorsus superfluâ; hinc post negativam enunciationem la-
 tino *nedum* vel *multo minus* respondet; rarissime post af-
 firmationem positum latine *multo magis, quanto magis*
 notat, ut Ibn - Khac. p. 50, 9. Ante integram igitur enun-
 ciationem dicendum est ^{عَنْ} ^{أَنْ} ^{فَضْلًا}, sed satis saepe levius
^{فَضْلًا} dicitur, quasi voci ^{فَضْلًا} per se jam notio haec in-
 haereat, ut Arabs. Fâk. p. 103, 11. cl. p. 39, ult. 56, ult.

1) Ut in Korano saepe praepositioni ما accedit statim genitivo di-
 stinctiori explicandum, ante infinitivum scilicet vel aliud nomen rei,
 neque enim ما ante personae nomen cogitari potest, nisi ita ut
 rei mentionem aequet. Cf. Sur. 3, 160. 4, 154 sq 5, 14. 71, 26.

et supra Vol. I. p. 356, ubi v. 20 pro ^{فِيمَا} ^{رَجَّةٍ} lege ^{فِيمَا} ^{رَجَّةٍ}.

Henz. fr. p. 132, 1. 209, 1; male autem et ex vulgaris linguae negligentia solum **فضلا** hoc sensu ante verbum ponitur Lokm. f. 32.

III. De enunciationibus conjunctis et correlativis.

1. De enunciatione temporis, rationis, consilii.

739 Haec enunciationum genera ita comparata sunt, ut priori thesi postponi possint, relativi scilicet instar, cui praeaeque particulae huc pertinentes vel origine vel notione simillimae sunt. Sed cum, ubicunque placet, praeponantur aliamque sibi subjungant, jure eas ad conjunctas enunciationes referas. Temporis particulae et enunciationes variae sunt:

1) **حين** *quo tempore, cum*, et liberius saepiusque usurpatum **لما** *cum* (§. 486). Utrumque sensu maxime simplice ad perfectam ¹⁾ rem insigniendam transfertur. — In apodosi post **لما** rarius **ن** ex §. 731 inserere idoneum videtur, in stylo maxime negligentiori, ut Kos. chr. p. 88, 3. 89, 6. 7. 105, 1-6. Distinctiora sunt **عند ما**, quod magis ad durans momentum actionem restringit, ut fere sit *dum*, et **ما أول** *cum primum, simul ac* Izzedd. av. p. 107, 6. Abulf. ann. ant. p. 78. 6. quocum fere consentit **بمجرد ما** (*in solo quod i. e. cum solum hoc fecisset, vel cum vix hoc fecisset = simulac*) Arabs. Fâk. p. 10, 27. ²⁾ — **بعد أن** *postquam*

1) Sed ita quoque e nexu toto, ut res haec perfecta nunc duret; ut in hac locutione per se jam notabili: *cum res non facta sit* (لما لم يكن) *ita, consentaneum est ut non fiat* (hoc breviter sic: **فان لا يكون**) vel *quanto minus fiet aliter* Sac. anth. p. 113, 12.

2) cf. **אחרי** in gr. hebr. crit. p. 562.

simplici structurâ; sed de ^وقَبْلَ ^{أَنْ} *priusquam* v. superius p. 117.

2) ^{أُذ} (§. 490) levissima est temporis particula, nec facile nisi latino *ubi*, germ. *da* comparanda. A ^{لَمَّا} ita differt, ut singulum temporis momentum insigniat, quo aliquid simul incidat; nec differre potest, ad quale tempus id momentum pertineat. Igitur perfecto aequè ac imperfecto pro temporis diversâ ratione jungitur, ut ^{أُذ} قَالُوا *ubi (cum) dixerunt*; etiam aliî enunciationi postpositum, ut: *certiores amicos feci de irrito nostro consilio* ^{أُذ} جَاءَنَا رَسُولٌ *cum* *derepente legatus ad nos venit.* Tab. p. 72, 2. 60, 4; Kos. chr. p. 114, 4, ubi nota formam prioris enunciationis statum describentis hanc: ^{أَنَا فِي ذَلِكَ إِذْ أَرْسَلْتُ} *en nos in hoc* i. e. nos ita occupati eramus, *cum misit* amicus literas etc. Tab. p. 60, 1. 64, 3. Porro sic de praesenti vel futuro: ^{أُذ} تُفِيضُونَ *cum hospitamini* de praesenti Sur. 10, 61, et quod huic proprium est, cum imperfecto de re praeteritâ dicto: *gratos habuit deus Fideles* ^{أُذ} بِبِأَيْعُونَكَ *cum tibi fidem jurabant* sub arbore Sur. 48, 18. 3, 152. 154, ubi longius continuatâ oratione ob novum temporis gradum voce ^{فِي} introductum deinceps perfectum inducitur ¹⁾). Optime etiam status enunciationi (§. 670) praeponi potest, ut ^{أُذ} كَرَرْنَا إِذْ أَنْتُمْ قَلِيلٌ *recordamini (temporis) cum vos pauci eratis*, ^{أُذ} أَنَا مُطَلَقٌ *cum ego haud vincus* eram. Nota, ^{وَإِنْ} *et ubi* in Korano

1) Putes hîc Vav relativi vicissitudines sicut in V. T. conspici.

saepe eo nexu dici, ut auditores ad actionis praeteritae memoriam revocandam instiget: *et* (memento temporis spatium) *ubi* vel *cum* etc.; solet enim auctor Korani continuo ad exempla historiae plura provocare. Componitur etiam **بَعْدَ إِذَا**

(*nach da* = *nachdem*) Sur. 3, 8. 79. 6, 71 pro vulgari **بَعْدَ أَنْ** *posteaquam*, — sed ita, ut res durans describatur. — Ductius vero et quasi in remotum spatium sese extendens

إِذَا latinum *ubi* ita exprimit, ut actionis, quam mens tantum conspicit, futurae igitur, finem ponat, latino futuro exacto *ubi fecerit* aequiparandum. Hinc perfecto ex §. 198, 2 semper jungitur, licet nostrae linguae hac in re minus diligentes futurum simplex ei substituere possint, vereque Arabibus etiam imperfecto utendum est demtâ istâ temporis definiendi vi peculiari. Respondent igitur sibi invicem haec:

بِكُونٍ *erit*, simpliciter dictum, et contra **إِذَا كَانَ** *ubi fuerit*.

Idque deinde ad omnes imperfecti notiones transfertur, ut ubicunque sine temporis definitione hac imperfecto utendum est, ibi accedente **إِذَا** novus in hac temporis ratione gradus, exactum scilicet futurum perfecto notandum sit. De quibus singulis v. aptius infra §. 760 sqq. 1). Ejusdem vero notionis structuraeque est **مَتَى**, quod cum *quando* dicat de re expectatâ interrogans 2), futurae rei notionem per se includit.

1) **إِذَا** quoque rem futuram inducens ita struitur Sur. 6, 26. 29 et v. 94: sed tamen magis sic, ut alii tantum thesi subjunctum sit:

لَوْ تَرَى إِذْ قَالُوا *utinam videres ubi dixerint*; auditor statim in medium istud tempus futurum rapitur, ut rem jam quasi perfectam cernat.

2) e. g. **مَتَى بِكُونٍ** *quando tandem erit?* Izzedd. av. p. 112, 1. 2. Hujus loci cum simplex futurae rei descriptio sit, imperfecto post interrogationem utendum.

3) ^ع donec, simpliciter jungendum, ut ^{ان مات} *donec*, ^{ان مات} ut ^{ان مات} *donec*, ^{ان مات} ut ^{ان مات} *donec*, ^{ان مات} ut ^{ان مات} *donec*

donec obiit. Eodem modo dici potest ^{حتي مات} *donec*, ut Sac. anth. p. 127, 18. not. p. 200, 13. Tab. 74, 9. Sed cum hujus ^{حتي} notio exactior (§. 581) hoc ferat, ut temporis certi finem oculis jam conspiciendum det, perfecto jungitur actionem reverà futuram absolutam sistenti, ut latine *donec* fut. exacto componitur. Rarissime autem ^{حتي} ita proxime verbo jungitur, eodem modo quo genitivum rarissime proxime sibi sub-

jungit (Sur. 97, 5), ut: *cepit vos studium inane* ^{حتي نزلتم} *donec visitaveritis sepulcra* i. e. donec mortui fueritis Sur. 102, 2; e lege ^{ان} ei subjicitur egregie huc faciens eodemque modo perfecto jungendum, de quo v. §. 764. Modo vero ^{ان} nato tum temporis (Sur. 98, 1) tum finis animi notionem induens quam varie jungatur, §. 627 expositum est;

adde versum hunc, unde satis apparet ^{حتي} tempus notans ita instantis tantum et forte venientis, nec tamen perfecti temporis sive praeteriti sive futuri circulum describere posse:

^{ان} *invenietis eum donec redeat* (qui nunquam redibit) *Muna'chel* i. e. nunquam invenietis Sac. anth. not. p. 313. Saepissime autem summus gradus et finis, quem ^{حتي} notat, non tam temporis est quam actionis cum actione comparatae, *eo usque ut, adeo ut*, gr. *ὡς* quod optime confertur, ut ^{ان} *adeo ut diceret*, ^{ان} *adeo ut diceret*, ^{ان} *adeo ut diceret*, ^{ان} *adeo ut diceret*

ut prope extinctus esset Abulf. ann. T. 1. p. 108, 10. 11. 128, 2. T. 2. p. 26, 7. 282, 1. 2. 378, 12. 390, 6. *Amri*

Moall. v. 102 (*replevimus terram* ^{حتي ضاقت} *ut nobis nimis*

arcta facta sit). Hinc post ^{حتي} saepe ^{ان} *energicum* accedit, quod emphasin dictionis augeat, ut ^{ان} *adeo* ^{ان} *adeo* ^{ان} *adeo* ^{ان} *adeo*

ut praeficeret, vel sic: aegrotavit لا يرجونه adeo *ut vel de eo desperent* Sac. anth. p. 76, 1. ¹⁾ Cum affirmativo simili: *حتى لقد كان* ita *ut vel esset* Sac. chr. 1. p. 123, 2. E temporis tamen notione mansit junctura haec: *nonne ei sufficit ut fratres eum adorent حتى سجد* donec *adoraverint* i. q. *ut vel ipsum adorare velit parentes suos?* Sac. anth. p. 130, 2.

مذ ex quo (cf. §. 595), si cum verbo ponitur, perfectum sibi subjungit, ut *مذ كان* ex quo *fuit* Abulf. ann. T. 2. p. 170, 14. Sac. chr. 1. p. 82, 13.

Omnes hae temporis particulae ex §. 667 ita collocantur, ut verbum proxime sibi postponant, nec sine verbo finito dici possint, cum actionem fieri notent; solum *أذ* liberius collocatur, ut aut reliquarum instar simpliciter struatur, aut, notio si jubeat, enunciationi *status* ex §. 670 praeponatur.

Sed *بينما* (T. 1. p. 355) *interea dum* e notione suâ non nisi *status* enunciationi praeesse potest, ut subjectum atquod semper sit proxime ei postponendum (cf. similia quae accidunt post *و* status §. 730), ut *أذ وجد* — *بينما هو بمشي* *dum ambulabat* aliquando, *en invenit* amicum suum, *بينما* *dum expectabamus* nuncium, *en* *advenit nobis* legatus; et sine verbo *سمع* — *كذلك* *بينما هم*

1) Haririus h. l. diserte non *أن*, sed *أن* post *حتى* legendum esse monet. Nihilominus vulgo *أن حتى* impressum legitur, cf. Sac. chr. 1. p. 44, 11. 47, ult. 85, 13. Abulf. ann. T. 2. p. 372, 5. 320, 13. Marc. 4, 1 Erp.

2) *بينماهم* in unam vocem conflatum legitur Tab. p. 204, per. 221. 3. At vix id ex certâ causâ pendet, sed librariis attribuendam.

dum illi ita occupati erant, audiverunt Moslemi etc. Poeta tantum verbum proxime sine subjecto apponere potest, ut Ham. p. 534, 11.

Huic **بينا** verbum finitum apodoseos rarius postponitur ⁷⁴⁰ nudum, frequentius praevio demonstrativo **إذ** *ibi, en*, quod apte actionem in majorem circulum celeriter incidentem introducat. Si vero vocula haec in *statum* rei improvisum animum vertens vel in apodosi vel post copulam inserenda videtur, longius fortiusque sonans **إذ** praefertur, ut **لَمَّا**

جَاءَهُمْ بِآيَاتِنَا إِذَا هُمْ مِنْهَا يَضْحَكُونَ *cum Moses iis signa nostra attulisset, ecce de iis ridebant*, ubi imperfectum praeteriti conspicis, Sur. 43, 45. 48. 56. 4, 75. Tab. p. 74, 8. Sac. anth. p. 122, pen. et post **إذ** *quando* Sur. 10, 22; porro:

نَظَرُوا وَإِذَا الْعِجَابُ قَدْ رُفِعَتْ *viderunt et ecce vela jam sublata erant* Izzedd. av. p. 113, 10. Sac. anth. p. 127, 17, Tab. p. 10, pen. 64, 5. 14. 66, 13. 72, 13-17. Wakidi Mesop. p. 5, 11, unde hic non minorem esse patet status describendi varietatem e sensu aptam quam post simplex **و** status §. 730. Cf. alia §. 586. Hinc si status depingendus est, vel post **بينا** longiori **إذ** cedit brevius illud **إذ**, ut Ham. p. 534.

Kos. chr. p. 75, 9. (ubi est **و** ante **إذ**) 103, 2. Ceterum poeta quis **إذ** *ecce* notans alias quoque usurpare potest, ut Kos. chr. p. 62, 1. Facileque apparet, hoc demonstrativum **إذ** prorsus aliter construi quam relativum **إذ** §. 739; illud enim status enunciationem comitatur, hoc contrariam.

Consequentiam dicti prioris distinctius quam simplex ⁷⁴¹

illud **ف** exponit **بِحَيْثُ** proprie de loco vel spatio dictum *in tantum ut i. e. ita ut*, ut Arabs. Fâk. p. 28, 18. Abulf.

ann. ant. p. 88, 15. Gradationem vero simul accedentem notare ^{حَتَّى}, §. 739, 3 expositum est. Illud de praesente, hoc plerumque de praeterito dicitur.

Causam simplicissimam ^{عَـ} *ان* §. 484 indicare potest, media scilicet in oratione, ubi nexus non potest non esse satis perspicuus; idque aut perfecto simplici junctum e sensu, ut: *homo errat* ^{رَأَى اسْتَعْنَى} *ان* *quod* vel *quia se* (cf. superius p. 154) *opibus abundantem factum esse vidit* Sur. 96, 7 et in locutione *ان* ^{ذَكَ} *hoc* (propterea fiebat) *quod* vel *quia* 6, 131; aut modo *naçbato* sequente, si mentem agentis simul remotius innuere placet, ut: *ejiciunt vos* ^{تَوَمَّنُوا} *ان* *quod credatis deo* Sur. 60, 1. 85, 8 et §. 484 allata. Sed ubi distinctius loquendum, ^{لَـ} *quoniam* ponitur, quod causam semper laxius et directe profert nec *naçbato* jungi potest; respondet ei demonstrativum ^{لِذَلِكَ} *propterea*. Sed praeterea plures voces, proprie tempus vel rationem notantes, remotius ad causam varie transferuntur, prout e sententiae vi aptum est, ut tenue istud ^{أَدَّ} *temporale* aequè ac latinum *cum* conjunctivo junctum, et ^{حَبِثَ} *ubi = cum*, *quatenus* cf. Arabs. Fàk. p. 47, 8, ubi ambo in parallelismo sibi respondent.

Consilium denique et *finem* actionis notat ^{لِ} *et* gravius ^{كَيْ}, modo *naçbato* jungenda, cf. §. 626. ^{كَيْ} *habes* apud Schanfarium in Sac. chr. 2. p. 137, 7. ^{لِكَيْ} Arabs Polygl. Hos. 2, 3 ponit pro *ὅπως ἄν*; cf. Marc. 3, 14. 4, 12. 21 Erp. Idem potest etiam ^{حَتَّى} *naçbato* junctum dicere, at non per

ne, ut nec unquam ab initio poni possit, sed postpositum tantum alii actioni, cujus finis animo subjectus describatur,

ell. graeco *ἄνευ* cum infinitivo. Negativa *لَا لِأَنَّ* vel *لَمَّا*, كَيْلَا

cum *naçbato*. *يَا* vero est *ad conditione ut*.

2. De enunciatione conditionali.

Conditionalis enunciatio ei, ad quam se refert, postponi 742 quidem potest, sed id magis forte fortunâ, si conditio sup- plenda videtur, et rarius fieri facile patet. E more autem praeponitur. Nec conditionalis thesis alii tam laxè praeponi- tur, quam simplex temporalis; ipsae enim cogitationis partes hic arctius ita cohaerent, ut e priori, conditione scilicet, altera seu consequentia necessario prodeat, ambaeque mutuo vinculo jungantur. Unde cum correlativi quid oriatur, sed ita ut posterius velut thesis a priori ut arsi dependeat, forma quoque utriusque membri aequalitatem quaesivit, ut ad prioris formam alterius forma quam proxime accedat. Haec singularis hic pulcritudo est arabismique virtus. Ceterum in singulis quoque forma enunciationum pro sensu nexuve diverso maxime variat.

I. *أَنَّ* conditionem denotat simplicem, seu loquentem ali- 743 quid simpliciter sumere, unde aliud dependeat. Sed duplex hic statim panditur modus, quo actionis enunciatio concipi queat, alter sedatior, alter vividior ex origine.

1) Si, ut plerumque accidit, conditio in rebus futuris vertitur, actio quam ita certam ponimus, in *perfecto* enunciatur, utpote quam futuro tempore jam factam ratam- que mente nostrâ conspiciamus; Latini notioni huic futuri ex- acti substituere possunt formam dilucidiosem. Ita *نَفَعَلُ ذَلِكَ*

فَاعِيَمُسْ اِيَلُّدْ سِيْ دِئُوسْ فَوَلُؤِرِيْتْ (proprie vo-

luit), *تَيْمِئُوْ اِيْحَانُ اِيْنْ عَصَبْتْ رِيْ عَذَابِ يَوْمِ عَظِيْمٍ*

mino meo morem haud geram (vel gessero), poenam dei atrocis, **كأن زيد قد أكل من يتعرض عمرا إن جاء سابقا** *Zaid occultaverat homines qui Amro, si forte ceteros praevertisset, occurreret, ubi idem in thesi subjunctâ fieri vides,* **إن أجاب الدعوة لم يكن عليه سبيل** *si invitationi parebit, non erit causa eum exagitandi.* Cumque Arabum linguae indoles hic semper perfectum futuri cogitet, consentaneum in negatione **لم** ponere, ut **إن لم يجب قتل** *si non parebit, interficietur.*

744 Hic perfecti usus per se a solâ conditionali particulâ seu potius a conditionis pronuntiatae vi dependet, nec verbum in enunciatione praeviâ a modo suo et tempore idoneo recedit. Si tamen protasin conditionalem apodosi sequitur demum, idem perfectum in oratione admodum concisâ vel ad apodosin transferri potest; etenim ubi res futura transacta jam cogitata est, consequentia quoque necessaria eodem modo concipi potest; utramque enim actionem, quae ita proxime unâque serie cohaerens sistitur, futurum tempus spectare ex solo jam **إن** in structurâ hac praeposito apparet. Ita **إن فعلت ذلك قتلتك** *si feceris hoc, interfecero te* vel, ut Latini dicunt, *interficiam te*; cum negatione **إن فعلت ذلك لم** *si facias hoc, non interficiam te.* Perfecti proprii loco jam in tali nexu plusquamperfectum dici potest Abulf. ann. ant. p. 42, 15. — Imperfectum in apodosi si quando manet, rem e loquentis sensu magis per se stantem eloquitur, ut **إن أفرجت عنكم يخرجون ما تجدونه** *si vos dimisero, emittetis, seu credo vos emissuros esse reperta* etc. Abulf. ann. ant. p. 94, 9.

Formam dicendi modo descriptam ex origine valere ante omnia tenendum est; exinde enim reliqua facile jam perspicua erunt. Nam cum perfectum conditionali in enunciacione e lege et origine ad futurum exactum referatur, si quando tempora ab hęc diversa notanda sunt, ambiguitas quaedam sermonis oriri potest. Rarius quidem de rebus praeteritis conditio valet, neque antiqua lingua hebraea tempus hoc notā quadam a futuro exacto distinxit: sed in arabismo, ut omnia quae ad tempora modosque pertinent diligentius distincta sunt, ita hoc verbo **كَانَ** in subsidium vocato (cf. §. 202 sqq.) dilucidior evasit sermo hisce rationibus:

a) Ad perfectum vere *praeteritum* indicandum perfecto

كَانَ ita praepositur, ut huic solo diserta praeteriti notio insit (cf. §. 208 sqq.), ut **أَنْ كَانَ فَعَلًا** *si fecit*, **أَنْ لَمْ يَكُنْ فَعَلًا** *si non fecit*, Sur. 10, 17. 6, 34. 60, 1. Kos. chr. p. 148, 13 sq. 150, 5. In apodosi si simul praeteriti notio insignianda est, **وَ** perfecto praepositum sufficit, ut **أَنْ لَمْ يَكُنْ عَهْدَ الْبَيْتِ فَقَدَ عَهْدَ أَبِي** *si vobis non injunxit hoc, tamen mihi injunxit* Tab. p. 140, ult. cl. p. 244, 7. Sur. 4, 21. Quod idem **وَ** ob praeteriti notionem apodosin comitari potest, etsi protasis non ejusdem temporis sit, ut **أَنْ أَسْلَمُوا فَقَدَ أَهْتَدُوا** *si fidem praestabunt, jam a deo ducti sunt* (Sur. 3, 20. 5, 125. cf. 60, 1), quoniam id ipsum quod fidem praestant eos a deo duci jam coepisse indicat. Negativi loco et hic (§. 732) pro **وَ** venit **مَا**, ut **مَنْ أَشْبَهَ أَبَاهُ قَمَا ظَكَمَ** *qui (si quis) patrem suum refert, non peccaverit* Sur. 5, 76. Izzedd. av. p. 54, 4. Arabs. Fāk. p. 18, 15. Protasi insertum **وَ** actionem vix absolutam notat Henz. fr. p. 72, 4 sqq.

b) Ad *praesens* notandum nova haec placuit compositio, ut imperfecto e §. 206 ipsum praesens indicanti **كَانَ** praepo-

natur, quod perfectum structuram particulae conditionalis proxime excipiat, ut ^{أَنْ كُنْتُمْ تَحِبُّونَ اللَّهَ فَاتَّبِعُونِي} *si estis deum amantes* (s. amatis), *obsequimini mihi* Sur. 3, 31. ^{أَنْ كُنْتَ تُرِيدُ} *si vis* (hoc ipso, quo loquor, tempore) Tab. 158, 7. 160, 16. Taraf. M. 57. Paulo saepius apud sequiores scriptores, ut Arabs. Fâk. p. 9, 10 a f. 39, 21. 47, 5. Wakidi Aeg. p. 114, 9. Reperitur etiam participium adjunctum e §. 638, ut ^{أَنْ كُنْتَ رَاغِبًا} *si desideras*.

- 748 c) Eadem vero compositio cum ex §. 213, 1 diverso etiam sensu oriri possit, imperfecti conjunctivum exprimens, de conditione rei, quam futuram vix cogitare licet, usurpari potest, ut ^{أَنْ كُنْتُ أَقْدَمُ فَتَضْرِبُ عَنِّي} — (1) ^{أَحِبُّ إِلَيَّ مِنْ أَنْ أَوْسُرَ} *si in iudicium adducerer ut capitis poenam luerem* —, *gratius id mihi esset quam imperio praefici* Tab. p. 12, 11. Nec tamen id nisi raro dici coepit; seriores jam frequentius ita loquuntur ²).

- 749 Hoc ^{أَنْ} aequae ac omnes particulae ei aequales (§. 756–765) sine verbo finito proxime sequente dici nequit (cf. §. 667): adeo conditionis notio cum temporis notione ex huius linguae sensu cohaeret. Sed compositum ^{أَلَّا} *nisi* cum

1) Expectaveras hinc potius ^{كَانَ ذَلِكَ أَحَبَّ} *si*. Nam ut ab initio ^{أَنْ} legatur (ut adducar *gratius* mihi est), insertum ^{كُنْتُ} non permittit.

2) Ut Burckhardt *arabic proverbs* n. 132. — Similiter post ^{لَوْ} in apodosi reperitur ^{كَانَ} cum imperfecto v. infra §. 767.

semper ad negationem praeiviam se referat (alioquin fortius
 a negatione sejungendum est) et cum hac notionem ad-
 verbii tantum, solum praebeat, laxius et magis per se po-
 nitur, ut cujusvis formae enunciatio sequi possit (cf. dicta
 §. 737). Si vero verbum finitum proxime sequitur, vis stru-
 cturae conditionalis post إِ non minus intacta manet quam
 si إِنْ ipsum diceretur (neque enim Arabes sicut Latini nisi
 si dicere didicerunt). Semper igitur perfectum sequitur,
 ubi de re futurà et praesente agitur, ut $\text{إِنِّي وَاللَّهِ لَا أَدْعُ أَمْرًا}$
 $\text{رَأَيْتُ رَسُولَ اللَّهِ بِصِنْعِهِ إِلَّا صَنَعْتَهُ}$ *equidem per deum! rem,*
quam dei legatum facere vidi, non mittam, nisi per-
fecero! i. q. nisi si perfecero, ubi vis structurae clarissime
 elucet; cf. Tab. p. 14, ant. 20, 7. 8. $\text{لَا يَبْقَى أَحَدٌ إِلَّا خَرَجَ}$
nemo maneat nisi exierit i. q. sed exeat p. 42, 13. 116,
 11; vel ubi similiter ob rei temporis praeteriti vel praesentis
 durantis descriptionem nisi vis hujus إِ accederet imper-
 fectum haberes, ut $\text{لَا يَجْعَلُ لَكَ صِدْقًا إِلَّا قَسَمَ أَخَاهُ}$ *coepit*
feram non venari quin cum fratre suo divideret Ham.
 p. 95, ult. Abulf. ann. ant. p. 16, 2. 172, 5. Sur. 6, 4. Ubi
 de re simpliciter praeterità agitur, eàdem verbi formà utendum
 est, ut $\text{لَمْ يَصِبْ أَحَدًا إِلَّا هَلَكَ}$ *neminem petiit quin per-*
iret. Abulf. ann. ant. p. 200, 14. Tab. p. 12, 6. Plusquam-
 perfectum autem nostrum, ut alibi, per قَدْ distinguendum est,
 ut $\text{مَا شَيْءٌ كُنْتُ أَرَدْتُ أَنْ أَقُولَهُ إِلَّا وَقَدْ أَتَى بِهِ أَوْ نَزَادَ عَلَيْهِ}$
non erat, quam dicere volui, vox nisi ita, ut ipse jam
eam dixisset vel majora quoque protulisset Tab. p. 34, 17.
 Ante قَدْ hoc saepius وَ status (de quo v. p. 277 reperitur,
 quod tamen etiam sine قَدْ perfecto ad quemvis temporis cir-

culum translato praeponi potest, ut Abulf. ann. ant. p. 84, 4. Ante enunciationem status propriam, et ponere consultius est,

ut participio post subjectum sequente: ^{لَمْ يَشْعُرْ} — ^{إِلَّا} ^{وَالرَّاعِي}

^{ذَاهِبًا} — non scivit — nisi pastore descendente i. e. im-
proviso pastor descendit.

750

2) Alià ratione conditio, quam quis sumit, ex animi sui motu ita pronuciari potest, ut cogitari quasi jubeatur, v. c. *moriatur!* i. e. fac eum mori, s. *si moriatur*. Quà ex loquendi formulà factum est, ut *jussivus* §. 210 ad conditionem notandam frequentissime traductus sit. Praeponi quidem, si nihil aliud praecedit (§. 753), cum *jussivus* Arabibus

ab initio poni non possit (§. 630), saltem simplex ^{أَنْ} ^ع *semper* consuevit: sed id nisi orationis dilucidandae causà non accessit, tenendumque imprimis, conditionis notionem *jussivi* dictioni inesse. Ratio haec dicendi a priori ita quidem diversa est, ut conditionem magis e loquentis animo sumtam indicet, unde praesertim usitata est in conditionibus *disjunctivis* ^{أَوْ} ^ع ^{أَنْ} ^ع *sive* — *sive*; porro cum *vividior* multo sit et fortior dictio, non in postpositis conditionibus obvia est, uti nunquam post vocem ^{أَنْ} ^ع §. 749 invenitur, nec fa-

cile post ^{وَأَنْ} ^ع *etsi*, *quanquam* *jussivus* occurrit nisi in enunciatione praeposità (Sur. 6, 24); sed in protasi tantum, quae apodosin necessario requirat, *jussivus* suo loco est: quanquam cum colore magis quam sensu ultimo a priori differat, haud raro discrimen quod intercedat vix sentitur. Usu quoque haec illius simillima evasit. Nam apodosis *jussivum* seae formam protaseos totam imitatur, ut quo animi motu conditio pronuciata erat eodem consequentia; unde apodosis per se

protasi tam arcte juncta est, ut hic quoque ن apodoseos prorsus absit. Nec jussivus per se in apodosi ineptus est. Subjectiva enim, quam jussivus eloquitur, cogitatio proxime finem animi denotat (unde ل ut substitui potest, §. 210):

sed finis hic, cum conditio praecedat, ab hac ita pendet, ut

inde simul consequatur. E. c. $\text{اِنْ بِشَاءِ اللّٰهِ بَخْتِمَ عَلٰى قَلْبِكَ}$

$\text{وَبَخْتِمَ اللّٰهُ الْبَاطِلَ}$ si velit deus, obsignabit (i. q. muniet)

cor tuum, et delebit deus vanum; $\text{اِنْ تَبَدُّوا مَا فِى صُدُوْرِكُمْ}$

$\text{اَوْ تَخْفُوْا بِعِلْمِ اللّٰهِ}$ sive palam faciatis in animis recondita sive celetis, deus ea recognoscet. Sic jussivus et in protasi et in apodosi haud mutatus continuatur, si oratio unà

serie procedit vel inserto اَوْ sive S. 42, 33. ad initium redit: at si ad nova sermo deducitur, inserto ن ex §. 628 nactus ¹⁾ jussivo succedere potest, ut Tab. p. 244, 20 — 246, 2. Rarissime poeta quis in apodosi formam imperfecti raf'atam, non injustam illam per se, sed usui familiari contrariam retinuit, metri scilicet legibus coactus, ut Abulf. ann. ant. p. 124, 16.

Denique utraque ratio secundum protasin et apodosin ⁷⁵¹ vel componi potest, quanquam id rarius invenitur et poeti-

cum magis refert colorem, ut $\text{اِنْ يَكُنْ مِنِّىْ (2) دَنْىِْ اَجَابِىْ}$

$\text{اِنْ يَكُنْ مِنِّىْ (2) دَنْىِْ اَجَابِىْ}$ si terminus meus (mors) propinquus mihi erit, animo submisso me in pedes erigam etc.

1) Idem de quavis thesi conditionali valet, etiam post perfectum cum لَوْ Arabs. Fäk. p. 35, 3. 4.

2) Pro دَنْىِْ poetice, vel potius pro دَنْىِْ in prosa.

versus in Izzeddin av. et fl. p. 17, 1. مَنْ قَبَّ السَّيَّاتِ هَوْمِيْدٌ
 قَدَّ رَجْتَهُ *quem* (i. q. si quem) *a malis die illo libera-*
veris, ejus jam misertus es Sur. 40, 10. مَنْ كَانَ يُرِيدُ حَرْثَ
 الْآخِرَةِ نَزِدْ لَهُ فِي حَرْثِهِ *qui* (i. q. si quis) *vult* (praesens pro-
 pium ex §. 747) *vitae futurae campum colere, ei e culta*
fruges augebimus Sur. 42, 20. cf. Sac. anth. p. 75, 1-6.

752 Ceterum e dictionis hujus naturâ facile patet, **conditio-**
nem in protasi saltem non nisi de rebus futuris intelligi posse.
 Interim poetae in protasi de re praeteritâ ita loqui interdum
 instituunt, ut jussivo verbi كَانَ, quod vim dictionis excipiat,
 verbum praeteritû sensus postponant, ut أَنْ أَكْتُبَ بَرَدْتُ
 بِهَمْ غَلْبِي قَلَمٌ أَقْطَعُ بِهِمُ إِلَّا بِنَانِي *si iis* (interficiendis) *invi-*
diam meam sedavi, non amputavi in iis nisi mei ipsius
digitos i. e. mihimet ipsi noxam et dolorem intuli Ham.
 p. 96.

753 Jussivum in protasi non posse sine أَنْ praeposito dici,
 supra dictum est ¹⁾. Sed *imperativus*, qui indole et ori-
 gine suâ jussivi simillimus est, ut ubique ita hic quoque sui
 per se juris est, atque frequentissime ab initio ita praeponi-
 tur, ut deinceps, si sensus consequentiam aliquam fert, jus-
 sivus sequatur; de quo v. §. 732. Qui imperativi et jussivi
 nexus intimus illius conditionalis §. 750 simillimus est, ut
 nonnunquam utraque dictio fere eodem redeat, ut أَنْوَا

1) Rarissime tamen poetae mediâ in oratione أَنْ omittunt, quo per
 se non opus est; in apodosi jussivo ita فِي praest, v. versum
 poetae hispani in Ibn-Khacan ed. Weyers p. 48, 12.

بِعَهْدِي أَوْ بِعَهْدِكُمْ *servate vestrum foedus, ut servem meum*, cui, si minus vivide dictum velis, substituere possis *أَوْ — أَنْ تَوْفُوا* — *si servabitis* —, *ego servabo*; sed cave ne utramque dictionem confundas, et colore et sensu satis diversam; nam absonum est putare, *تَعَالُوا نَدْعُ* *agite! vocemus!* dictum esse pro: *si agitis, vocabimus*, ut uno exemplo rem absolvam. Ceterum imperativi locum alia interjectionalis dictio explere potest, ut *رُؤِبِدْ* (P. 1. p. 369) Ham. p. 56. Rarissime perfectum jussivi locum occupat, ut *Reinaud* mon. mus. T. 2. p. 444 in versu.

Pauca hic de apodosi omnium enunciationum conditionalium adjicienda sunt. Constat e supra dictis, apodosin, in cujus fronte aut perfectum aut jussivus protaseos redeat, tam arcte junctam esse, adeoque per se jam consequentiae notionem includere, ut *نِ* consequentiae nunquam praepo-754 natur. Sed quo majore vi id valet, eo constantius, ubicunque diversa instituitur apodoseos ratio, ne lacera maneat orationis compages, illud *نِ* inseritur. Variasque ita *نِ* interponi jubent causae: 1) si apodosis verbo omnino caret, ut *لَمْ يَتَّقِ اللَّهَ فَلَهُ عَذَابٌ عَظِيمٌ* *si deum non timebit, ejus est poena magna*, vel si verbum ab initio saltem poni nequit, ut si apodosis ab emphatico *أَنْ* incipit vel a *سَ* 1) et *سَوْنِ* §. 205, vel a *قَدْ* jam dicto, quae quamvis minimae sint voces verbo necessario praemittendae, tamen orationis formam prorsus inibent et mutant, ut *نِ* restituendum sit. Negationes proximae quidem *لَمْ* et *لَا*, cum ad verbum neces-

1) Rarius dictum, sed ex similitudine §. 753, hoc est: — *فَلْيَدْعُ*

سَدْعُ *advocet ergo suos auxiliares! advocabimus tum nos nostros* Sur. 96, 17. 18.

sario pertineant, compagem haud solvant: sed vel **كُنَّ** et **مَا** quod emphasin quandam inducunt, sine **نِ** locum tueri nequeunt ¹⁾. Ubicunque vero verbum ab initio poni nequit, pro perfecto et jussivo vulgaris exoritur dicendi modus, i. e. nisi aliud accidat, imperfecti modus raffatus, si, ut plerumque fit, de rebus in futurum tempus transeuntibus sermo est, ut **مَنْ نَكَثَ فَإِنَّمَا يَنْكُثُ عَلَىٰ نَفْسِهِ** qui (i. q. *si quis*) perjurus est, perjurus erit tantum contra se ipsum Sur. 48, 10. — 2) Si verbum, quamvis ab initio ponatur, non eo, quem in arctà illà juncturà tuiturum esset, sensu atque videtur. Ita si apodosin imperativus incipit, qui per se jam ob emphasin suam sine **نِ** stare non posset, ut **إِنْ حَاجُّوكَ فَقُلْ** si tecum disputent, dic Sur. 3, 20. 31; vel si perfectum sensu diverso dicitur, aut in votis (§. 710), ut **وَلَا قَرَمِيَّ اللَّهُ** sin minus, deus pupillam meam coecam reddat! aut sensu praeteriti temporis, si forte, quod rarius fit, **قَدْ** non est praemissum, ut **إِنْ كَانَ قَمِيصُهُ قَدْ مِّنْ قَبْلٍ** si tunica ejus prius rupta erat, verum dixit ea femina, cf. Ham. p. 69, etsi pro **نِ** dici potest **لَقَدْ** certe Kos. chr. 149, 12.; vel si praesens sequitur, ut **إِنْ أَبَيْتُمْ فَلَا أَرِي كُمْ رَأْبًا** si nolueritis, non video quid vobis consulam Tab. p. 110, 6. Similiter verba, quae non nisi in perfecto occurrunt, ut **عَسِي** p. 109, quia in adverbii notionem transeuntia flexionem sensusque facilem variationem amittunt, sine **نِ** dici nequeunt; multoque etiam minus **لَيْسَ** §. 479, quod vix tem-

1) Legitur tamen **لَنْ** sine **نِ** Tab. p. 216, antep.

742 descripta semper ita legitur, ut exinde conditionis notio per se pateat. Pertinent huc dictiones, in quibus quae cogitari possint, breviter disjunctive ita describuntur, ut aut

duo verba adsint, ut $\text{أنا الملك شئتُم أو أبئتم}$ *ego sum rex,*

sive velitis sive nolitis Izzedd. av. p. 112, 10, سواء غابوا أو

حَضَرُوا *par i. e. nihil refert absentes sint praesentesve* Araba. Fäk. p. 87, 12; aut unum verbum, quo solo opus est, quo magis oppositio eluceat, mediae seriei inseratur, qualis est

$\text{غريبًا كان أو قريبًا}$ *peregrinus fuerit aut vicinus, i. q. sive per. f. sive vic.* Koseg. chr. p. 84, 8. Not. T. 8. p. 345, 2

Ham. p. 91, 12. Sac. anth. p. 10, 15; ubi tamen سواء praepositur, verbum praeponi potest, ut Sac. anth. not. p. 50, 4. nec nisi serius, quantum scio, سوا haud praemisso, verbum praepositur, ut Sac. anth. p. 474, 7. Interdum alterum tantum, quod cogitari possit, priori jam sine conditione proposito, ita adju-

gitur, ut statim أو *aut* adjecto forma sermonis conditionalis ordiatur, ut أو أنكرت *aut nolueris, i. q. nisi forte nolis, ut* Sac. anth. p. 93, 4. 164, 2. Hic, si orationem in apodosi quadam continuare placet, في consequentiae omitti nequit; potest tamen, ut in apodosi, perfectum sequi ejusdem cujus in thesi notionis.

757

2) Vicinae sunt enunciationes generales, a pronomine

relativo personae vel rei introductae, igitur a مَنْ *quis et ما*

quid, eorumque derivatis, ut كَمَا مَهْمَا *quicquid* §. 487,

quodcunque, nec non similibus pronomibus أَيُّ أَيُّ *quicunque* §. 723^b; quae sequuntur voces adverbiales notionis

ejusdem, ut كَيْفَ vel كَيْفَمَا quomodo, اَيْنَ vel اَيْنَمَا أين,
 حَيْثُ et حَيْثَمَا ubi, quod ex enunciationis hujus vi jam notat
ubicunque. Omnia haec proxime e §. 742 perfecto jungun-
 tur, ut id quod re verà nondum est, mente tamen jam ut
 factum praeteritumque concipiatur; sed si mente tantum
 jam factum cogitatur, eo ipso rei ratio et eventus conditio-
 nibus subjicitur, nec de unà re, quae fiat, vel facta sit, co-
 gitatur, sed de quavis hujus generis, quae fieri possit; unde-
 vis sententiae maxime generalis oritur. Haecque ipsa per-
 fecti junctura continui usus est, si enunciatio hujuscemodi
 orationi subjungitur, ut لَيَنْظُرَ مَنْ شَاءَ ut videat qui volue-
 rit i. q. quicumque velit, لَا يَجْسُرُ أَحَدٌ كَائِنًا مَنْ كَانَ عَلَيَّ non audebit ullus, ut sit quisquis fuerit (v. sit) etc.
 Henz. fr. p. 54, 1. Kos. chr. p. 128, 2. أَمْرًا أَنْ يَبْلُغَ عِنْدَهُ امرنا أن يبلغ عنده
 جُئْتُكُمْ بِمَا نَزَّلْنَا فِيهَا مِنْ آيَاتِنَا أَنْ يَرَوْنَ نَجْدَةً jussit nos mandata ab eo iis re-
 nunciare, penes quos virtutem viderimus seu potius e la-
 tino contextu *vidissemus* Tab. p. 58, 10. تَقُولُ مَا قُلْتَ مُتَكَنًّا quod dices, quae dixeris i. q. quaecunque dicas, *fiduciam plenus*
 p. 10, 1. Sur. 4, 3. 6. يَأْخُذُ بِأَحَدٍ مِمَّا أَمَكَّنَهُ مِنَ الرِّبَاحِينَ capit
 quotquot potuerit (v. potest), *herbas odoriferas* Abulf. ann.
 ant. p. 8, 8. 172, 2. هِيَ عَامَّةٌ فِي كُلِّ دَلِيلٍ يَسْتَدَلُّ بِهِ مِنْ أَيِّ عِلْمٍ هي عامة في كل دليل يستدل به من أي علم
 كَانَتْ haec (methodus) *complectitur omnia quibus probatur*
argumenta, e quocunque scientiae genere fuerint (v. sint)
 Sac. anth. p. 474, 9. 10. اقْتُلُوهُمْ حَيْثُ وَجَدْتُمُوهُمْ interficite
 eos ubicunque eos inveneritis, هُوَ مَعَكُمْ أَيْنَمَا كُنْتُمْ is est

vobiscum, ubicunque sitis Sur. 57, 4. امرهم بالسجود للبقر

jussit eos boves adorare, ubicunque eos conspicerent; de كَيْفَمَا v. Schult. monum. p. 56, 17. Nota eodem referendam esse structuram conjunctionalis ما, ut: per-

maneto ما اقمتم quod (temporis) = quam diu permanseris (vel permanebis) §. 198, et rarius dictum: timete deum

ما استطعتم quod i. q. quantum potueritis (vel potestis) Sur. 64, 17.

758 Si enunciatio hujus generis protasin efficit, ea est ejus virtus, ut apodosin quoque e sua vi constituat. Igitur si in protasi perfectum est, idem ex §. 744 in apodosi redire potest, eodemque prorsus quâ supra expositum est ratione.

V. c. من كتم سره بلغ مراده qui arcanum suum abscondet,

ad finem suum perveniet. Potest vero protasis jussivum quoque exhibere ¹⁾, ut apodosi ejusdem prorsus, quod §

750 descriptum est, generis sit, ut من بعث عن ذكر الله نقبض

quicunque se a commonitione dei avertat, ei

Satanam adjungemus, من يطع الله يدخله الجنات

quicunque deo obediverit, eum in paradisum ducet, ما تفعلوا

quicquid boni faciatis, novit id deus, الله

من يصب في قومه بمثل الذي أصبت به في قومي إلا ساءة ذلك

1) Nam jussivum in enunciacione simplice (seu eâ quae nec protaseos nec apodoseos naturam fert) stare posse, nec Sur. 57, 21. mihi probare posse videtur: nam et ibi protasin agnosco.

qui in gente sua malis ejusdem generis, quibus ego in meo, affligitur, nonne male eum habuit? Tab. p. 222, 7.

أَيْنَمَا تَكُونُوا بِدَرِكِكُمُ الْمَوْتُ *ubicunque sitis, assequetur vos mors* Sur. 4, 77. *ni* autem consequentiae e legibus §. 754

accedit, ut مَنْ يَفْعَلْ مِنْكُمْ فَعَدَّ ضَلَّ *qui id vestrum facit, erravit* Sur. 60, 1. 6. Ante interrogationis vocem hoc *ni* abesse potest, ut Izzedd. av. p. 55, 2 sq.

Sed quanquam in his dicendi ratio eadem prorsus est 759 quae in enunciationibus mere conditionalibus, non omnia tamen hic eadem vi valent. Ita reperias quidem كَانْ cum imperfecto praesentis notione post مَنْ hic illic usitatum (ut Sur. 4, 133. 60, 6. Izzedd. av. p. 55, 2), at praeteriti temporis notatio peculiaris §. 746 hic usu non venit. Unde simplex perfectum etiam notione temporis proximam obvium est, ut

كَانَ مِمَّنْ حَضَرَ إِبْرَاهِيمَ *ex iis qui praesentes fuerunt, erat Ibrahim.* Porro etsi saepius perfecto futuri in enunciatione negativam كَمْ cum forma g'ezmatam respondet, tamen etiam sublatam dictionis vi propria imperfectum ¹⁾ cum *y* reperitur, ut مَنْ وَعَى *qui collegerit* et مَنْ لَا يَعْجِي *qui non colligit* Tab. p. 10, 8. 9. Denique *ni* apodosis per se positae et ibi nonnunquam accedit, ubi e §. 754 apodosis eo caret, ut مَنْ يَوْمِنِ يَرْبِيهِ فَلَا يَخَافُ بَخْسًا وَلَا رَهَقًا *qui domino suo fidem habet, non timebit damnum nec detrimentum.*

3) Denique sunt particulae temporis aliquot, quibus si- 760 milia accidunt. Has inter frequentissima est et simplicissima

1) Nam ex §. 696 not. perfectum ita cum *y* dici nequit.

إِذَا *quando, cum, quam* similiter ac أَنْ *perfecto* jungi p. 282
 dictum est. Ita: إِذَا *quando* الْجُجُومُ طَمَسَتْ وَإِذَا *et si* السَّمَاءُ فُرِجَتْ
stellae oblitteratae fuerint vel erunt, et si coelum
disruptum Sur. 77, 8. 9. إِذَا *ne despera, etsi studium sit*
 لا تَبْأَسْ وَأَنْ *longum, cum vel si patientiam in auxilium vocaveris,*
 طَالَتْ مُطَالَبَةٌ إِذَا *te visurum esse gaudium* Ham. p. 522; أَنْ *in*
 كُنْتَ رَاغِبًا فِي إِذَا *si chalifatum appetis, ego ab eo recedam ubi ad eum*
 الْحِلَافَةِ أَبَيْتُ أَنَا مِنْهَا إِذَا *evocatus fuero, atque primus ero qui tibi fidem sponde-*
 دُعِيتُ إِلَيْهَا ثُمَّ كُنْتُ أَوَّلَ مَنْ يَبْأِيْعُكَ *bit;*
 إِذَا *cum inimicus eorum* أَدَّكَ إِذَا *consilium suum adepturus esset, si eum contra illos juvisset*
 كَانَ عَدُوَّهُمْ يَنْالُ — إِذَا *(Ham. p. 97, 6 a f.), ubi vel hypotheticae thesi* إِذَا *post-*
 إِذَا *poni vides. Sentisque simul, quantum sit inter* إِذَا *temporale*
 إِذَا *et أَنْ conditionale discrimen, in nostris linguis vix ita per-*
 إِذَا *spicuum atque constans. Sumit quidem et* إِذَا *rem vere fu-*
 إِذَا *turam ut perfectam vel ut transactam mente cogitandam:*
 إِذَا *sed ita, ut conditionem per se non praescribat. Sed sicut*
 إِذَا *simplicis imperfecti notio non ad tempus tantum vere futu-*
 إِذَا *rum, sed ad praesens quoque et praeteritum, si actio in iis*
 إِذَا *durat, continuo transfertur (§. 206 sqq.), ita* إِذَا *ad eundem*
 إِذَا *temporis circulum pertinens in oratione de tempore praesenti*
 إِذَا *et praeterito durante non minus perfecto junctum frequen-*
 إِذَا *tatur: nam sicut in simplice re futurâ hoc* إِذَا *terminum tem-*
 إِذَا *poris futuri transilit id pandens quod mente tantum nostrâ*
 إِذَا *actum videmus, ita ubi de re durante vel repetitâ agitur* إِذَا *terminum aperit, quando res haec usu venire possit. Pote-*

stas ejus semper est per se unica constansque, sed e temporis, in quo cogitatio versatur, ratione varia, quamquam semper e contextu satis dilucida. De praesente v. c.

أَ إِذَا مَرَّ بِهَيْمِ النَّبِيِّ *surgunt adorantes, si*

transit (proprie ubi transierit) propheta; إِذَا نَارَقَتْ طَرَابُلُسَ

ubi reliqueris vel si relinquis

Tripolin, non pervenis ad urbem nisi post dies aliquot.

De praeterito patet formam hanc dicendi non posse occur-

rere, nisi ubi de statu, conditionibus vel moribus, qui tem-

pore praeterito fuerint, oratio agit. Isque usus latissime

regnat, v. §. sq. Ceterum post إِذَا, uti in omnibus hujus-

modi thesibus, perfectum ex hac vi per plura verba conti-

nuari potest, donec forte impedimentum aliquod orationis

seriem aequabilem ita inhibeat, ut simplex verbum finitum,

id vero est imperfectum, restituatur, cf. Sur. 69, 13-18.

Jam quamvis إِذَا non conditionem per se ponat, tamen 761

cum e mente loquentis solà tempus definiat remque condi-

tionibus subjiciat, proxime ad conditionalis particulae اِنْ

structuram vimque accedit 1). Nam si protasin quandam

efficiens praecedat, id quod frequentissime fit, enunciationem

quoque sequentem ut apodosin sibi subjicere studet; unde

plerumque perfectum in apodosi sedem habet, neque ibi in-

terest de quali tempore agatur. Et si forte oratio inde ab

apodosi longius deducatur, perfectum usque continuari solet,

donec aut structura prorsus mutetur, ut si verbum postpo-

nitur, aut sententia nova ordiatur; unde perfecti in apodosi

vis mox uno verbo absolvitur, mox per duo, tria vel quatuor

1) لَمَّا quod pro إِذَا poni videtur Sur. 10, 13, magis tamen tempus simplex (*postquam eum liberavimus, abiit*) ponere puto, ceterum structuram haud mutatam.

verba integra manet. De praesente v. c. بِمَوَدِّ بِأَيَاتِنَا الَّذِينَ
 إِذَا ذَكَرُوا بِهَا خَرُّوا سُجَّدًا وَسَبَّحُوا بِحَمْدِ رَبِّهِمْ وَهُمْ لَا يَسْتَكْبِرُونَ
credunt signis nostris ii, qui ubi de iis commoniti fue-

rint, procidunt adorantes laudemque domini sui cele-
 لِذَا رَأَوْا تِجَارَةً أَوْ لَهْوًا انْفَضُّوا إِلَيْهَا
brant, ipsi haud superbientes
ubi mercaturam ludumque vident, ad ea se dispergunt

Sur. 32, 16. 62, 11. De praeterito: إِذَا بَقَرْتُمْ
 لَذَكْرٍ وَمَنْ يَقْرَأْهُنَّ إِذَا

جَاءَ اللَّيْلُ جَعَلْنَا جَمِيعَ مَا لَنَا فِي سَرَادِيبَ لَنَا فِي دُورِنَا وَلَا فَتْرُكُ
 كَأَمْ مِمَّنْ نَقَلْنَا فِيهَا كَلِمَاتٍ لِيُحَدِّثَ عَلَيْهَا وَلِيُبَيِّنَ لَكُمْ
 وَتَضْحَكُوا وَلَا تَمَنَّوْا عَلَى الْمَنِّعِينَ وَالْمَنِّعِينَ عَلَيْهِمْ
 وَتَضْحَكُوا وَلَا تَمَنَّوْا عَلَى الْمَنِّعِينَ وَالْمَنِّعِينَ عَلَيْهِمْ
 وَتَضْحَكُوا وَلَا تَمَنَّوْا عَلَى الْمَنِّعِينَ وَالْمَنِّعِينَ عَلَيْهِمْ
memini nos *Ka-*
vini degentes, ubi nox adveniret, omnia nostra in cel-
lis quas in habitaculis habebamus condidisse nihil in
terra relinquentes, et ubi lux affulgeret retraxisse Sac-

chr. 1. p. 46, 10 sqq. Ham. p. 416. Confer et hoc: جَعَلَ

يَلْبَسُ الْقَمِيصَ مَكَانَ السَّرَاوِيلِ وَالسَّرَاوِيلَ مَكَانَ الْقَمِيصِ فَإِذَا
 نَالَ

coepit indusium loco femoralium induere

et vice versa; ubi vero rogaretur de hoc, dicere solebat

etc. De praeterito ubi agitur, ab initio totius sermonis

كان ad sensum elucidandum saepe praefigi §. 208 dictum

est; sed vel ubi اذا proxime post كان occurrit, in apodosi

imperfectum, quod per se ad كان pertinet, in perfectum ab-

ire potest, ut إِذَا حَجَّ حَجَّ مَعَهُ مَعَهُ

si peregrinationem

sacram instituit, eandem cum eo centum instituere so-

lebant, كان سِبْوَئِهِ إِذَا وَضَعَ شَيْئًا فِي كِتَابِهِ عَرَضَهُ عَلَيَّ

bat Sibavaihi, si quid in libro suo conscripserat, id mihi

examinandum tradere. Interim lex apodoseos non adeo sibi jam constat, ut semper perfectum in eâ redeat; nam passim imperfectum in apodosi mansit, praesertim si كان illud modo praecessit, ut *si quem* كان اذا وجد رجلاً منهم يقول له *ex iis reperit, ei dicere solebat*, cf. Abulf. ann. Musl. 1. p. 198, 11. Sac. chr. 1. p. 16, 4. 39, 1. 71, 11. Sur. 63, 4. Cujus simile hoc est, quod negativa thesis in apodosi passim quidem per لم cum formâ g'ezmatâ e §. 743 exprimitur, ut اذا القوم قالوا من فتى خلت انى عنيت فلم اكسل ولم اتبلد *ubi tribus quaerit, quisnam vir? me innui puto, nec segnus sum neque iners* Taraf. M. v. 42, uti e lege fit proxime post اذا in protasi, ut اذا لم يصح احمج ثلثمة رجل *si quando iter sacrum non suscepit, trecentos viros id suscipere jussit, at frequentius imperfectum cum y* (cf. §. 759) mansit ratione simpliciore, ut اذا غضب لا يبالي من قتل *si quando succensuit, non curabat quemcunque interficeret* (de من v. §. 757) Abulf. ann. Musl. 2. p. 176, 1. 1). Saepe etiam in apodosi sermo post levem pausam in imperfectum redit, ut كان اذا صلى حمد الله وجمدة ودي ثم يقول *si preces fundebat, solebat deum laudare et concelebrare prophetamque invocare, tum dicere* T. 2. p. 76, 17. — Neque ى apodosi hic praefigitur, nisi ubi ex §. 754 eo careri nequit, ut Ham. p. 522, 4, ubi poeta cum nomen in

1) Rarius proxime post اذا et ante لا cum imperfecto inseritur كان, quod vim perfecti ferat, ut اذا كنت لا مخاطب زيداً *si Zaidum non alloqueris* Sac. anth. p. 160, 5.

apodosi praeponat, *ن* hoc carere nequit. Etiam ante *y* apodoseos *ن* esse potest, ut *اِذَا قَطَعْتُ فَلَا أَقُولُ إِلَّا هُوَ* loquor, non dico nisi Ille (deum), ubi tamen *y* ob *y* sequens fortius pronunciatum hoc *ن* induxisse videtur, Izzedd. av. p. 14. 15.

اِذَا facile patet etiam ponendum esse, ubi *رَبِّ* vel *و* cum genitivo praepositum de re frequenter facta agi notat (§ 521), ut *وَنَدْمَانٍ يَزِيدُ الْآلَسَ طِيبًا سَقِبْتُ إِذَا تَعَوَّرَتِ الْجُومُ* saepe convivae, qui poculi odorem suavem augebat, potum dedi cum stellae occidissent. — Ipsum autem *رَبِّمَا* § 485 saepe rem fieri notans, etsi ad praesens tempus spectat, tamen perfecto proxime jungitur; nam cum proprie notet: saepè (fit) ut fecerit, *مَا* ex cogitato tantum perfectum ponit, similiter ac vidimus in aliis §. 757. Agiturque semper de re praesente, ut *رَبِّمَا سَمِعَ السَّمِيعُونَ* saepe audiunt auditores Sac. chr. 1. p. 135, 7. T. 2. p. 133, 9. not. p. 22. anth. p. 165, 15. Kâm. p. 1982, 15 etc. et similiter *قَلَّمَا* raro aliquid fieri notans Not. T. XII. p. 398, 3 cl. p. 267, 2; sed usu venit vel post *أَخْتَشِي أَنَّهُ* *timuit ne*, ut in futurum tempus spectet, Arabs. Fâk. p. 34, 18 sqq. Potestque perfecti vis ac structura per plura verba manere: at novo quodam impetu sumto vel ubi quid ne verbum praecedat impedit, continuo simplex forma temporis, i. e. imperfectum redit. Raro autem imperfectum proxime post *رَبِّمَا* invenitur, ut Abulf. ann. ant. p. 172, 9 (ubi *رَبِّمَا* duplex sibi oppositum notat *interdum — interdum*), Arabs. Fâk. p. 34, 4. 41, 20. 62, 13. 73, ult. 86, 16. 93, 10. 12. 23. 25, ubi ex rariore usu *fortasse* notare videtur.

Rarissime autem **إِذَا** proxime imperfecto jungitur, quae unctura non e sensu temporis falsa, sed minus distincta et incuta est. Neque id conspicitur nisi apud poetas metri gratià licitum, ut Tab. p. 124, ult. Caab b. Zohair v. 48. Amruī M. ed. Kos. p. 6, 5. Sac. chr. 1. p. 81, 9. T. 3. p. 5, v. 21. Ham. p. 39, 12. 40, 7. 188. 383, f. bis. ubi plerumque **إِذَا** tempore non praeterito, sed praesenti orationem agere videbis. Praeter poetas idem in Korano passim occurrit, ut in apodosi etiám ex ratione vulgari perfectum sequatur, quod nec minus poetis facere licet; observes tamen imperfectum ita praesentis notionem tueri, ut **إِذَا تَتَلَّى عَلَيْهِمْ آيَاتِنَا**

قَالُوا ubi iis signa nostra praeleguntur, dicunt Sur. 10, 16. 42, 29. 45, 25. 46, 7. 83, 13. etc. et ob rhythmum finalem 91, 4. 92, 1.

Ceterum cum **إِذَا** hujus notio conditionali admodum sit **763** vicina, non mirum, quod interdum etiám disertius, ubi id aptius e re, ipsa conditionalis dicendi ratio substituitur, ut de re praeterita: **أَنْ أَحْصَبُوا أَجَارُوا عَلَيَّ ثَمَارِهِمْ** si herbarum copid abundarent, in fruges eorum incurrere solebant Tab. p. 152, 7-9. Imo in aliis linguis in talibus semper conditionalem dicendi rationem valere observare licet ¹⁾; Graecis tamen **إِذَا** magis sonaret *ὄταν* quam *εἰ* vel *ἐάν*.

Praeter hunc usum particula **إِذَا** perfecto juncta saepe **764** cum **حَتَّى** donec componitur, ut p. 283 explicuimus. Duo tamen hic uberius exponenda sunt. Primum cum **إِذَا** hic rursus e mente tantum loquentis temporis instantis terminum ultimum proponat, perfectum non per se, sed e nexu tan-

1) Ut in germanicâ, et hebraeâ, ubi semper **DN** reperitur, cf. gramm. hebr. cr. p. 55 sq.

tum ad certum temporis circulum pertinet; nec tantum ubi de re temporis praeteriti durante (ut §. 760-762), sed etiam ubi de simplice actione praeterita agitur, *إِذَا* sic stare potest. De praesente v. c. *أَجْرِي حَتَّى إِذَا أَنْتَهَيْتَ الْمَدِي* *curro*

donec finem assecutus fuero; de praeterito: *إِذَا خَرَجَا حَتَّى*

exierunt, donec Sanaam pervenirent Sur. 3, 152; Tab. p. 160, 15. 190, 10. 226, 3; ut tamen plusquam-

perfectum distinguatur, *قَدْ* perfecto praeponitur; *مَا شَعَرْتُ*

proprie nihil suspicatus sum donec Asvad jam domum intraverat i. e. nihil me suspicante jam intraverat p. 70, ult. Deinde hoc *إِذَا* simul recenti hac vi efferi potest, ut protasin formet, apodosi e ratione supra descripta sequente ¹⁾); redeuntque hic omnia quae supra de apodosi ad *إِذَا* pertinente dicta sunt. De futuro v. c.:

die quo e quavis gente haud credentium copiam colligemus, إِنْ جَاءُوا قَالُوا كَذَّبْتُمْ بِآيَاتِي *tum impellentur, donec, cum venerint, dicet (deus): fidemne non habuistis signis meis?* Sur. 72, 23. De praesente v. c.:

ille est, qui vos terram marique itinera facere sinit *كُنْتُمْ*, *donec cum in navibus sitis* *(وَجْرَيْنَ)* *vento secundo laetenturque* *(وَفَرِحُوا)*, *ventus violentus eos adori-*

1) Similiter ut vidimus vocem *إِلَّا* pro latino *nisi si* poni §. 749.

2) Oratio a secundâ personâ, quae proxima omnino hic erat, cum imagini tantum remotiori instet, in tertiam transit, uti frequenter fit in Korano, nec tamen prorsus temere. Similiter in locis V. T. poeticis.

ur (وجاءهم) fluctusque eos undique invadunt (جاءتهم) periculis circumdatos effugere non posse; clamant (دعوا) ad deum etc. Hucusque vim perfecti in apodosi infractam vides; alio tamen jam impetu sumto oratio pergīt: فلما انجبتهم اذا هم يبتغون at postquam eos servavit deus, en injuste agunt denuo etc. Sur. 10, 23. 24 et 25.

De praeterito denique: فخرج حتى اذا دنا سمع donec, cum prope venisset, audiret Tab. p. 156, 20. 158, 17. 164, 8. 168, 15. 170, 19. 196, pen. 218, 8. Sur. 6, 43. 10, 89. Atque hic particulae اذا cum حتى nexus solus, ut اذا ad rem simpliciter praeteritam semelque factam transferatur, patitur; aliās enim, ubi اذا perfecto junctum de tempore praeterito dicitur, semper de re durante agitur.

Cum اذا saepe proxime ad notionem conditionalem accedat, parum abest, quin in protasi positum etiam voculae ان instar e §. 750 jussivo jungatur. Sed cum frequentissima haec particula proxime tamen e temporis notione procedat, id rarissime nec nisi poetae sibi indulserunt, ut واذا تصيبك et cum paupertas tibi accidat, patiens esto; et jussivo in apodosi solā posito Izzedd. av. p. 62, 4.

At متى quando p. 282, cum rarius obvium sit, utramque structuram imitari potest; in prosā e lege perfecto jungitur, eādēque fere notione et vi indutum ac اذا, nisi quod, ubi temporis remotioris vel rarioris notio paulo magis, quam per اذا fit, insigniēda videtur, ibi متى praefertur, ut كتب اليهم

ظَفَرُوا بِدِي بِأَمْسَاكِهِ مَتِي *jussit eos per literas eum prehendere, quodcumque eo potiti essent* Abulf. ann. Musl. 2

كَانَ مَتِي أَرَادَ p. 314, 17. 1. p. 132, 11. 12; de praeterito: خَلَعَ طَاعِنَهُ تَحَلَّ الْبَرِيَّةِ *quando obsequium ei praestare nolebat, in desertum abire solebat* Sac. chr. 1. p. 42, 10, cui dictioni hoc saltem exactius dictum inest, eum interdum tantum obsequium praestare noluisse. Poetae tamen ubique مَتِي jussivo jungere sensuque latiori dicere possunt, ut

مَتِي تَحْرُكُهُ تَحْرُكُ جِبْفَةٍ *quando eum moves, moves cadaver* Taàlibi c. 79. Taraf. M. v. 37. 47 cl. v. 46-48, ubi, quomodo مَتِي ab ان leviter differat, apparet. Denique كَلَّمَا

مَهْمَا §. 487 *quotiescunque* eodem prorsus quo modo junguntur, ut in prosà perfectum e lege sibi subjiciant; et كَلَّمَا quidem magis in narratione praeteritae rei, مَهْمَا contra, quod omnes, quotquot tibi cogitare velis, vices ponit, potius in actione praesenti versatur, ut كَلَّمَا أَتَاءُ

سَوَدٌ شَيْءٌ مِّنَ الْوَحُوشِ افْتَرَسَهُ *solebat, quotiescunque bestia quaedam ad eum veniret, eam devorare*, Sac. chr. 1. p. 6, 8 sqq. Lokm. 6. et 22, ubi in praesenti obvium est; مَهْمَا اِعْتَرَفِي

سَوَدٌ فَلَئِنْ اِعْتَرَفْتَنِي إِذَا غَضِبَ *dixit diabolus: quotiescunque hominis filius me effugiat, at si irascitur haud effugiet!* Taàlibi c. 73. — De apodosi hic ubique idem valet,

quod supra de اِنْ vidimus.

3. Praeter haec omnia diversi prorsus sensus conditio-

nalis enunciationes particulae ^{لَو} 1) ope formari possunt. Quà particulà id sumitur, quod optamus tantum, quod igitur *haud adesse* scimus vel non facile eventurum esse putamus. Hinc ^{لَو} non simplicem conditionem notat, quà, utrum res sumta vere adsit necne, non curamus, sed *hypotheticam* s. eam, quà rem non adesse loquens se scire indicat. Nostris in linguis notio haec facile optativo vel conjunctivo exprimi potest: at in semiticis, quae modis hujusmodi primitivis carent, vis illa cur non verbi formae, sed particulae potius peculiari indita sit, facile apparet. In multis quidem haec conditionis formula priori est similis: in aliis autem dissimillima. Summum, quod intercedit, discrimen in apodoseos formà vertitur: apodosis enim saepissime a ^ج *perfecto* (§. 496) 2) orditur; quae fortior loquendi jungendique ratio facile dilucida est, modo ^{لَو} primitus votum exprimere, itaque interjectionis vi praeditum fuisse, teneas.

1) Verbum, si omnino accedit, e §. 742 *perfecto* effertur, quo actio ut jam perfecta et ibi cogitetur, ubi reverà nondum accidit. In apodosi ex §. 743 idem perfectum redit, ut ^{لَو تَرَكَتَ ذَلِكَ لَكَانَ أَنْفَعَ} *si relinqueres hoc (quod haud facturus videris), id utilius esset, ولو ألقي* etsi injiciat Sur. 75, 16. Interim ut rei cogitatae tantum notio dilucidior sit,

1) De cujus origine mihi nunc ita statuendum videtur, ut e stirpe pronominali *el* vel *la*, *lo* derivetur notans gr. *ὥς*, lat. *utinam*; nam interjectionale quid ei semper inhaeret. Voti igitur notionem primam habemus. Si quis graeca *ei*, *εἴθε* conferens ^{لَو} primitus conditionem simplicem, deinde votum exprimere putet, id satis proclive videri concedo: sed non facile cum structurà hujus ^{لَو} conciliari posse credo.

2) Ut in hebr. ^{כִּי יַעֲרֶה}, ^{כִּי} v. gr. et. hebr. p. 663.

ia apodosi laxius posità vel in protasi quoque ex §
 213 لو كَانَ الْبَنُونَ cum imperfecto componi coepit, ut كَانَ الْبَنُونَ si filii essent tres, quota eorum portio futura esset? cf. Moham. b. Mus. Algebra p. 72, 1. Sac. anthol. p. 157, 14. et p. 65, 15; et in protasi ita, ut in apodosi perfectum sequi possit, poetice Kos. chr. p. 129, 6. Contra autem وَلَوْ كَانُوا لَا يَعْقِلُونَ etsi essent non intelligentes (intelligunt autem) Sur. 10, 42. 43. 5, 90 magis praesens durans cum negatione insignit. Perfecti loco in poetis eorumque imitatore Korano haud raro imperfectum adhibitum reperias, praesentis scilicet magis durantis notionem tenens: nec negandum, simplex praesens sufficere posse, cum summa locutionis vis in solo لو sita sit: sed idem in vulgari sermone haud invaluit; soletque in apodosi saltem perfectum manere. V. c. لو نَعْلَمُ قِتَالًا لَاتَبَعْنَاكُمْ si pugnare sciremus, vos sequeremini Sur. 3, 168. لَوْلَمْ يَعْلَمُوا أَن لو nonne sciunt, nos si vellemus, eos ob peccata sua punituros esse? ubi in apodosi, nisi a vi vocis لو penderet, haud dubie post أَن imperfectum futuri temporis loco positum esset. cf. Sur. 43, 58. 47, 30. 56, 72. 78. 102, 5. 6 (ubi in apodosi modus emphat.) Kos. chr. p. 142, 3. Izzedd. av. p. 23, 14. Ibn-Khac. p. 33, 2, ubi apodosis, quae cogitari posset, cum perfecto praeposita est. In apodosi autem imperfectum praesentis loco dictum, etsi non vetitum est (cf. Izzedd. av. p. 37, 6. 7), tamen raro invenitur. Ceterum quamvis لو de rebus praesentis temporis in arabismo multo quam in hebraismo frequentius dicatur, nunquam tamen a vulgari أَن non distinctum est; et si quando

pro **لو** etiam **ان** dici possit (ut Taraf. M. v. 41, ubi scholiasta **ولو** ponit pro **وان**), tamen id ita fit, ut **لو** saltem non minus e mente loquentis probari possit.

2) De *praeteritâ* re saepissime locutio haec hypothe- 768
tica occurrit; nec primitus id cum in protasi tum in apodosi aliâ ratione dictum est quam simplici perfecto, ut utrum de re vere praeteritâ sermo sit, e sensu solo appareat, ut **لَوْ هَدَانَا اللَّهُ لَهَدَيْنَاكُمْ** *si deus nos direxisset*, (sed non direxit), *certe nos vos direxeramus*; sine **ل** in apodosi Tab. p. 42, 7; invenias etiam **لو** in enunciatione subjunctâ, ut **هَمْ يَتَّقِلُهُ لَوْ رَجَدَ أَمْرًا جَلِيًّا** *meditatus est de caede ejus* (i. q. statuit eum interficere), *si causam apertam invenisset* (sed nondum invenerat nec certus erat num inventurus esset) Tab. p. 228, 5. Didicit quidem jam arabismus hîc quoque praeteriti notionem adjectis vocibus idoneis dilucidare: nam potest jam perfecto **قَدْ** praemitti, ubi apodosi similiter a **لَوْ قَدْ مَاتَ أَمِيرُ الْمُؤْمِنِينَ لَقَدْ بَايَعْتُ فَلَانًا** incipere potest, ut *si princeps fidelium mortuus esset, jam alicui fidem sponderam* Tab. p. 8, 17. 10, 14 (ubi **لَقَدْ** deest). 12, 6. Koseg. chr. p. 106, ult.; ubi in apodosi simplex **ل** est sine **قد**; aut **كان** praeponitur, quod ex §. 746 praeteritum indicat, ut in apodosi aut simplex perfectum sequatur, ut Ibn-Khac. p. 24, pen. aut dilucidius ipsum hoc **كان** denuo ponatur, ut **لَوْ كَانُوا عَرَفُوهَا لَمَّا كَانُوا صَلَبُوا رَبَّ الْمَجْدِ** *si id scivissent, haud occiderant gloriae deum*; saepius compositum hoc in apodosi solâ reperitur, cujusmodi hocce est: **لَوْ لَوْلَا كُنَّا هَلَكْنَا** *nisi is (fuisset), perieramus* Koseg. chr.

p. 79, ult. 89, 5. 6. Ubi simul de re durante agitur, imperfecto contra utendum, ut **لَوْ كُنَّا نَسْمَعُ أَوْ نَعْقِلُ مَا كُنَّا** si audivissemus vel sapientes fuissemus, non essemus in Orco Sur. 67, 10. 5, 113. Sed omnes hae voces neque ubique neque necessario adjiciuntur, sed ibi demum adjiciunt, ubi iis maxime opus videtur: frequentissime contra nudum perfectum ponitur. **أَوْ** tamen actionem magis vicinam vel celerem notat. Cave autem ne huc referas Tab. p. 142, 1: *si occasio mihi offerretur* **وَأَعْلَمْتَهُ فَاتْتَنِي** *quae si chalifam certiore facerem me effugitura esset*, ubi imperfectum, quod ex §. 767 cum **كَانَ** dicendum erat, ob **أَنَّ** in perfectum transiit.

769 Verbum **وَدَّ** *amavit* = *cupivit* in Korano praesertim et poetis libenter cum **لَوْ** componitur; modestius enim et pulchrius dicitur *cupio si faciatis quam cupio ut faciatis*.

Plerumque ita imperfectum subjunctum reperies, ut **وَدَّأَوْ** *cupiunt vos in errorem inducere* Sur. 3, 30. 68. 4, 41. 60, 2. 68, 10. 70, 11. Ibn-Khac. p. 35, 4; haud tamen et hic perfectum deest, ut **تَوَدُّ الشَّمْسُ لَوْ صَبَّغَتْ لَهَا تاجًا** *vult sol ei conflari in coronam* p. 57, 4. 1).

770 Negatio in apodosi non est, quod ex §. 743 expectes, **لَمْ**, sed **مَا** ex §. 698. 766; accedit, quod **لَمْ** insignem cacopho-

1) cf. graecum *θανυμάτω εἰ*. Ceterum eos falli, qui **وَدَّ** praepositam apodosin facere volunt, jam inde apparet, quod dicitur cum **أَنَّ** quod: **وَدَدْنَا أَنَا مَتْنًا** *vellemus mortui esse!* Tab. p. 14, 1. 198, ult., similiter **وَدَّوْا مَا عَنِتُّمْ** *cupiunt ut deliqueritis* Sur. 3, 118, et quod ei respondet negativum **مَا أَحِبُّ أَنْ** *non cupio ut etc.*

niam allaturum esset. Contra **لَمَّا** in apodosi dici potest, ut **Sac. anth. p. 173, 9. 180, 5. Kos. chr. p. 82, 3. 4.**, quanquam ut omnino, ita praesertim ante negationem hanc graviorem **إِستُد** non ita necessarium est, ut haud omitti possit. At **فِي** consequentiae cur hic nunquam locum tueatur, ex omnibus hisce facile apparet.

In eo quoque **لَوْ** a voce **أَنْ** satis differt, quod ex origine suâ, cum proprie optandi sit particula, vox est magis sui juris, quae cum per se stare tentet, facile vel copulae simul loco esse potest (**لَوْ** *si = si esset*) ¹⁾. Hinc primum derivandum, quod **لَوْ** haud raro **أَنْ** assumit, quo jungatur: non solum ubi verbum omnino deest, nam ibi **لَوْ** sine **أَنْ** minime poni potest, sed etiam ubi necessitas non urget, ut **لو أنني نزلت** *si vellem, essem* **Ham. p. 91** (ubi schol. pro eo **لو شئت** ponit), cf. **Koseg. chr. p. 89, 12. 90, 2**, ubi in eâdem sententiâ utrumque dicitur; de praeterito **لو أنني نزلت** *si demissem* **Sur. 6, 111**. Facileque apparet hoc **أَنْ** in protasi vim illius **لَوْ** ita inhibere, ut verbum sequens simplici tempore ponendum sit. Deinde id gravissime cernitur in negativo **لَوْلَا** *nisi*: haec enim compositio cum rarius verbum sibi subjungat, ut **Sur. 5, 72. Izzedd. av. p. 59, 13** (quibus locis imperfectum praesentis loco sequitur), saepissime per

1) Contra **أَنْ** cum reliquis ei aequalibus nec sine verbo (*nisi quod dicere licet* **أَلَّا** *nisi* et **وَأَنْ هُوَ** = *etsi sine verbo*) nec nisi verbo finito sequente dici possunt. Solum pronomen personale verbum inter et **أَنْ** haud raro inseritur, ut **Sur. 5, 115**. Rarissime post **إِذَا** subjectum verbo praecedit, ut **Sur. 84, 1**, ubi structura in re futurâ describendâ magis e statu depingendo procedit.

se posita cum nominativo subjecti struitur, ut vel verbum

in infinitivum potius transeat, ut ^{لَوْلَا قُدْرَتُكَ عَلَيَّ لَكُنْتُ هَلَكْتُ}
nisi fuisset adventus tuus i. e. nisi advenisses ad me
juvandum, perieram; utque si quando ad tempus praeteri-

tum notandum verbo finito utendum est, id quasi in thesi
 relativâ subjecto postponendum sit, v. c. ^{لَوْلَا عَمْرٌ جَفَانِي كُنْتُ}

^{مَعْتَصِرًا} *nisi 'Omar me violasset, ad eum confugerem* Sur.

10, 20, vel interponitur ^{أَنَّ} *أن*, ut 68, 50. Etiam dicitur

^{لَوْلَا أَن يَكُونَ}, sed hoc sensu: *nisi futurus esset* Sur. 43,
 32. Tab. 14, 10. Sin vero subjectam pronomine tantum per-

sonali continetur, tenuis ea vocula potiori vel suffigi potest,
 ut ^{لَوْلَا} *nisi id* vel *is esset*, ^{لَوْلَاهَا} *nisi ea esset* saepe legi-

tur. Quanquam pronomina separata ponere minime ineptum
 est, ut in Korano legitur ^{لَوْلَا أَنْتُمْ لَكُنَّا مُؤْمِنِينَ} *si vos non*
fuissetis, nos Credentes essemus. Videturque facilius tertia

persona quam prima et secunda sine vi suffigi se pati ¹⁾).

Nec non simplex ^{لَوْ} tale suffixum adsciscere potest, ut
^{لَا تَكَلِّبُوا الْعُقُورَ بِأَثْقَالٍ كَمَا كَلَّمْتُمُوهَا وَلَا تَجْعَلُوا لَهَا حِمْلًا وَلَا تَجْعَلُوا لَهَا حِمْلًا وَلَا تَجْعَلُوا لَهَا حِمْلًا} *cavete ne vel in cane mor-*
dace exemplum (i. e. supplicium, vindictam) statuatis

Henz. fr. p. 98, ult., ubi si ^{أَنَّ} *أن* esset positum, *وان هو* *etsi id*
esset dicendum erat.

772

In fine notandum, enunciaciones conditionales per voces

^{لَوْلَا} *لَوْلَا* et ^{أَنَّ} *أن* formatas ita posse poni, ut apodosis, quae in mente

1) cf. litem grammaticorum, e quibus multi ^{لَوْلَا أَنَا} *لَوْلَا* pro *لَوْلَا* etc. improbant, in Sac. anth. p. 78, 17 sqq.

loquentis versetur, prorsus intercidat. أن ita in juramentis venit, ubi poena quâ jurans sese obstringit, ut in vulgus nota semper omittitur, ut **أَفْسَمْتُ عَلَيْكَ بِالَّذِي أَنْزَلَ التَّوْرَةَ** *adjuro te per illum qui legem revelavit te periturum, nisi verum dixeris* Abulf. ann. ant. p. 32, 14. Porro, si consensus, quem apodosis complexura esset, ut per se apertus reticetur, ut **فَإِنْ رَأَيْتَ أَنْ نَفْعَلَ كَذَلِكَ** *quodsi nobis sic agendum esse censes!* sc. bene facis, consentimus Tab. p. 232, 4. 5. Raro tamen id ita in singulâ enunciacione reperitur: at facilius longe fit legeque continuâ sancitum est, ubi, quid, si res secus quam optatur accidat, faciendum sit, statim adjungitur; ita enim prius tantum a loquente probari, e nexu per se patet, v. c. **إِنْ خَرَجْتَ مَعَنَا إِلَى حَرْبٍ وَإِلَّا تَقْرَبْنَا** *si nobiscum ad eum debellandum exiveris (bene facies), sin minus, te tradito gratiam ejus nobis conciliabimus* Koseg. chr. p. 102, 11. 107, 6; Sur. 6, 34, ubi secundâ vice **لَوْ** ponitur. Quae locutio postquam diu viguerat, novam tandem faciem induit: cum enim prius conditionem contineat, quae sprete e mente loquentis mala quaevis afferat, magis absolute positae ei statim negationem injicere coeperunt, cui minae insint mutae, ratae faciendae, si conditio non expleatur; cetera deinceps minas uberius describunt, v. c. **أَنْ لَمْ تَسْبِرْ مِنْ هَذَا الْمَوْضِعِ وَإِلَّا أَدْرَكْتُكُمْ عَلَيَّ فِيهِ فَهَلَكْتُمْ** *si ab hoc loco non secesseris! (omnia time); sin minus, vos ab Alio deprehensi peribitis.* Raro id apud priores, frequentissime apud sequiores obvium est, cf. Henz. fr. p. 48. 49. — Ceterum **أَنْ** hîc ubique non nisi perfecto jungitur, cum jussivus in abruptâ oratione omnino stare nequeat.

Rarius in usu vocis **لو** aposiopesi hujus generis ceratur, ut **لَوْ تَرَىٰ** *utinam videres!* Sur. 6, 26. 29. **لَوْ تَرَكْتَ** *si reliquisses* (quod non fecisti) *in thesauris pauca quae re novā superveniente usui sint* (scil. *id melius esset factum*)! Henz. fr. p. 38. Freyt. chr. p. 32, antep. Vel ob sermonem nimis longe deductum Izzedd. av. p. 87, 10 sqq. Potuit autem **لو** ad interrogationem obliquam traductum (ut gr. *εἰ*, lat. *si*) per se poni, notans *num.* Unde ortum est Koranicum illud interrogativum **لَوْلَا**, rarius **لَوْ مَا**, aliter prorsus construendum, de quo v. §. 704.

773 **إِذَا** vel **إِذْنًا** *tum* §. 490 apodosin fortins distinguit, quam non ab initio tantum theseos, sed quocunque loco aptum videatur, collocari potest. Haud raro post **لو**, si apodosin fortius notare opus esse videtur, sed etiam post **أَن** obvium est, ut **فَإِن فَعَلْتَ فَإِنَّكَ إِذَا مِنَّا الظَّالِمِينَ** *et si feceris, tu sane tum es ex legem violantibus* Sur. 10, 105; ante **لَا** et modum emphaticum post **لو** Tab. p. 40, 8. Frequentius tamen eo utuntur, si unā hac voculā protasin seu conditionem nunc omissam, sed e serie sermonis satis didicidam innuere satis habent, ubi, si forte verbum adest, etiam structura enunciationum conditionalium integra manet, ut perfectum e lege redeat, v. c. *non descendunt angeli nisi cum jure*, **وَمَا كَانُوا إِذَا مُنْظَرِينَ** *nec essent tum* (i. e. si angeli missi forent) *expectandi*, sed statim venirent, Sur. 15, 9. et: *non sequar cupiditates vestras*, **قَدْ ضَلَلْتُ إِذَا**

errassem tum (sc. si hoc fecissem) 6, 55. 4, 65. cll. v. 189. 5, 115. 79, 12. Tab. p. 160, 6. Sed si de simplice conditione (non per ^{لو}, sed per ^{ان} notandà) agitur, laxius imperfectum simplicis futuri loco tali enunciationi inest, ut ^{اذن} ^{افعل} *tum* (si hoc ita est) = igitur *faciam* Abulf. ann. ant. p. 26, 5. Tab. p. 34, 5. 38, 1. 198, 11. Sur. 4, 51, ubi sensus est: *tum* (si regni compotes erunt), *non dabunt hominibus ne tantillum quidem*.

3. De enunciationibus correlativis.

Possis eas etiam *mutuas* nominare; pertinentque huc 774

1) mutuae notionum duarum conjunctiones, uti fit repetito graeco *καί* — *καί*, lat. et — et. Sed quanquam hebraea lingua copulas ita mutuo componere potest ¹⁾, arabica tamen insignem hanc dicendi volubilitatem prorsus jam exiit. Nec pronomina, quae jure correlativa dicas, ut lat. *hic* — *ille*, linguae frequentantur: unde idem pronomen demonstrativum repeti eoque sibi e nexu toto opponi potest, ut ^{هَذَا} — ^{وَهَذَا} *hic* — *et hic* i. e. *hic* — *ille*, ^{هؤلاء} — ^{وهؤلاء} *hi* — *illi* Sur. 4, 142. Arabs. Fàk. p. 19, 27 sqq. Quà eàdem ratione alia nomina repeti possunt, non tantum quae pronominum

notionem aequant, ut ^{بعض} — ^{وبعض} vel quod rarius ^{طائفة} — ^{وطائفة} *pars* — *et pars* i. e. *alii* — *alii* Sur. 4, 149.

61, 14, sed etiam reliqua omnia, et indefinita (cf. praesertim §. 508) quidem semper ita ponenda, ut alia aliis opponi facile appareat, ut ^{مرة} ^{بعد} ^{مرة} *vice unda et altera*, pro quo etiam saepe ^{قدم} ^{رجلاً} ^{وأخر} ^{رجلاً}, ^{مرة} ^{بعد} ^{أخري} *protulit pedem (unum) et retraxit pedem* i. q. alterum Tab.

1) v. de his omnibus gr. hebr. cr. §. 357. min. §. 600.

p. 80, 7. 108, 12. 114, 2. cll. p. 114, 6. 188, 8. 218, 15, ubi

وجوة — ووجوة^{د د} est pro posteriore رجلا^{د د}; et in plurali: وجوة^{د د} — ووجوة^{د د} facies aliae — et aliae Sur. 75, 22-24. 80, 38-40. 88, 2. 8. — 2) Mutuae nominum duorum comparationes simplice ك repetito in arabismo amplius institui nequeunt: ut hac quoque in re antiquae linguae divitiae et varietas pessum iverint. Enunciationes duae integrae comparantur vocibus

كَذَلِكَ — كَمَا ut — sic, v. §. 481. — 3) Disjunctio e simplice conditione repetitâ procedit, ut lat. sive — sive, ut

tamen pro simplice اِنْ, si vox magis sui juris placet, اِمَّا §. 486 dicatur. Manetque conditionalis structura, ut perfectum e lege sequatur; rarius jussivus hic cernitur, ut

اِنْ بَكُنْ غَنِيًّا اَوْ فَقِيْرًا sive sit dives sive pauper Sur. 4, 134,

atque emphaticus quoque modus non est alienus ¹⁾, sicut bis sibi opponitur Sur. 10, 46. Interim haud raro اِمَّا jam laxius per se ponitur, ut aut perfectum vel sic maneat, v. c.

اِمَّا اَنْتَ كَيْبَلْتَّ — وَاِمَّا سَتَرْتَّ sive (sit ut) accipias dona, sive tegas te Kos. chr. p. 99, 10, aut modo naçbato proxime ex اِنْ pendente, ut Izzedd. av. p. 109, 1 sqq. Ceterum verbo in

plurimis opus non est, ut اِمَّا لَنَا وَاِمَّا عَلَيْنَا sive pro nobis res vertatur sive contra nos Wakidi Mesop. p. 4, 2. Saepaque singula nomina sive participia in disjunctioe nominare e nexu sufficit, ubi semper accusativo utendum est, cum tota

1) Nam emphasis huic disjunctioe bene convenit. Idem modus emphaticus post singulum وَاِمَّا, quod tamen non simpliciter si est, sed ad priora respiciens aliud ponit, quod fieri possit: *sic vero* Sur. 6, 67.

aecc disjunctiva series subjuncta sit nec suo jure stans, v. c.

enefecimus ei كَفُورًا, أما شاكِرًا واما, sive *gratum sive ingratum* i. q. sive gratias agat sive minus Sur. 76, 3.

dictum hoc est أَنْ صِدْقًا وَأَنْ كَذِبًا sive veritas sit sive mendacium poetice Arabs. Fàk. p. 33, antep. Idem accusativus in simplice conditione postposita occurrere potest, ut

لا يَأْمَنُ الدَّهْرُ ذُو بَيْغِي وَلَوْ مَلِكًا non temporis securus est injustus, *etsi* (qualis haud fere est) *rex sit*; nam *ولو كان ملكا* pro *ولو ملكا*

simili subjunctione dictum est, ac si tota enunciatio, quae per se stare posset, accusativo subjuncta est §. 560. Accedit tamen etiam alia causa, quae post conditionalem particulam accusativum postulet, scilicet ne integra locutio quae

jam affuit, fastidiose repetatur, ut *الْمَرْءُ مَقْتُولٌ بِمَا قَتَلَ بِهِ أَنْ* *homo quo interfecit (instru-*

mento) interficiendus (§. 635) est, si ense, ense, si cultro, cultro. Hic si arabismo casus omnes obliqui tam proni promptique essent quam nobis, haud dubie ablativus ubique continuatus foret: sed cum praepositionem usque repetere ineptum sit, illa structura non poterat non oriri. Nam accusativus ut casus obliquus latissimus breviter, quae cogitanda sint, supplet; post *نِ* autem consequentiae melius nominativus redit e §. 731. p. 270) ¹⁾.

أَوْ aut proprium est in continuatione, si quid ex eodem ⁷⁷⁵ tenore disjunctive adjungendum est; manetque ita eadem verborum vis et structura, ut *أَوْ — أَوْ — أَدَا* usque cum per-

1) Nonnulli Arabes probant nominativum post *أَنْ*; alii accusativum vel post *نِ* e similitudine continuatum.

fecto ex §. 760 sqq. struendum Arabs. Fàk. p. 52, 5; vel
 أو امر — أو كان — أو امر *si est — vel jubet* Sur. 96, 11. 12. Pro-
 inde post أما saepe أو succedit, structurà handquaquam
 mutatà, ut Sur. 10, 46 modus emphaticus sibi constat; ubi
 plurimae sunt disjunctiones, أو usque repeti solet. At ab
 initio statim أو rarius ponitur, nec nisi ubi singulae voces
 disjungendae sunt, ut e §. 774 dici possit أو قائمًا أو قاعدًا
sive sedeat sive stet Sur. 10, 13. — Ceterum disjunctio
 prior non ubique diserte particulà indicanda est, ut لا نأمن
 أو يبعت — أو يبعت *non eramus securi, proficiscine vellet*
an mittere Tab. 56, 18, quae theses ad interrogationes
 disjunctivas pertinent §. 703. Fierique etiam potest, ut أو
 quid praeter jam dicta necessario fieri oporteat, ناقباتو
 junctum adjiciat, de quo uberius dictum §. 629.

BREVIS METRORUM DOCTRINA.

De metris arabicis hic non, ut ante hos octo annos feci ¹⁾, uberius 776
 gere constitutum est, sed succincte de iis exponere; nec magistrorum in-
 ligenarum doctrinas diffusas et diversas explanare, utpote quod in alterâ
 opusculi mei editione aptius fiet, sed fundamenta doctrinae hujus e rei
 ipsius naturâ quam brevissime adumbrare nunc placet. Poteritque hic eo
 brevius res transigi, quo magis prius dicta nunc quoque probo defendoque;
 si tamen forte aliter jam in singulâ re quadam statuo vel novi quid pan-
 dendum videtur, paulo prolixius dicendum erit.

I. Soni finalis rhythmus (germ. *Reim*) ab omni inde aetate in sen- 777
 tentiarum gravium serie vel in oratione sublimiore Arabibus adamatus
 erat ²⁾; eodemque Muhammed in Suris antiquioribus satis diligenter et
 venuste, in serioribus negligentius et audacius utitur. Quo ex orationis
 sublimioris ornatu syllabarum rhythmo accedente *versus* poeticus exortus
 est, duplici semper hoc rhythmo hac lege summâ constans, ut quo minus
 metrum perpolitum et venustum est, eo gravior eoque saepius repetitus
 sit rhythmus finalis.

Syllabarum rhythmus eo facilius oriri excolique poterat, quo magis 778
 linguam per se huc inclinare §. 5 dictum est. Legesque prosodiae sim-
 plicissimae ac constantissimae hae sunt, ut syllaba vocali brevi clausa sem-
 per brevis, longa autem sit vocali longâ clausa vel consonante finali vocalem
 brevem distinente et inhibente. Praeterea in fine *versus* syllaba brevis e
 toni quiescentis necessitate semper producitur.

Universa autem metrorum iudoles haec est, ut jambici generis sint. 779
Dijambus enim non in antiquissimis tantum et minus cultis metris regnat,
 sed etiam compositis multo pluribus magisque cultis fundamenti loco sub-
 stratus est. Quique praeter *dijambum* vel per se vel aliis compositi ob-
 vii sunt pedes, omnes ex similis sunt generis, nec jambico generi inimici.
 Nam *antispastum* dicas *dijambum* ex parte suâ posteriore inversum, qui

1) v. de opusculo hoc deque lite nuper de totâ quaestione agitâ li-
 brum: *Abhandlungen zur orientalischen und biblischen Literatur*.
 Erster Theil. Gött. 1832. p. 11-52.

2) cf. praeter ea, quae in opusculo meo p. 30 allata sunt, Ham. p. 98,
 18 sqq.

dijambo gravior ac sedatius incedit. *Amphibrachys* vero dijambus un membro diminutus ac quasi resectus esse videtur. *Ionicus* (a minori) dijambi syllabas breves ab initio, longas a fine cumulans dijambi citationis et levioris speciem refert. *Anapaestus* denique arsin eodem quo jambus modo in finem trahit, sed tam citati gressus est tamque parum semper repetitus poeseos arabicae severitati sedatae congruit, ut e lege componendis tantum et variandis metris inserviat. His accedit *choriambus*, dijambo quidem simillimus, tamen ob vehementiorem gressum nunquam metrum peculiare formans, sed ita tantum adhibitus, ut a poetarum arbitrio hic illic dijambo substituatur. Ceteri vero pedes et rhythmus, velut *trachaeus* et *dactylus*, ab arabica poesi semper fuere alieni.

780

In his ut syllabarum *incipitum* quae sit ratio, bene cognoscatur, ut ictus et, quae inde dependent, arseos ac theseos rationem diligenter teneas, ante omnia necesse est. Est enim in quovis pede una syllaba praeter ceteris ictu insignita, eoque ipso semper longa, ut corripi nunquam poterit possit. Haec est secunda in dijambo et amphibracho: $v \overset{1}{-} v \text{---}$, $v \overset{1}{-} v$, tertia in ionico: $v v \overset{1}{-} \text{---}$, ultima in anapaesto et choriambo: $v v \overset{1}{-}$, $\text{---} v v \overset{1}{-}$; in antispasti secundam et tertiam aequilibrium est arseos mutuum, ut tamen altera priori collisa gravior audiat: $v \overset{1}{-} \overset{1}{-} v$. In dijambo, ionico et choriambo altera syllaba longa ab arsi quidem simul tangitur, sed vi longe minori: eo enim solo pes quatuor syllabarum unitatem et constantiam nanciscitur, quod non amplius pedes duo minores per se ponantur, sed una arsi potiori in societatem coeant. Unde fit, ut altera haec syllaba, cum ab arsi potiori non tangatur, corripi possit, quanquam correptio haec in dijambo et ionico rarissima et fere prodigii instar est, frequentior contra in choriambo, in quo vox ut brevem syllabam duabus brevibus antepositam producat vi adigitur. — Inter breves, quae in quovis pede sunt, syllabas duas una produci potest, varia tamen pro cujusvis rhythmus natura. In dijambo prior produci potest: $\bar{v} \overset{1}{-} v \text{---}$, cum arsis duos jambos amplexura secundam syllabam tantam vi tangat, ut tertia in thesi celerrime annectatur, prima igitur paene solitarie ponatur. In amphibracho contra, cum arsis secundam syllabam solam tangat, potissima theseos vis in prima ita colligitur, ut tertia post thesin et arsin absolutas liberius relicta produci possit: $v \overset{1}{-} \bar{v}$. Similiter in antispasto $v \overset{1}{-} \bar{v}$. In ionico denique et anapaesto prior e syllabis brevibus propterea produci potest, quod integra theseos vis proximam tantum ante arsin syllabam brevem tangit, ut prior syllaba remotius ab arsi distans, si forte producat, rhythmum tamen haud laedat: $\bar{v} v \overset{1}{-} \text{---}$, $\bar{v} v \overset{1}{-}$. Nam in omni syllaba brevi ita producta

VOX quidem paulo diutius, at non arsis moratur. Choriambi vero syllabae breves a longis et arsi notatis tam arcte includuntur, ut neutra produci possit. Et quo magis syllabas illas breves producere licitum est, eo constantius reliquae integram theseos vim experientes semper intactae servantur.

Ut autem haec syllabarum cujusvis pedis tum constantium tum ancipitum ratio ex ipsius rhythmici legibus sequitur, ita usus ut ancipites breves frequenter admodum producantur permittit. Haec enim universa est hujus poeseos indoles, ut, quantum lyricum genus sinit, severa magis et sedata sit quam turbulenta vel nimis levis ac mollis. Unde etiam sedulo evitat, ne nimis multae syllabae breves concurrant, ut v. c. si forte ultima ionici correpta est, prima sequentis producenda sit: $v\ v \overset{1}{-} \overset{2}{-} \mid \bar{v}\ v \overset{1}{-} \text{---}$.

Syllabas, quae in eodem pede concurrunt, breves duas in unam longam contrahere et vice versa hanc in illas solvere, sicut ex rhythmici legibus omnino licet, ita in arabismo quoque non est vetitum. Sed tamen magna in his licentia et mutatio poeseos arabicae indoli tam parum respondet, ut id non promiscue fiat, sed apte tantum et suo loco, ut infra in singulis docebitur. Accedit, quod ipsa compositio metrorum quorundam licentiâ hac frequenter turbata foret, velut si anapaestum jambis appositum in spondeum contrahere liceret.

Ab initio carminis syllaba brevis ante arsin collocata nonnunquam retinetur seu absorbetur, cum res ita ferat, ut novum metrum ab arsi demum perspicuum sit firmoque gressu incedat. Sed eadem licentia neque ad duas syllabas arsi potiori praevias transferri neque praeter carminis initium unquam ferri potest.

Ex pedibus illis aut simpliciter repetitis aut grate varietate compositis metra singula ita prodeunt, ut numerus quidam eorum aptus versum compleat, atque ita pluries repetito eodem versuum rhythmico poema oriatur. Simplicia metra, seu quae eundem pedem continuo repetunt, et breviora antiquiora sunt inque rebus minus gravibus serius potissimum servata: composita, longiora praesertim et ornatiores, sublimius quid spirant gravioribusque inserviunt. Sic penitus inspicienti discrimen quoque metrorum aliquod ex argumenti et animi poetae ratione patescit, quanquam id levius est quam in graecâ poesi diversissimos rhythmos excolente, seriusque non semper servatum. Praecipue ornatiores metra plura fere eodem redeunt, ac facile e poetae arbitrio pendent.

Compositio autem et structura metrorum duplex est. Nam plurima ex pedibus aequis copulatis constant, ut rhythmus quoque in quovis pede per-

fectus sit. Haec est simplicior compositio. Alia majores et minores pedes in seriem jungunt, jambis vel ionico anapaestos vel amphibracho jambos nequentia. Cujusmodi series septem vel novem syllabarum rarius versum jam explet (§. 797. 801); multo frequentius series ejusmodi bis posita aut ex parte saltem repetita versum efficit. Quod tamen si fit, utraque series sic altiori nexu copulatur, ut, quod per se jam versus longius suadet, medio in versu vox syllabam, ubi requiescat, aptam quaerat, in finem deinde celerius properans, utque sic prior versus pars alteri opposita sit. Hi nobilissimi sunt versus §. 796. 799. 800. 803.

784 Versus *catalectici* ratio facile perspicitur. In plurimis metris ultima syllaba, quod rhythmus non minus jucundus inde oritur, retrahi solet; in aliis, cum rhythmus suavis inde insigniter augeatur, versus catalectici fere perpetui sunt. Talia quando et cur apta sint, in singulis docendum est.

785 Huic vero metri numero venusto semper sociatus est rhythmus finalis (§. 777) non minus gratus. Qui cum rhythmum sui generis novum sonumque per se blandum continuo superinducat, non ubique metri leges simplices sequitur, sed in metris etiam novare multa et mutare potest. Nec facile alioquin rhythmum hunc satis variare omnesque, quae linguae uberi adsunt, facultates exhaurire liceret. Major tamen, quam ita rhythmus finalis saepe affert, licentia suis limitibus circumscripta est habetque semper quo bene excusetur. Summa variationum haec est: $v\text{---}v\text{---}$ in $v\text{---}v$ saepe contrahitur; $v\text{---}v$ et $vv\text{---}$ melius plerumque in firmiora $v\text{---}$ et $vv\text{---}$ abit. Sed $vv\text{---}$ facile etiam in --- abit; rarissime vero hoc denuo in --- abit. Syllaba *adjecta*, ut $v\text{---}v\text{---}$ non reperitur nisi in brevioribus metris, quae facile augeri se patiuntur. Penultima producta $v\text{---}\text{---}$ pro $v\text{---}v\text{---}$ non invenitur nisi semel certa e causa §. 796. Sed posterioris versus ob rhythmum fin. mutatio priorem non mutat, nisi forte mutatio haec tam constans et adamata sit, ut in priorem etiam transire conetur; sunt enim catalectici quidam pedes sic comparati, ut versus omnino iis melius terminetur, ut post amphibrachos et ionicos $v\text{---}$ et $vv\text{---}$ pro $v\text{---}v$ et $vv\text{---}$ in fine firmius meliusque sonant. Ceterum rhythmus finalis sonus dulcis duritiem alias vix tolerabilem facilius excusat, velut $\text{---}\text{---}$, syllabas longas tres quae concurrunt.

786 Quamquam carmen arabicum solo metri rhythmum constans cogitari nequit, tamen tanta est metrorum praesertim limatiorum suavis, ut rhythmus finalis non primas partes teneat, sed satis restrictus et coercitus sit. Nam in cultioribus metris hic rhythmus alternis tantum versibus redit, ut

saepe post bis quatuordecim demum syllabas sonus similis aures feriat. Quam tamen severitatem mitigaturi poetae saepe in primi versus hemistichiis rhythmum finalem bis repetere solent; in primo enim versu difficilium eo caretur.

Haec autem rhythmus finalis in metris plurimis iisque melioribus ratio 787 in causâ est, quod justus versus vel distichon ex duobus semper versibus vel potius hemistichiis confici putatur, ceterum praeter rhythmus finalis modus sibi prorsus aequalibus. Cumque pausa semper in rhythmus demum finali versari possit, versus prior eo carens ultimam syllabam non anticipem habet. In duos tamen hos versus vocem distrahere in cultissimis quibusque metris et longissimis rarius, in simplicioribus et brevioribus saepius obvium est: evitatur autem prorsus, si arsis jam in penultimam cadit, cum vox in duabus ita syllabis ultimis tam graviter requiescat, ut vocem quoque ibi finiri aptius sit ¹⁾.

Hoc autem poesi huic semper fuit proprium, ut rhythmus finalis per 788 totum carmen *idem* continuetur, ut quanquam rarius rediens tamen insigni vi aures continuo percellat. Scilicet lyrici generis tota est haec poesis, ut versuum series saepe minor sit nec vel in longissimo carmine ultra centesimum multum extendi possit. Accedit, quod lingua radicum stirpiumque ditissima continuaae huic rhythmus finalis seriei perquam favet.

Nec tantum syllabae ad rhythmum fin. necessario pertinentes semper ejusdem mensurae sunt, sed proxime praecedentes etiam ut sibi in mensurâ constant plus convenit; remotius enim hae rhythmum fin. praeparant. Omnino versus quivis finem versus multis in metris est constantior et minus liber quam ab initio, ubi licentia facilius fertur.

II. Fundamentis his jactis, singula metra cognoscere in promptu est. 789 Describemus autem ea sic, ut cujusvis generis primum simplicia, deinde gratius culta et composita metra ex ordine justo sibi succedant.

1. *Jambici simplicis generis vel originis haece sunt:* 790

s - -

1) جـجـ (*tremens*, leniter agitatum) dijambis continuis constat; nec raro catalecticis. Estque aut dimeter, aut trimeter; trimeter tamen frequentior. Solentque rudiori hoc metro ita uti, ut quivis versus rhythmus

1) v. quaestionem hanc de voce in hos duos versus distrahendâ uberius expositam in lib. de metr. arab. p. 110-112. Adde exempla vocis continuatae in metro *Elkamelo* majori acatalectico Ibn-Khac. p. 58, 3. 4. Izzedd. av. p. 42. 65.

finali absolvatur; rarius demum seriores quidam alternos versus et hic inducunt. Nec solent simplicissimo hoc et antiquissimo metro carmina pungi nisi brevius sine magnâ arte fusa vel minus gravia et splendida, inprimis satyrici generis; seriores tamen quidam usum ejus ultra extendunt.

- 791 2) ^s كريم (*velox*) illi proximum est tum origine tum usu, semper tamen jam alternis versibus jungendum. Prodiit id ex levi tertii dijambi mutatione hac, ut primum secundus dijambus unâ syllaba e tertio abrupte augeatur, deinde vero jambus integer accedens metrum, quod ita detectum et impeditum videbatur, celeriter compleat: 1)

$$\bar{v} \text{ — } \overset{1}{v} \text{ — } , \bar{v} \text{ — } \overset{1}{v} \text{ — } \bar{v} \text{ — } , v \text{ — } \overset{1}{v}$$

Antepenultima per se quidem anceps est, sed ob caesuram necessarie hoc loco prodeuntem et quo celerius jambus sequens in finem properet, continuo usu producta. Posterior versus ob rhythmum fin. nonnunquam catalecticis fit, ita ut ultima producenda arsiue notanda sit. Sed syllabam porro novam in rhythmum fin. abjicere, vel in utriusque versus fine anapaestum purum (cf. §. 799) inducere, tam rarum est et insolitum, ut tales versus non nisi in metricis legerim.

- 792 3) ^s كامل (*perfectum*) ex dijambo ita prodiit, ut prima ejus syllaba semper producat, proptereaue etiam in duas breves solvi possit $\overset{1}{v} \text{ — } \overset{1}{v} \text{ — } .$ Qua quidem mutatione, cum anapaestus ita saepissime pedem incipiat, metrum oritur properantius et ornatius, quod ad nobiliora quoque carmina frequentissime traduci solet. Quod metrici tradunt, pedem hunc in dijambum ejusque variationes mutari posse, ut ab origine metri hujus minime alienum est, ita tamen a bonae notae poetis sedulo evitatum, ut paucissima quae reperias ejus generis exempla (ut Iszredd. ar. p. 104, vs. 3) plerumque dubiae sint lectionis. — Breviori carmini inscrivere potest *dimeter*, isque rarissime in rhythmum fin. catalecticis; paulo frequentius in rhythmum fin. syllaba adjici potest, ut versus in $\overset{1}{v} \text{ — } \overset{1}{v} \text{ — } \text{ exeat, quod tamen ut in breviori dimetro bene fertur, ita trimetro non aequè aptum est. Dimetro tamen et hic trimeter omnino frequentior est, isque aut integer, aut in rhythmum fin. catalecticis. Rarius paulo versus alter ob rhythmum fin. duabus syllabis privatur, ut in } v \overset{1}{v} \text{ — } \text{ vel, quod frequentius, in } \overset{1}{v} \text{ — } \overset{1}{v} \text{ exeat; quapropter versus prior, etsi integer servari$

1) Conferri possit, si quid conferendum est, versus Graecorum *scazon* e jambo oriundus.

potest, plerumque, ne nimis posteriori dissimilis fiat, easdem syllabas retrahit, ut tamen, quod praeter rhythmum finalem longe gratius sonat, semper in anapaestum exeat.

4) ^sأَفْرَجٌ (*exuberans*) tertii hujus contrarium est: $v \text{ — } \overset{1}{\text{—}} \overset{\infty}{\text{—}} \text{ — } \overset{1}{\text{—}}$, cumque 793

longa tertia in breves duas frequentissime solvatur, oritur pes illo citatior etiam et praecipitantiore. Quare cum trimetrum eadem vocis praecipitantiâ continuare incongruum visum sit, tertius pes semper catalecticus est $v \text{ — } \overset{1}{\text{—}}$, quo gressus priorum citatior bene inhibetur. Nec antiquitas in usu est nisi *trimeter* hic *catalecticus*, isque inter frequentissimos et maxime adamatos. *Dimeter* integer serioribus quibusdam in breviori carmine novatus est, ut in rhythmum fin. aut anapaestus purus, aut spondeus propagetur. — Ceterum metrici huic quoque pedi simplicem dijambum substitui posse putant ¹⁾, de quo idem valet quod modo de *Kdmilo* dictum est. Exempla e bonis poetis certa prorsus desidero.

2. Ex *antispastico* genere puro non nisi unum est metrum: 794

5) ^sهَرْجٌ (*concisum, raucum*) antispastos semper binos copulans, nonnunquam catalecticus in rhythmum fin. Metrum satis rarum, nec nisi in brevioribus obviam, praesertim quae paulo severius et gravius dicenda videntur. Ultima anceps $v \text{ — } \overset{1}{\text{—}} \overset{1}{\text{—}} \overset{1}{\text{—}}$ saepe producitur, saepe brevis manet. Quod metrici antispasto dijambum substitui posse tradunt, non prorsus absonum et praeter rem, cum antispastus haud dubie ex dijambo prodierit; sed jure tam rarum et singulare, ut nullum equidem ejus rei exemplum legerim.

3. Ad *amphibrachicum* genus pertinent haecce: 795

6) ^sمُتَقَارِبٌ (*properans*), ex meris amphibrachis constans, aut *trimeter*, qui rarior est et nimis brevis ambitus, aut *tetrameter* satis frequens. Est id metrum satis molle et instabile ac fugax, quo antiquiores rarius, seriores saepius utuntur. Interim haec mollities ultimâ pedis syllabâ, quae per se anceps est $v \text{ — } \overset{1}{\text{—}}$, saepius productâ multum jam deprimitur: in penultimo vero pede syllaba haec e lege fere continuâ producitur, quo gravius et sedatius vox rapidam versus celeritatem sistens in

1) Post priores syllabas duas $v \text{ —}$ choriambum adhiberi posse iidem tradunt. Reputandum tum, sequentes syllabas $vv \text{ — } v \text{ —}$ pedi *Kdmilo* respondere proptereaque ex ratione supra dictâ dijambo vel choriambo cedere posse, v. lib. de metr. p. 54.

finem vergat; nec nisi rarissime hac in sede syllabam brevem invenies, ut Sac. anth. p. 30. Arabs. Fāk. p. 26, 5. 6. Fortius etiam et gratius versus finitur catalecticis in $v \overset{|}{-}$; unde fit ut prior versus, nullā rhythmī finalis ratione habitā, aut plenus aut catalecticis efferrī possit, ita tamen, ut, si in rhythmō fin. catalecticis est, in priorī syllabā tertīā vocem simul finiat. In rhythmō fin. frequentior est et ipse catalecticis, rarissime porro sic contractus, ut $\bar{v}v \overset{|}{-}$ in $\overset{|}{-} \overset{|}{-}$ exeat. Haud raro tamen ob rhythmī finalis commodum posterior versus integer servatur $v \overset{|}{-} \overset{|}{-}$.

796 7) طویل^s (*longum*) ex amphibrachi et dijambi serie bis repetitā constat. Qui versus longus membra, quibus constat, duo non simpliciter apponit, sed nexu interiore et arctiore conjungit. Nam cum in versu varii rhythmī medio vox morans in quietem et caesuram quandam proclivis sit, dijambus prior tertiā syllabā productā in antispasti genus transire annititur, quo rapidus metri cursus grate apto loco sistitur et inhibetur. Sed ita comparata prior pars necessario jam alteram praeparat et inducit, ut utraque pars arctissime jungatur: 1)

$$v \overset{|}{-} \bar{v} v \overset{|}{-} \overset{|}{-} \overset{|}{-}, v \overset{|}{-} \bar{v} v \overset{|}{-} v \overset{|}{-}$$

Ceterum tertiā dijambi prioris syllabam nonnunquam haud productam invenies (ut Taraf. M. v. 19. 22. 63. 65. 93. 105. Zohairi M. v. 14. 28. Ham. p. 95 bis. Tab. p. 122, 4. ad Taraf. p. 12, v. 6. 7.), neque id mirum est ex hac origine: nam sic metrum tantum paulo invenustius in antiquam originem recidit. Sed quartae ejus syllabae correptae, quam ferri posse dicunt, equidem exemplum nondum legi, utpote quae ex origine longa est, quod secus foret, si antispastus hic primitivus et perfectus esset. In fine versus ob vocem contra properantem dijambus semper purus et sine omni vel mutatione vel syllabā ancipite servatur. —

Sic comparatum metrum gratissimae est varietationis et jucundissimi delapsus. Nam tremulum amphibrachi modum tranquillat statim et cohibet firmior hinc antispasti hinc dijambi gressus; quique versus in medio cursu severe inhibetur, idem denique rapidius decurrit. Hinc omnium frequentissimum est hoc metrum ac plurimum adamatum, praesertim in gravioris argumenti et longioris ambitus carminibus. Et tam arcte omnia in eo juncta sunt, ut brevior versus bene ferri nequeat: nec nisi in rhythmī finalis gratiam penultima ex prioris membri similitudine produci potest

1) Similis omnino ratio in sloco sanscrito vulgari obtinet.

$\bar{v} - \bar{v}$, vel versus catalecticus fieri hac ratione, ut gratius in $v v \bar{v} - \bar{v}$ finiatur, quartâ a fine syllabâ e more fere continuo non productâ. Utraque tamen rhythmî fin. varietas ut prioris versus finem nunquam mutat, ita non aequè frequenter occurrit ac mensura primitiva; nec nisi in carminibus serioris aevi, velut Iba-Zeiduni Hispani, penultima in rhythmò fin. saepius producta invenitur. — Brevius Tavis, quod rarissimum, v. in *Lockett the Miut Amil* p. 149.

8) مضارع⁵ (*simile*) priori origine simillimum est, sed brevissimum et rarissime usitatum. Constat ex eâdem amphi-brachi et dijambi serie, cui una simpliciter in fine accedit syllaba, quo versus gratius finiatur: $v - \bar{v}$, $v - \bar{v} - \bar{v}$. Cumque syllaba et tertia et quarta per se anceps sit, plerumque tertia, rarius quarta sic producitur, ut tertia brevis maneat. Possuntque vel singuli versus rhythmò finali juncti sibi succedere.

797

4. Anapaestici generis sunt:

798

9) متدارك⁵ (*persequens*) singulis anapaestis constans, dimeter, vel trimeter, aut tetrameter, ut versus brevior in rhythmò fin. nonnunquam syllabam sibi adjungat, quo numerosius et gravius cadat: $v v \bar{v} - \bar{v}$. Sed omnino antiquitus nunquam metro hoc usi sunt, utpote quod nimis est praecipitans et turbulentum. Seriores parcius eo uti incipiunt, ut anapaestum aut purum servant, ut syllaba in eo anceps sit $v v \bar{v} - \bar{v}$, aut contrahi sinant $v v - \bar{v}$, aut utrumque aptâ ratione jungant. — Apud veteres anapaestus non nisi tardioribus rhythmis variandis et accelerandis inservit, praesertim jambis compositus. Apparetque facile, anapaestum hunc modis tardiores acceleraturum non posse in spondeum contrahi.

Haec inter metra aequissimum et gratissimum est

10) بسط⁵ (*expansum*), quod ex dijambi et anapaesti serie duplici constat. Metrum sic oriens longum suavique modulatione eminens inter nobiliora est. Cumque vox in medio versu tali libenter moretur, prima dijambi posterioris syllaba per se anceps e more fere continuo producta est, ut rarissime eam brevem reperias. Prior dijambus ab hac potestate liber est, creditque nonnunquam vel in limato hoc et aequo metro chori-ambo, qui tamen idem posteriori longe minus libero rarissime substituitur. Sed quo magis vox in medio versu moratur, eo celerius deinde in finem properat, ut anapaestus posterior primam nunquam producat grateque metrum in sonum $- v v \bar{v} - \bar{v}$ exeat. Prioris contra anapaestis yllaba prima

anceps ubique est. In rhythmī tantum finalis gratiam anapaestus ultimus, quod per se licet, in spondeum — — mutari se sinit, etsi hoc paulo rarius fiat. — Occurrit et brevior versus, cum partes hujus metri majoris saltem non tam arcte cohaereant quam in الطويل §. 796. In hoc dijambis duobus interponitur anapaestus, ita ut dijambus in fine rarius integer servetur, pulchrius contra et frequentius catalecticus sit. Quo in versu minori cum vox similiter decurrens ubi moretur quaerat, quinta versus syllaba seu prima anapaesti e more producta est aequae ac octava in majori; et contra jam apte antepenultima brevis servata: $\bar{v} - \bar{v} - \bar{v} \bar{v} - \bar{v} - \bar{v}$. Priori dijambo in metro hoc levio choriambus frequenter satis substituitur. Rarioris generis est carmen in quo prior versus ultimam dijambi catalectici omittit ut arsi vacuum, quod in carmine levissimo facilius fertur, Ham. p. 506 sq., scilicet quod versus hic jam esse videtur: $\bar{v} - \bar{v} \bar{v} - \bar{v} - \bar{v} - \bar{v}$.

- 800 11) $\text{منسرح}^{\text{س د د}}$ (*agile*) recentius mihi metrum videtur ex illo levi mutatione ortum. Nam posterior illius pars, dijambus anapaesto compositus, hic eadem prorsus est; sed prior brevius pro eo sonat $\bar{v} - \bar{v} \bar{v} - \bar{v} - \bar{v}$, quasi series illa hoc in situ non perfecta sit, sed abrupta, et ad modum dijambi unā syllabā aucti relicta. Oritur sic metrum illo celerius et abruptius, minus aequabile et sedatum, nec non minus excultum, ceterum structurā et ratione ei proximum. Utuntur eo haud raro, sed minus tamen frequenter quam metro البسيط, magisque in levioribus. Choriambus ut in leviori metro ab initio frequentissimus. Quinta syllaba, in quā recitatio admodum inhibetur simulque ut in medio versu moratur, tam constanter producta est, ut brevis syllabae exempla rarissime veniant; quod ubi fit, sequens eam syllaba brevis jam necessario producenda est. Dijambus alterius membri, cum sic duae syllabae longae praecedant, ancipitem primam frequentius brevem servat quam producit ¹⁾. Choriambus vero dijambo huic substitui prorsus nequit. Anapaestus denique in fine, ut in *Elbasita*, semper purus manet celeriter decurrens, ut prima non nisi rarissime in versu rhythmī finalis experte producta sit. Rhythmī finalis eadem prorsus ratio conspicua est quae in *Elbasito* ²⁾.

1) Rarissime ex §. 780 occurrit $\bar{v} - \bar{v} \bar{v} - \bar{v} - \bar{v}$, unde versus plures ob licentias mirus explicatur: مَنَارِدٌ عَافَهُنَّ بِذِي الْأَرَا - كِ .

2) Dubitari possit, annon metrum hoc melius ex dijambo simplice et serie metri Muktadhib §. 801 compositum sit, ut Arabes quidam putant et ipse olim opinatus sum. Sumendum ita esset, primam

12) ^سمقتضب (decurtatum) ex anapaestis duobus constat jambo tar- 801

diore inserto: $\bar{v}v - \bar{v} - v v -$, ut prioris anapaesti syllaba prima saepissime producta, posterioris hic quoque brevis servata sit. Potest et jambus praeponi: $v - \bar{v}v - vv -$, ut sequens syllaba brevis potius producat. Est vero metrum hoc breve et properantius omnium rarissime usitatum.

5. Ionici denique modi sunt haecce:

802

13) ^سمفلج (saliens) ex ionico $\bar{v}v -$ — continuato constans, dimeter, vel trimeter, rarissime tetrameter. Turbulento hoc metro veteres non nisi in festinantius et negligentius prolatis utuntur; nunquam vel singuli versus cum rhythmo finali componuntur. Quo gravis et turbulentus metri hujus diutius continuati modus mitigetur, ultimus pes melius catalecticus est $v\bar{v} -$, apte gressum nimis vehementem sistens; quapropter prior versus trimeter semper catalecticus est, rarissime acatalecticus; in dimetro tamen ob brevem ipsius ambitum idem non licet. Posterius hemistichium et dimetri et trimetri, prout rhythmus finalis constantia suadet, aut catalecticum est, aut integrum. — Ceterum quartam ionici syllabam medio in versu, si quod rarissime fit, corripitur, non corripiri posse nisi ut sequens producat, ex §. 781 jam apparuit. Idemque in omnibus modi hujus metris aequo jure valet.

14) ^سمدید (extensum) priori simillimum est ab eoque sic tantum 803 differt, ut ionicis binis anapaestum inserat, unde metrum jucundius variatum et sublimius oritur, quo in gravioribus quoque utantur. Sed raro in-

syllabam post dijambum semper produci ob moram et caesuram in medio versu; quâ ratione rhythmus totius versus eodem redit. Sed nunc aliter statuo, varias ob causas. Nam primum ipsa compositio displicet, quâ unus dijambus duorum anapaestorum et jambi seriei multo longiori sociatur. Multo gratior fit et aequabilior partium duarum distributio, si priorem partem plus quam simplicem dijambum continere sumis. Deinde versus hujus ambitus ut reliqui similes ex duabus partibus initio paribus compositus videtur. De-

nique seriem hanc $\bar{v} - \bar{v} -$ — etiam in السريع agnosco, et, quod prae ceteris huc pertinet quaestionemque prorsus solvit, eadem vel bis repetita versum efficere potest, cujusmodi versus rarior hic est:

وقد تعجبت إذ هنائي عيش وعندي بالموت علم

teger est uterque versus $\bar{v}v \text{ — } \bar{v}v \text{ — } \bar{v}v \text{ — } \text{—}$, in quo prima ionici posterioris multo pluries producitur quam brevis manet, scilicet quo versus post celerrimum cursum ante finem paulo inhibeatur firmiusque consistat; potestque sic, eadem qua in metro priori ratione, ionicus ultimus aut in priori aut in posteriori versu in anapaestum transire. Sed cum omnino ionicus posterior in breviorum catalectici modum inclinet, multo magis e more est, utrumque versum similiter adornatum catalecticum exhibere. Quae ratione cum anapaestus ultimus semper celerrime decurrere solet, ut prima ejus syllaba brevis maneat, prior anapaestus syllabam suam primam e more producit, quo vox in medio versu habeat ubi requiescat firmiusque consistat. Potestque anapaestus ultimus in rhythmo finali ex similibus versuum exemplo (§. 799 sq.) in $\text{— } \text{—}$ contrahi. — Notabilis est rarior forma in Ham. p. 414 sq. Scilicet ionici et anapaesti series bis ponitur, ut e serie hac duplice versus oriatur. Sed utraque series sic conjungitur, ut anapaestus posterior celerius primam syllabam haud productam, prior tardius hac ipsam productam incedere studeat; rarius enim lex haec violatur. Cernis sic metrorum الطويل والبسيط origines; nisi quod hoc rarius metrum rhythmicum finalem in alternos versus reservare nondum didicit.

- 804 15) خَفِيفٌ (leve) ionici duobus dijambum immiscet, qui turbulatum illorum gressum temperet et mitiget. Hinc metrum hoc in deliciis est Arabum, et in gravioribus saepe adhibitum. Ceterum cum dijambus ionico spatii ratione prorsus respondeat, quivis pes per se ponitur aequae ac in simplicibus metris. Est tamen prima dijambi syllaba, ut post duas e lege simul productas collocata, saepius brevis servata quam producta. Nec choriambus dijambo huic unquam substituitur, qui dijambi consilium hic turbaturus foret. Placetque maxime versus integer et prorsus aequalis; ubi notandum, ionicum ultimum ante rhythmicum fin. in $\bar{v}v \text{ — } \text{—}$ contrahi posse: per se enim haud dubie hoc licet, sed cum alias celerem et gratum progressum nimis turbaturum esset, bene non adhibetur nisi ubi e rhythmo fin. proxime sequente excusatur. Rarius eadem, quam in duobus metris praecedentibus vidimus, ionici posterioris in anapaestum proclivitas hic ingruit, ut eadem omnia consequantur quae modo in المديد exposuimus. — In brevioribus carminibus potest etiam simplex ionici unius et dijambi series poni, ut posterior versus dijambum ex rhythmi fin. constantiam aut integrum aut catalecticum exhibeat, in quo catalectico penultima, ut in البسيط §. 799, potius brevis servatur.

16) ^{و ب ع}مجتث (amputatum) brevioris hujus الخفيف contrarium est, 805
nec nisi in brevi hac dijambi et ionici serie obvium. Ratio ejus eadem
prorsus quae illius, nisi quod choriambus rarissime fertur, ab initio scilicet
positus. Ante rhythmum fin. hic quoque ionico molossus nunquam
substituatur. Usus ejus non prorsus infrequens.

Quae recentius inter Arabes exorta sunt metra, cum nec novi quid 806
praeter compositionem iis insit, nunc brevitatis causa omittere placuit.

III. De *rhythmo finali* pauca disertius explicanda restant. Primum 807
igitur in vocabulo ejus pronunciando *pausae* leges universae (T. 1. p. 78.
373 sq.) redeunt. Nec tamen omnia hic eadem valent vi. Nam breves
vocales, quae in pausa vulgari prorsus obmutescunt, in versuum rhythmo
f. servari possunt; imo carmen vocalibus paribus terminatum suavius et
lenius sonat quam consonantibus clausum; in hoc enim vocalis finali con-
sonanti praecedens similis obscuratur magis et attenuatur, in illo cum
consonante sua clara auditur. Hinc carmen consonantibus finitum duri
quid habet nec frequenter apud veteres nisi in versu rudiori et argumento
minus gravi usitatur. At nunatio cum nominis tum verbi (in modo em-
phatico) in versu quoque fine manere nequit, ut vocalis semper pura et
longa audiatur. Nec fem. sg. aliter inveni nisi ^وخ -- ex lege vulgari. Ce-
terum cum vocalis brevis in pausa per se jam producenda sit, vocalem
longam in scriptura exprimeret supersedere solent poetae; raroque و, ي
pro i et u e pausa producendis scribuntur. At vocalis proxima ^ا in
pausa semper litera dilucidatur, aequae ac semper ^ا scribitur in nu-
natione.

In rhythmo autem f. sermonis oratorii (تسبيح §. 777) *pausae* ratio
severius sibi constat. Nam vocalis brevis e *pausae* jure semper evanescit,
ut vel suffixum ^وخ in ^وخ -- abiens cum fem. sg. ^وخ -- componi possit (Iz-
zedd. av. p. 57, 9. 107, 1-3), quod in versu veterum limato non licet;
in eo enim ^وخ -- pronunciandum esset. Tali in stylo accusativi etiam voca-
lis plenior evanescere potest, soni similitudine jubente, ut. اصبح كيب ^{و ب ع}
pro كيبا Izzedd. av. p. 40, 4. 41, 2. Contra vero etiam nunationem

plenam fert in altero membro ita servatam, ut ei in priori ن radicale respondeat, ut راس — حاسن Arabs. Fák. p. 34, 6 a f. 42, 13. 54, 1. Ut omnino poetas veteres pulcrum in his magis spectasse appareat.

- 808 Constat autem rhythmus f. ultimae syllabae consonante aequae ac vocali eadem continuatâ, sive vocalis sequatur sive, quod rarius, praecedat. Tenue vero x suffixi vel fem. sg. per se solum consonantis sonum iustum non explet, ut si in fine versus collocetur, alius praemittendus sit sonus similis firmior. Tertiae autem radicalis emollitae sonus consonantis loco sufficit, ut هَوَا : هَا.

Sed libenter in metris ornatioribus ultra ultimam syllabam soni similis concordia extenditur. E quo studio gravissimum et apud veteres constantissimum hoc fluxit, ut vox in praecedente syllabâ longâ consistens exitu hujus syllabae simili praeludat rhythmum finali eumque suavissime praeparet. Apparetque satis, hoc facillime fieri, si syllaba haec longa proxima seu penultima est; fertur tamen etiam, si ante brevem penultimam antepenultima longa est; at si duae breves praecedunt, syllaba longa, in quâ praeludens consistat vox, tam remota est, ut non possit facile idem contentus cogitari. Possuntque in omnibus, quotquot supra descripti sunt, versibus, tria tantum rhythmici f. genera cogitari haecce: ... — v v ¹, ... — v ¹, ¹ ¹, de quibus singulis jam erit videndum.

- 809 1) ... — v v ¹. In hoc genere tota rhythmici f. vis in solâ syllabâ ultimâ ita requiescit, ut breves duas, quae praecedunt, non tangat ¹), ut

جَلَم : قَرَم ; justoque diligentius seriores similem sonum in consonantem et vocalem penultimae vel antepenultimae adeo transferunt, quod facilis tamen fertur si ultimae consonans tenue x est, ut وَدَهَا : وَدَهَا.

- 810 2) ... — v ¹. Et hoc genus rhythmicum f. in ultimâ solâ continuare potest, quod in versu minus polito e more fit. Sed in ornatiori versu ei in antepenultimâ simili sono suaviter praeluditur, cum in longâ hac syllabâ vox consistat prius seque ad finem versus breviter complectendum colligat. Sufficit tamen prorsus exitus antepenultimae, suavissimumque semper

1) Nam quod metrici Arabes putant in quartâ a fine syllabâ d continuari posse (§. 808. 810), equidem nondum probatum inveni.

visum est praeludente claro vocalis longae à sono in his uti; quâ ratione penultima libenter eandem vocalem et optime quidem (ex §. 156) i continuat, ut **سَاكِبٌ : لَاحِبٌ**, vel **مُتَطَاوِلٌ : سَلَسِلٌ**; rarius alia vocalis longa continuatur, ubi nota sonos *f* et *l* ex §. 70 componi posse in remotiore hoc rhythmî f. sono; nam in ultimâ confundi nequeunt. Quodsi antepenultima consonante finitur, haud quidem ut eadem consonans continuetur aptum est, id enim juri ultimae nimium detraheret; sed videndum tamen, ut semper syllaba consonante claudatur, quo ipso parva saltem similis exitus concordia et continuitas servatur. Quaevis autem antepenultima conformatio tollitur, si ultima consonante terminatur: sic enim rhythmî f. sonus gravissime in ultimam contrahitur. Penultima consonans veteribus non constat, nisi si in ultimâ tenue *x* est, ut **سَلَامُهَا : رَجَامُهَا** in Lebidi Moallakâ, **ظُهُورُهَا : بَجِيرُهَا** Tab. p. 188; seriores id ultra extendunt.

3) ... — ' — '. Hujus ultima sola rhythmum f. tenet in rudioribus 811 versibus; in ornatioribus penultima ei jam praeludere studet, exitu scilicet, ut modo in altero genere vidimus; nam consonantem penultima incipientem unius soni facere serioribus demum placuit. Igitur penultima aut semper mollius in vocalem longam abit, in *â*, vel in *f* = *û*, ut **كُهُولٌ : قَلْبِلٌ**, aut in consonantem, quae ratio durior in metris paulo durioribus vel gravioribus etiam praestat, velut **سَمِحٌ : سَمِحٌ**; posterior ratio nonnunquam ita mollitur, ut consonans penultimam claudens et ultimam incipiens eadem sit, ut **مُسْتَقِلٌ : بَطَلٌ**; seriores demum penultimam eadem continuo consonante claudere incipiunt. Nec penultima concordia haec tollitur, si ultima consonante finitur, quanquam primam hujus ultimae consonantem ejusdem soni facere rarius demum apud veteres usitatum est, ut **بِدَالِكٌ : حَلَالِكٌ**.

Ultima consonante terminata longam etiam vocalem ferre potest. Sed 812 gravissima haec et durior ultimae quasi in infinitum se porrigentis pronuntiatio non placet nisi in metris vel rudioribus vel brevioribus, cata-

lecticis praesertim, in quibus syllaba in fine omisa ardua haec pronunciatone quasi suppletur. Possuntque in ejusmodi syllabis, cum vocales obscurius sonent, diphthongi *ai* et *au* componi, rarius etiam *i* et *u* sicut in penultima et antepenultima, cf. Tab. p. 234.

813 Quae recentiores poetae in rhythmo f. varie innovaverint, velut si quaternos versus brevissimos ita componunt, ut rhythmus f. in quarto idem continuetur, in tribus prioribus variet, ea cum nec difficilia intellectu sint, nunc mittere placet.

814 Metri et rhythmici f. causam poetae multa quidem a linguae vulgaris finibus aliena dicere possunt; sed cave ne poetis quodlibet licere putes. Diligentius enim omnes has licentias consideranti poetam in iis ipsis non temere nec suoapte tantum ex ingenio, sed legibus adstrictum versari patet. Quae enim poetae licita sunt, a linguae arabicae historia et indole abhorrere nequeunt, quanquam causae in singulis variae sunt. Plurima ex antiquae linguae vestigiis excusantur, a poetis omnibus studiose servatis. Alia ex linguae quotidianae mutationibus paulatim ingruentibus expressa sunt: dum enim stylus vulgaris constantior est et sanctior, poetae nova, quae in viva lingua continuo exoriuntur, haud pauca imitari possunt. Denique quae poetae ipsi innovant tentantque varie, indoli saltem linguae ita jam insita sunt, ut naturae velut fruges floresque ex stirpe sana prodeant nec quidquam alieni vel obscuri afferant. Possisque ita licentias has facultates potius linguae inexhaustas divitiasque et varietates vulgo haud usurpatas dicere; nec quidquam huc referendum, cujus quae sit ratio et cum indole linguae nexus internus, non cognoscas. Unde etiam licentias has melius in ipso grammaticae decursu suis locis, ubicunque aptum videretur, explicandas censui. Nec nunc vel supra dicta repetere vel omnia quae huc trahas enumerare placet; de generibus tamen licentiarum pauca hic monere non alienum duxi.

815 1. A prosodiae ratione scriptura, quae in haud paucis vocabulis cernitur, antiqua et insueta prorsus aliena est, velut in nominibus, in quibus longum *a* litera } non descriptam est, v. §. 76. Rarissime apud sequiorem poetam aliquem vocalis *d* vocabuli cujusdam §. 76 nominati corripitur, ut *هَدَا* *hadd* Koseg. chr. p. 18, 4. et *الله* *alläho* in hoc versu

ألا لا بَارِكَ اللهُ فِي سَهْبِلِ sane deus ne Sohailo benedicat! Tabr. ad Ham.
p. 163, 21¹⁾.

Syllabae dubiae non adsunt nisi in pronomibus quibusdam, quae e scripturae vulgaris more in poemate scribuntur quidem, sed haud raro aliter pronunciantur. Ita ex antiquitatis vestigiis pron. 3. et 2. msc. pl.

in qualibet juncturâ هُمْ , انتم , كم — poetis saepius هُمُ humû etc. pronunciat, cf. §. 167; rarius in codicibus idem scripturâ expressum legas, ut فرقموا Izzedd. av. p. 59, 6 sqq. Abulf. ann. musul. T. 3. p. 92.

Similiter suff. ز (vel ز) poetis saepius, quod origo fert, *producitur*. Con-

tra vero ex vitae vulgaris negligentia أَنَا ego saepissime ultimam correptam habet *änä*, v. §. 165, quod tarde sequitur نَا 1 pl. perfecti, ut فعلنا *fa'alnä*, v. libr. de metr. ar. p. 11. De أولو *älü* v. §. 456, 2 not. Suffixi 1 sg. vocalem *t* ex linguae sonorae ratione in *ija* diduci posse, T. 1. p. 241. pluribus dictum est.

Cum lingua haec vocalium sit feracissima, poetae vel vocabulo per se consonanti clauso vocalem postponere possunt. Non tamen nisi tenue istud *i*, quod omnium facillime se ingerit, ita pronunciatione suppleri potest; nec porro hoc ipsum licet nisi rhythmici finalis aequabilitate et cogente (nam praeter rhythmum fin. idem non fertur) et excusante. V. c.

تَلِدُ pro لم تَلِدِ. Contra vero in pausâ litera duplex vocem finiens vocali vacua pronunciaripotest, quod alias ex §. 429 sqq. non fertur, ut

حَنَ pro حَنَّ Ibn-Khac. p. 23, penult. Sac. chr. 1. p. 124. Nonnunquam ultima litera ob rhythmici f. commodum duplicatur, licet id non in verbo levi, sed in nomine tantum graviore fieri possit, ut الاصحح pro الاصحح.

Rarius ultima versus syllaba, cum vocales breves suas ex §. 807 abjicere possit, e rhythmici f. necessitate alienam vocalem assumit, ut

1) Quod olim ad vitium hoc tollendum de transponendâ voce اللهُ opinatus eram, nunc mitto, poetam excusari non posse videns. Sed egregie fallitur qui talia promiscue poetis licere putat.

بلبالي pro بلبال Izzedd. av. p. 42, ult. Sonum *ān* in fine adjectum e
versu laudat Hedajet ed. Baillie p. 169, 1-3.

- 817 Ceterum in sonis nihil tam instabile et mobile nihilque propterea
poetarum licentiae tam est obnoxium quam sonus ^Ā variaeque ejus vi-
cissitudines. Quod quousque poetis pateat, breviter huc delineare ju-
vat: 1) rarius in mediā voce ^Ā a praecedenti vocali *a* ita absorbe-
tur, ut *ā ā* in *ā* contrahatur, v. c. ^Ā سالوكه *sdlukahū* pro ^Ā سالوكه
(*rogarunt te id*) Tab. p. 84, antep. Quā ratione vel pro ^Ā وأنا (*et ego*)
effertur *vdnā* in metro rudiori p. 240, 15. — 2) Frequentius ^Ā a vocis
initio poetis licentiam suggerit. Nam vocalis posterioris vocis in conso-
nantem, qua prior per se finitur, metro suadente facile ita transit, ut
vocali sic promotae pro compositā et longā brevis syllaba praecedat, ut
saepe post particulas arcte junctas ^Ā من, ^Ā من, ^Ā أن, v. c. ^Ā من آل عمري
mĭ-ndli pro *mĭn dli* Ham. p. 336 v. ult. similiterque frequentissime, quod
diphthongus facilius solvi potest, ^Ā لوان *lāvanna* pro *lau-anna* p. 357
v. 1. Sac. anth. p. 336. Abulala 1, 55 ed. Vull. Vel ^Ā cum priori *d*
coalescit, ut ^Ā ألا أبلغ pro ^Ā ألا أبلغ. Contra vero etiam ^Ā debile seu
Veçlā notandum (§. 134 sqq.) in metri gratiam cum firmā stabilique suo
loco vocali pronunciari potest, ut ^Ā وأصير pro imperativo ^Ā وأصير Waked.
Aeg. p. 144, 4. Kos. chr. p. 88 bis. ^Ā من اقتاد pro ^Ā من اقتاد Tab. p.
208 v. 4. Post articulum levem vocalis ejusmodi in suetā pronunciatione
suo loco manet, ut ^Ā والابن *val-ibnu*; at poetae pro eo *va-libnu* di-
stinguere possunt, v. Sac. anth. p. 140, antep. 143, 11. Arabs. Fak. p.
64, 7. Raro *a* articuli post vocalem servatur, ut praecedens longa jam
ex illo *a* promotō corripiatur, ut ^Ā في العرش pro ^Ā في آل Izzedd. av. p.
24, 1. — 3) In fine vocabuli ^Ā radicale ex hac ratione facile in ^Ā

transire, v. 427. Praecipue formae in penultima longum *a* ante ^أ vocali brevi efferendum collocantes facillime a longo hoc *a* vocalem in fine tenuem prorsus absorberi patiuntur, ut non in rhythmo tantum finali, sed medio etiam versu saepius dicatur ^{السَّامَا} pro ^{السَّامَا} vel alio casu (haec enim ultimae vocalis discrimina jam cessant), ^{هَيْجَا} pro ^{هَيْجَا} Tab. p. 122, 13. ^{بَشَا} pro ^{بَشَا} etc. Similiter ante suffixum ^{أَعْدَاك} pro ^{أَعْدَاك} Izzedd. av. p. 78, 4.

2. Quae ex *formarum doctrinâ* huc pertineant, maxime sunt varia, 818 singulatimque e suis causis cognoscenda. Repetamus pauca. Si vocalis in nominibus nonnunquam contra morem vel producitur vel corripitur, id ex formae analogiâ non temere fieri reputandum est, velut si ^{قَتَم} pro ^{قَتَم} poni schol. ad Ham. p. 163 annotat, vel ^{كَلَم} pro ^{كَلَام} Ibn-Khac. p. 50, 9. 52, 1. cll. §. 240, unde id satis elucet; vel si contra ^{بِنْبَاع} Antar. M. v. 33 pro vulgari ^{بِنْبِع} ponitur, metro quidem suadente, sed ita ut universa linguae indoles nomina ejusmodi paullatim producens nisui huic formativo faveat. Maxima quae poetae in formis praesto est variandi facultas in eo versatur, quod terminationes in vulgari linguâ debiliores vel decurtatas integras restituere vel innovare licet, ubicunque lex syntaxeos non obstat; nam est haec quasi aedificii linguae externi restauratio, quae sensum perspicuum non turbet, sed sustentet. Unde nunatio restitui potest (§. 346), v. c. ^{مَكَّة}, ^{مَكَّة} pro ^{مَكَّة}, ^{مَكَّة}, atque adeo ^{مُحَمَّد} in vocativo pro ^{مُحَمَّد} Ibn-Khac. p. 39, 2¹); fem. mutum et debilius in ^{سِينِي} in clarius et sonorius ^{سِينَا} transformare licet, ut ^{سِينَا} pro ^{سِينِي} *Sinai* Izzedd. av. 20, 4. Simili ratione modus imperfecti raf'atus pro derivatis g'ezmato vel naçbato quoque restituitur et nominativus pro accusativo, non promiscue, sed in paucis tantum stirpium debilium generibus et formis, in quibus ipsa formatio ansam praebet, satisque raro (v. §. 399 not.; adde ^{سِينِي} pro ^{سِينِي} Ibn-Khac. p. 22, 13. Ham. p. 466. v. 3.)

1) Sic enim ibi legendum videtur, cum vocalis brevis in fine versus praeter rhythmum fin. consistere nequeat.

Contrarium autem ex his non licet, ut nunatio temere omittatur vel modus et casus derivatus pro primario veniat. Nec omnino in bono poetâ praeter rhythmum f. vocales breves vocem terminantes omittuntur nisi in formis ^{السماء} pro ^{السماء} §. 817, 3 et similibus §. 259 not.; seriores tamen non ubique ab eâ licentiâ sibi temperant. Facilius etiam apparet, formam contractam solvi posse, ut ^{أَجَلٌ} pro ^{أَجَلٌ}. Ceterum formae quaedam ex linguae vulgaris negligentia decurtari se patiuntur, ut ^{لَاكُ}, ^{بَيْكُ} tenue *n* amittere possunt ex ^{لَاكُنْ}, ^{بَيْكُنْ}; rarissime ^{كَيْ} pro ^{كَيْفَ} *quomodo?* dictum affert e versu Lockett ad Miut Amil. p. 117. Simili licentiâ poeta nominum formas in vocativo decurtatas (§. 350) nonnunquam ad alias juncturas transfert.

- 819 3. In *syntaxi* multa singula aliena occurrunt, e quibus plurima supra suis locis notata sunt. Ubivis tamen hic quoque ad rationes et fines attendendum est. Ita collocatio vocabulorum poetis multo liberior patet quam pedestri orationi: at propterea non omnia vocabula licet promiscue collocare. Poeta quis unâ in thesi ^{قَدْ} dupliciter posuit, quod in prosâ non esset ferendum: ^{قَدْ} ^{كَانَ} — ^{قَدْ} ^{جَعَّ} i. e. *jam collegerat* Kos. chr. p. 62, 13: sed idem, licet nec poetae facile condonandum sit, inde tamen excusationem quandam habet, quod verba duo intervallo quodam ita diremta sunt, ut ^{قَدْ} facilius repeti possit. Idem ^{قَدْ} post particulas temporis §. 760 sqq. dictas e lege non ponitur, quoniam ad sensum non requiritur: si tamen forte poeta quis id immisceat, ut ^{كَلِمَا} ^{قَدْ} ^{دَنَا} *quotiescunque appropinquavit* semel ob verborum lusum dicitur Isbedd. av. p. 19, v. 3, eum saltem non praeter sensum loqui reputandum est. Subjectum verbo praemissum post ^{إِذَا} et similes conjunctiones poetae collocare possunt, ut Ham. p. 104: at idem ab origine non prorsus absonum esse cogitandum est (cf. superius p. 315 not. et locutionem: ^{إِذَا} ^{أَتَيْتَكَ} ^{إِذَا} ^{تَطَالَعْتُ} ^{الشمس} ^{طَالَعْتُ} *veniam ad te ubi sol exorietur* Hedajet p. 82, 3). In multis nova tentant poetae, quoniam antiquae formae rationes e sensu linguae obacurari coeperunt, ut si ^{لَيْتَ} §. 709 proxime verbo finito jungi-

tur (v. vers. apud Lockett ad Miut Am. p. 92 sq.), vel negativum لم^و perfecto modi g'ezmati loco componitur Taâl. c. 24.

A D D E N D A.

Vol. II. p. 2. not. 2). Cf. etiam البسع^و Elisa propheta Sur. 6, 87. cum margine ed. Petrop.

P. 11, antep. Addi hic poterat, sequiores scriptores similiter صو-صو صو-صو العبر، البعض ex §. 517 sq. dicere, ut definite *alium*, *aliquem* designent.

P. 13. §. 519. Exactius statuunt magistri (Miçbâh ed. Baillie p. 11. Hedaj. p. 13), كلا non nisi ante suffixum, id vero est plerumque post praeivium substantivum ejusdem flexionis, in كلي^و dualis instar mutari, ut

بِكِلَا الرَّجُلَيْنِ، كِلَيْهِمَا بِالرَّجُلَيْنِ utrumque denotans in *viris ambobus*.

Idque ab origine voculae hujus minime abhorret. Forma كلت^و pro كلتا^و rarior bona ex origine, cum dualis terminatio mutuata demum sit, cf. §. 410.

P. 16 not. cf. etiam marg. ad edit. Petrop. Sur. 82, 19.

P. 17, 1-8. Cf. alia in serioribus, qui saepe integrum Korani locum vel adverbia grammatica sic subjungunt, ut يسبأ^و لعد^و وسون^و flagellis notiohis fortasse et certe, Izzedd. av. p. 46, 3. 4. 8. 87, 15. 90, 6. 103, 2. 111, 3-5. — Ibid. addi poterat, adverbium كذا *ita*, cum nomen de industriâ non diserte nominandum breviter suppleat, statu constr. jungi, ut

كذا وسبب^و كذا، في يوم كذا ومكان كذا *die et loco hoc illo, e causâ certâ* quadam. Etiam يومئذ^و §. 490 statum constr. admittit, ut من^و

عذاب يومئذ *e poena diei illius* Sur. 70, 11, ubi alii genitivi flexionem

يومئذ^و probant, cf. marg. ad ed. Petrop.

P. 37, ult. adde Sur. 71, 7. 9. 17. 18. Sur. 75 et 76.

P. 42, 12 adde Sur. 6, 22 cum marg. ed. Petrop.

P. 45, 11. cf. etiam ^{لا} ^{باس} ^{وألك} ^و ^{زهدا} inutile est effugium tuum s. *quod fugis* Arabs. Fâk. p. 17, 24.

P. 54, 1. adde ^{ما} ^{لك} ^و ^{زهدا} *quid tibi est cum Zaido?* Hedaj. p. 47, 7. 8. — v. 19-21 cf. Arabs, Fâk. p. 28, 6. 46, 5 a f. 50, 11. 61, 12 etc.

P. 56 not. Idem de ^{ان} ^{حراسنا} ^{أسدا} ^{ان} notat Lockett ad Miut Amil p. 83; neque id absonum ex origine, ut ^{ان} ^{حراسنا} ^{أسدا} ^{ان} *en custodes nostri sunt leones!*

P. 61, penult. - ult. Adde, si plura exempla rarioris hujus usus praep. ^{من} ^{عن} desideras, Ham. p. 101. v. 3. Izzedd. av. p. 104, 4. 105, pen. Wakidi Mesop. p. 7, 6. Henz. fr. p. 126. Ad p. 62, 11-24. cf. porro Arabs. Fâk. p. 12, antep. 90, 8. et exemplum relativae enunciationis in Hedaj. p. 106, 5 laudatum: ^{ما} ^{رأيت} ^{رجلا} ^{أحسن} ^{في} ^{عينه} *non vidi virum in cujus oculo collyrium pulcrius sit quam in Zaidi oculo.*

P. 69, 5-7. Similiter ^{حبيب} ^{محبوب} ^{الي} *carus cum* ^{الي}. Supple tamen ex §. 653. p. 143, ^ل post elativos aliud per se innuere.

P. 71, 19 sq. In hac formulâ nunc ^ب potius ita interpreter, ut ex §. 587 *pro* denotet: *pro parentibus tu mihi es!* i. e. non minus venerandus (et lugendus) quam parentes mei. Sic enim locutio multo simplicius et verius sonat; accedit quod usus praep. ^ب, de quo illic agitur, praeter negativam thesin arctissimis finibus circumscriptus est, ut non temere eo confugiendum sit.

P. 87. §. 595. Genitivi post ^{مد} usum ulterius extendunt Miut Amil p. 64 sq. Miçbâh p. 35 sq.

P. 89, 4. ^{نزلت} ^{من} ^{علي} ^{الفرس} *descendi ab equo* probat etiam Hedaj. p. 141, 8.

P. 90, 4. cf. ^{الي} ^{عند} i. q. *in conspectum* s. *faciem* cujusdam prodiens Abulf. ann. T. 1. p. 102, ult.

P. 114, antep. cf. Sur. 75, 25. 36.

P. 119, 1-5. Apparet inde per se, اذن ceteris in juncturis omnibus naçbatum inferre non posse, cujusmodi Miçbâh p. 46, 4-9 enumerat has:

1) si graviori voci اذن postpositum est, ut انا اذن اكرمك *ego tum honorabo te*; vel si conditio arcta praecedit, ut ان تاتي اذن اكرمك *si ad me venies, tum honorabo te*; 2) si sine vi dicitur statum describens, ut اذن اظنك كاذباً *tum puto te mentiri*.

P. 123, 13. cf. porro hujusmodi theses: جعلنا الانهار تجري *fecimus fluvios currere (ut fluvii currant)*, يلعبون — ذرهم *sine eos ludere (ut ludant)* Sur. 6, 6. 92. 110. In ultimo exemplo, nisi imperfectum ab imperativo satis sejunctum esset, g'ezmatus poni poterat ex §. 732.

P. 126, 18. cf. porro Sur. 73, 17. 76, 7. Arabs. Fâk. p. 89, 21.

P. 134, antep. cf. etiam اطلعوا — اطلعوا *cibare — orbem* Sur. 90, 14. 15.

Ad §. 652, 1. adde لا ponendum esse simili e causâ, si participium vel infinit. ex §. 555 cum لا compositum est, ut لا كاشف له *non est qui retegat eum* Sur. 6, 33. 115. 10, 106. Ad p. 140, 16 adde Sur. 5, 91.

P. 147, 17 sqq. Disertius hoc ita accipe, ut هو non praedicati proxime sit, sed subjectum repetat: nam ubi utriusque genus differt, genus hujus هو e subjecto pendet, ut Henz. fr. p. 111, 7. Quare هو post pronomen primae vel secundae personae inde derivandum est, quod lingua in hoc هو ideam tantum existendi seu copulae inter subjectum et praedicatum servavit.

P. 154, pen. add. رأى *vidit se* etc. Sur. 96, 7.

P. 158 not. Cum Kamuso faciunt alii, ut Miçbâh p. 67, 7. Hedaj. p. 66.

P. 161, 16. Ut, quousque accusativus extendi possit, cernas, cf. et haec: رأيت رجلاً سيقاً معي *vidi virum ita ut ense secum haberet* Ham.

p. 28, 18. هو مقتولاً *en eum interfectum* Arabs. Fâk. p. 46, 11.

P. 168, 25. 26. Hoc exactius expositum v. §. 730.

P. 171, 16. لكن *etiam brevius ita dicitur, si negativo proxime oppo-*

nitur arctiusque propterea cohaeret, ut معكم لا معي لكن معكم *non mecum sed vobiscum.*

P. 173, 24. cf. etiam ثم السبيل بسره *deinde viam complanavit* Sur. 80, 20.

P. 179 not. 2). Similem locutionem Kám. sub كل affert haec: التناهي وانه بلغ الغاية فيما يصنع به. *est is omnium sapientissimus, addens المراد كل العالم هو العالم كل العالم*

P. 182, 10 adde لمن — لبيوتهم Sur. 43, 32, cui nos substituere possumus: *quorum domibus.* Sed talia quomodo apta sint, singulis locis consideranda. — Ad p. 185, 10 adde Tab. p. 166, 7. 8. 176, 10.

P. 206, 14. Adde simplice لا utendum esse, si, quod rarius fit, adjectivum in appositione laxiore comitatur, ut *من الى ظل لا ظليل* *umbram — non umbrosam* Sur. 77, 30. 31.

P. 208 not. Praeter Kám. idem pluribus dicit Hedaj. p. 154, 1-5.

P. 209, 8. Simplici ا etiam copula postponi potest, ut او — *etiamne?* — ان *ergone?*

P. 217, 3. de ناهيك cf. Arabs. Fák. p. 10. 12 bis. 18, 14. 51, 15. 59, 7. 88, pen. 91, pen. 94, 19 etc. et cum eo alternans حسبك p. 95, a f 100, 5.

P. 247, pen. Adde, infinitivum, si sensus fert, post و vel ن in naçbatum transire posse, ut *أعجبني قيامك وتخرج* *mirum me tenait surgere te i. e. quod surgas et exeat* Hedaj. p. 112, 8. cl. 113, 2. Arabs. Fák. p. 101, antep.

P. 256 not. Idem probant Miut Amil. p. 190. ed. Lock. Miçbah. p. 42, ult. 59, 3. Hedaj. p. 125, 2, ubi exempla laudantur haec: *يقول ان ظننت لزيد قائم* *dicit, Zaidum certe esse scientem, نريدا عالم* *putavi Zaidum profecto stare.*

P. 259, 9. Affertur vel hoc: *في الدار زيد والحجرة عمرو* *in domo est Zaid et atrio Amr* Hedaj. p. 65, 1. 2.

P. 272, 8. Idem Miçbâh p. 49, 1. Hedaj. p. 118, 2. 3 volunt post interrogativas theses et post ^{أين بيتك} *utinam* licere, ut dici possit

^{أين بيتك} *ubi est domus tua, ut te invisam?* Sed post negativam enunciationem idem non licet, cum potius ^ف cum naçbato e §. 628 sequatur.

P. 280, ult. Etiam ^{كما} (= כִּמָּה), quod rarissimum de *tempore* dicitur, *ut i. e.* quam primum denotans, affert Lockett ad Miut Am. p. 62.

P. 284 not. 1). Idem quod Haririus ex aliis grammaticis affirmat Lock. p. 70.

P. 306. Haec vocis ^{ربما} notio et junctura tamen in Korano jam obvia est; ^{ربما بود الذين كفروا لو كانوا مسلمين} *aliquando qui non crediderunt se Muslimos factos esse cupient*; et exemplum cum participio Hedaj. p. 138, 7. Ponit nempe ^{ربما} casus singulos plures, ut si futuri temporis verbo jungitur, quid fieri usque possit, indicet, unde oritur notio *aliquando, fortasse*.

* * *

Ad Vol. I. nunc pauca haec supplere sufficiat:

Pag. p. 114, 6-11. Usus perfecti de re futura in Korano latius patet videturque mihi vestigia quaedam hebraei perfecti cum ^ו relativo servare, de quo v. gr. hebr. min. §. 480. Nam orator in rei futurae circulo jam versans brevius perfecto uti potest post copulam ^و ^{ثم} ^ف, quae rarius omittitur, praesertim ubi ^{قال} ^{قالوا} interjicitur; hoc enim in praeteritae quoque rei narratione sine copulâ ita interjicitur, sermonis mutati notationem exhibens brevem, ut in aramaicis scriptis participium, in N. T. praesens ei respondeat: ^{אָמַר}, ^{אָמְרוּ}, ^{אָמְרוּ}, *λέγει, λήγουσι*. Cf. de illo usu perfecti Sur. 5, 119-128. 6, 22-29. 128. 130. 10, 52. 49, 12. 50, 17-20. 67, 9. 10. 11. 24. 73, 13. 74, 42. 78, 17-19. 79, 34-35. 98, 8. Nonnunquam conjunctio ^و *et cum* praemissa est.

P. 118, 19. Hic disertius erat dicendum, discrimen esse inter perfectum simplex cum ^{كان} junctum et eandem juncturam accedente ^{قد}. Nam ^{كان فعل} plusquamperfectum indefinitum prorsus exprimit, *fecerat* nescio quando; at ^{كان قد فعل} vel ^{كان فعل} plusqpf. disertius ad aliam actionem trahit *jam* (cum hoc accideret) *fecerat*. Hinc ^{قد} omittitur

praesertim in relativis enunciationibus, quae ampliore definitione non egent. Cf. Tab. p. 12, 6. 20, 1. 34, 17. 38, 20. 80, 16. 88, 16. 90, 16. 140, 9. 154, 17. 168, ult. 184, 13. 222, 2. 226, 12. 230, 5. Abulf. ann. ant. p. 28. 4 a f., 70, 12. 78, 1. 166, 14. Quidam scriptores, velut Tabari, كان فعل pro simplici كان disertius dicere magis frequenter solent quam alii.

P. 177, 1 sqq. cf. nunc Vol. II. p. 192, not. 2).

P. 222. Adde, nomina pauca propria formae فعال vocalis finalis mutationem respuere, ut ob d fortissimum praemissum deinde semper tenae i sequatur, ut سكاب nom. equi Ham. p. 101 c. Tebr. schol. حذام Miçbah p. 17, 3-8. Hedaj. p. 77, 3. 4.

Ibid. not. quod de origine persicâ opinatus eram, nunc multo plurius probatum video, cf. فبرون و دادويه الغارسي Tab. p. 56 sqq. 68, 15. شبروبه Abulf. ann. ant. p. 94, 4. درستويه Kâm, p. 991, 1, quae omnia originem suam satis produunt. Poetae brevius dicere possunt دادوي Tab. p. 224, pen.

P. 223 not. Collato Hedaj. p. 19, 2-4 sensus potius est, nomina peregrina, quorum notio constet, non determinata aequae ac arabica perfectam flexionem subire.

P. 227 not. Suffixum ني nonnunquam etiam praeter imperativum in ني contractum invenitur in Korano, ut Sur. 3, 20. 6, 81. 71, 3.

P. 285, 14. Poterat hoc ex admirandi formatâ transferri (*quam honorati sumus ut avunculus et filius*): sec in versu abrupto aegre certius quid eligitur.

P. 287, 8. cf. similia Sur. 79, 16. 81, 15. 89, 9.

P. 334, 17. اللاي in prosâ quoque oratione v. Abulf. ann. ant. p. 90, 4. 6. Arabs. Fak. p. 97, 5 a f. cl. Sur. 65, 4 bis.

P. 368. De كآ v. jam Vol. II. p. 229 sq.





3 2044 011 582 541

THE BORROWER WILL BE CHARGED
AN OVERDUE FEE IF THIS BOOK IS
NOT RETURNED TO THE LIBRARY ON
OR BEFORE THE LAST DATE STAMPED
BELOW. NON-RECEIPT OF OVERDUE
NOTICES DOES NOT EXEMPT THE
BORROWER FROM OVERDUE FEES.



